HOROGRAPHIA IVRIS;

SEV DE LEGITIMIS HORARVM INTERVALLIS IVRIDICA DESCRIPTIO;

Auctore Don Didaco de Narbona, I. C. Toletano, Philippi IV. Potentissimi HH. Regis à Consilijs in Regia Pinciana Curia (vbi Senatoria Dignitate meritò decoratus olim) Officijque S. Inquisitionis Consultationibus

ADDICTO:

OPVS POSTVMVM

ANTE DIV

DESIDERATVM:

Forensibus Disceptationibus Instruendis oppidò Necessarium; moralibus quæstionibus practicis quàm plurimis Enodandis Vtilissimum; Theologis, Canonistis, & Iurisperitis Expetendum; Philologis, & Amæniorum Litterarum Cultoribus æquè Gratum; Omnibus ad Legitimam Horarũ intimam agnitionem omnino Proficuum:

CVRA & LABORE

Doctoris D. Ioann. de Narbona Fratris superstitis; in Denati Fratris Amantissimi sui Postumam Laudem;

BONO PVBLICO LVCI DONATVM.

EXPENS. PETRI COELLO
BIBLIOPOLAE, MATRITI, ANNO M. DC. LII.

Superiorum Permissu.

DIDACVS DIAZ DE LA CARRERA,
Typographus Electus, Excudebat.

Salutaris
HORARVM
Appetenda Cura;
Procuranda Doctrina;
Nec hominibus quid utilius quam
Horologio Solari Mentis *Eas assiduò*
Meditari labentes, & Vnamquamque
Vitæ Novissimam *Putare*:
Quò Nulla, perituris Aliqua,
Væsanis Erroribus,
Inutiliter
Intercidet.

Gilbert. Brenck, *Memorabil. & Electon. Inf.*
Lib. 1. Cap. 6. Num. 22.

EMINENT. PRINCIPI
D.D. BALTHASARI MOSCOSO
ET
SANDOVAL,
Almæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali Tit.
S. CRVCIS
IN HIERVSALEM;
Archiep. Toletano, Hispaniarũ Primati, Magno Castellæ Cancellario; Regis Catholici à Consilio Status, &c.

DOCT. D. IOANN. de NARBONA

Generalis Archiepiscopatus istius in Archiepiscop. Complutensi Curia Vicarius ipsius, Vtriusque Signaturæ Referendarius & Iudex Apostolicus, in Magistrali S S. Iusti & Pastoris Insigni Basilica Præfectus Aerarij, necnon S. Inquisitionis totius Regni, Ciuitatisque Toletanæ, Consultationibus Præpositus;

HOROGRAPHIAM
IVRIDICAM HANCCE
(Fratris Amantissimi sui Præmortui D. Didaci Narbona, Pinciani Senatoris, Extremum postumum opusculum) Oblatione Lubentissima, Animo & Cultu Reverenti.

D. D. C.

OROLOGIVM ECCE (Præsul. Eminentiss.) *Nouo, sed Vtili Commento*, Reip. Saluti compositum, hodie *protectione sub tua* nunc vsuræ Lucis expositum, eòque fœliciter eminentiori loco positum. Ecquid *Nouo?* Ecquid *Vtili Commento?* Nomicum *Horologium hoc*; In ipso Sacratiori Themidis arcano larario recenter erudiendis hominibus inuentum; vt *Nouitate* delectare, simul & *Vtilitate* proficere, queat *Vniuersis*. Vtroque tibi gratum opus; & quia Narbonianum non ingratum fore, (Munificentia tua, *Tuorum in Publica*

 Familia,

Familia, Vicario Muneri principali tuo præpositus) ingenuè Suspicor. Horas in eo *Nomos*, solario stylo substituta, spectantibus indicat ab alto; quò facilius Omnes exertis eas oculis intueri latenter irrepentes, irremeabiliter abeuntes; & Se contra imminentia temporis iacturæ Sontica Damna præcauti tueri, sedulò discant. Vmbratili verùm Horarum indicationi Sole defæcato Gnomon indiget; ideò tui iubaris (Hispaniarum ò Primas) ardentem Sacram Purpuram inquirit, expetit, inhiat. Eminentissima namque propriâ, quâ fulges, *intima & extima*, claritate Gnomon & Auctor Illustrati *Solares Legales* Horas istas *Vmbra sua* fortunatè signabunt; ac *Nomo-Didascali* legitimo Iuris Horologio, splendore tamen tuo, cunctos eas edocebunt. Etsi Iuridicum illud (Eminentiss. Dom.) *Mutum* est Horologium vt *Sciothericum*. Inde non Sonitu, sed *Vmbra* vivit, & hoc erudito Silentio Narboniana Postuma Fratris Amantissimi Mei Præmortui *Vera Gloria*. Tuam Æternùm Indeletilem (Augustæ Tolet. meæ Civitatis, *Vbi Primaria tua Sedes*, & Orbis, ò Insigne Propugnaculum) Annos æquè Diutinos, Vegetamque Salutem, Incolumi Fælicitate, Deus O. M. Votis annuendo Nostris, augeat, & perennet: *Ita Præcatur*

EMINENTISS. PRINCEPS,

Obsequiò tuo semper Addictus,

DOCT. D. IOANN. NARBONA.

ÆTATIS XLV.

D. Didacus Narbona I.C. Toletan.
In R. Pinciana Curia Senator.

HORÆ FATALI

Pinciani Senatoris Optimi *D. Didaci de Narbona*, Florenti Nomini Tanti Viri *Florentibus Annis* Alto Novissimo Silentio Mortis *In Sarcophago* Dormientis;

EFFIGIE NOBILI

Vultus Humani Sui, *Bracteato Solatio Suorũ*, Aere Cyprio mimicè Figurata (quidquid elingui) signanter Eloquentis;

IPSO SVB MARMORE

Vel Artubus, Eheu! Solutis *Vmbra Sua* Salubriora Docentis:

QVEM

Advenientem In Orbem HORA (Providentiæ Diva) Sedula *proprijs* excepit vlnis, *Horta & Stimula* Viventem Vberibus Aluit, Sinũ Suo fovit, AVRA Vitali pavit, Amplexu detinuit:

DIES

A Natali, Fumoso Suę Gentis Antiquo Stemmate Clarum, Oris innata dignitate Commendabilem, Moribus Conspicuum, Virtutibus Illustrem, & Mirabili Iuris Vtriusque Scientia Præclarum, Vsuræ Communi Lucis exposuit:

ÆTATES OMNES

Annalibus Aetatum Omnium, ad Critolai Libram & Cleantis Lucernam, *à Se quondam Examussim Elucubratis*, Incessanter, Elogio Perenni, Plausũ Legitimò, Prosecuentur:

NATVRALES HORÆ
(PARTES TEMPORIS VNIVERSI)

Legalibus Extremis *Horographia Iuridicæ* (Postuma Didaci Litteraria Proles) *Hodie* Fautrices, In Ardenti Solis Regia, cui Præsides Temporũ Assiduò famulantur, Ipsius Operis Extrinseco Iubare

PERILLVSTRES;

ILLA DOLENTES *Æternũm*;

In Alumni Sui Charissimi *Migratione Postrema*, non Obeuntis Sed Abeuntis, è Perituris ad *Aeterna Gaudia*, Regionem Longinquam Procul ab Istius *Horis, & Oris* (ò Vana Studia Mortalium) Interciduis:

VT SOLLENNE MONVMENTVM,

Lapidem Hunc HAC INSCRIPTIONE PVBLICA Dicandum, & *In Foro* Rosis, è Gratiarum *Halanti Plenò Calatho* Collectis, Venustissimè Strato, *Viatoribus Alliciendis Inspecturis & Lecturis* Erigendum Vltrò Vovere.

MAERENS Amico Merenti

D. Petrus de la Escalera Guevara, I. C. Patricius Hispanus

PONENDVM CVRABAT.

M. ÆGIDIVS GVNDISALVVS DE AVILA,
Castellæ & Indiarum Regius Historigraphus
De Scripto & Scriptore.

SISTE GRADVM VIATOR
Qui ad Scientias fœliciter pervenire contendis,
Lege & Lauda

Librum de *Horis* Per multos menses pietate, & labore, conscriptum,
Ab erudito D. D. Didaco de Narbona in Vtroque Iure
peritissimo, Regio Consiliario:

VIRTVTE CLARO,

Maiorum Imaginibus egregiè Nobilitato,
Vt

Ildephonsus Pater, Didacus Avus, Ildephonsus Proavus, Rodericus Abavus, Ioannes Rodericus Atavus, illius incliti R. de Narbaez Antiquarensis Civitatis expugnatoris Frater, & M. Roderici de Narbona Tritavi, Ducisque Narbonensis Filij, (Vterque Regia progenies) Satis Testatur:

CVI

CLAVDIANVM ILLVD DEBES

Claud. *de laudib. Stilicon.*

Quis venerabilior sanguis? Quæ maior origo
Quam Regalis erit? Non te privata dedere
Limina, Nec tantum poterat contingere Nomen
Angustis Laribus.

HOC TE SCIRE VOLVI, ABI,
ET DISCE.

D. HYACINTHI
DE
SEVILLA,
VTRIVSQVE
IVRIS DOCTORIS

Sacrorum Canonum in Complutensi Licæo Primarij Antecessoris, Dudum Sanctæ Hispalensis Metropolitanæ Ecclesiæ Prouisoris, Inquisitoris Ordinarij, & in toto Archiepiscopatu Vicarij Generalis, Maximi D. Ildephonsi Alumni, Et in Sacro Inquisitionis Granatensi Solio Fidei Patroni delecti;

DE AVCTORE
EIVSQVE
HOROGRAPHIA AVREA,

Ex Ordinarij Iudicis Præscripto Imperio Iudicium.

DELEGATAM mihi à Nobilissimo Præstantissimo que D. D. Alphonso Diaz de Chaues, S. Toletanæ Ecclesiæ Hispaniarum Primatis Canonico; Necnon in Amplissima Complutensi Archiepiscopali Curia Generali Vicario, HOROGRAPHIAM IVRIS, à D. Don Didaco de Narbona, in Toletana quondam Vniuersitate Iuris Vtriusque Primario Professore; nunc autem SENATORE PINCIANO; singulari Numinis beneficio elaboratam libenter suscepi, attentè perlegi, & sedulò euolui. Opus certè, vel ipsa Opificis appellatione, eximiè commendatum. In qua ea est in dicendo suauitas & verborum proprietas, in dissertatione subtilitas, in decisione grauitas, in inuestigatione sedulitas, in inuentione nouitas, in inuenti soliditate vetustas; tanta (inquam) in totius rei compositione fortuna, atque felicitas, tam magnus vniuersæ Iurisprudentiæ cumulus, & tam Diuinarum quam humanarum litterarum prætiosa suppellex, vt in eius ornamentis comparãdis, & construendis, Musæ omnes, etiam seueriores, amicè conspirasse videantur: Sibique Musæum delitijs aptissimum præparasse. *Vt Musæum illud in cuius fastigio Horologium erat* ex singularis magnitudinis margaritis confectum, teste Plinio *lib.* 37. *Historiæ Naturalis, cap.* 2. (quod Pompeius Magnus tertio suo triumpho, quem die natali egit: inter alia diuitiarum portenta, & industriæ miracula, in Romæ totiusque Orbis stuporem, in Capitolio dedicauit) longè esse superatum agnoscimus.

Reor ideò non solum illæso pede, inoffensoque fidei morumque Sanctorum, vel minimo quidem capillo; quacunque decurrere posse, verùm facultatem ab eo petitam iure esse debitam, vt in litterarum, Iurisprudentiæ, Philosophiæ, Theologiæque moralis Professorum vtilitatem, & iucunditatem, prodeat in lucem. *In hoc Maximo D. Ildephonsi Athæneo Compluti*, die 7. Mensis Septembris, ANNI DOMINI 1646.

D. HYCINTVS DE SEVILLA.

APROBACION
DEL
L. DON PEDRO
DE LA
ESCALERA GVEVARA,

Fiscal de ſu Mageſtad en la Real Iunta de Apoſento de Corte, ì ſu Montero de Camara, de la Nobiliſsima le al Villa de Epinoſa de los Monteros; Señor de la Antigua Caſa Solariega Infanzona del Apellido de

ESCALERA.

OR Eſpecial Comiſsion i Mandato del Real Conſejo Supremo de Iuſticia he viſto vn Libro de Leyes Intitulado *Horographia Iuris*; Cuyo Auctor es *El L. D. Diego de Narbona I. C. Toledano*; Bien conocido ì digno de toda eſtimacion por *Otro Eſcrito Suyo*, * que tambien ſe me cometio para cenſurarle, ì corre impreſſo (con ſingular credito) para beneficio comun del Reyno. I quando no lo fuera tanto por ſus obras impreſſas; *Eſta* (de cuia edicion ſe trata) baſtaba para hacerle eſtimable, ì merecedor de no vulgares aplauſos por al azierto del buen empleo en las *Horas*, que aqui con *Novedad Vtil* oy iluſtra. Fingio † *La Vana Mytologia* de los Etnicos Antiguos (para mayor aprecio de *las Horas*: O quanto debe hacerſe de qualquiera!) que preſidian à los tiempos, tenian el Imperio de las flores, eran domeſticas del Sol (aquien ſervian en los hermoſos tornos de ſus Lucidos afanes continuamente) ì *Deidades* à cuyas aras ſe debia culto. Pero lo que entonzes fue Fabula (miſterioſa en ſu moralidad docta) del error de ſu Religion; es aora Verdad en *Eſtas Horas Iuridicas*; pues en la calidad de tales acreditan lo Divino de ſu proprio ſer, el cargo de aquella Preſidencia, la Mageſtad deſte Imperio, ì que ſu luz es la miſma con que arde ialumbrà El Planeta del Dia. No es poſsible faltarle al elegante *Diſcurſo Legal* dellas; *O Diurnas O Nocturnas*; quando en *Las Primeras* no ay niebla alguna de error baſtardo contra la ſerenidad del legitimo lucimiento Catolico; *I Las Vltimas* aun de noche alumbran; para que ningunas padezcan tinieblas, ì en todas halle luzes el entendimiento de aquel que prudente gaſtare ſus Horas en el Eſtudio admirable deſtas. Aſsi lo ſiento, ì que debe darſe al Autor la Licencia que ſolicita para hacerlas Publicas: *Salvo* ſiempre en todo la Superior Cenſura del Conſejo. MADRID à 16. *De Octubre de* 1647.

* *Annales Tractat. Iur. de Aetate, &c.*

† Nat. Com. *in Mytholog. lib. 4 c. 16 de Horis*, G. StucK. *de Sacrific. Gentil. à f.* 17. Barth. *lib.* 34. *Aduerſ. cap.* 24. & Salmut. *in Notis ad Panciroll. Memoral. lib.* 2. *cap.* 10. *de Horologijs.*

D.P. DE LA ESCALERA GVEVARA.

LECTORI CANDIDISSIMO S. & B. M.

IVRIS HORAS Subsecivis quibusdã elaboratas, & aliquandiu *Annalibus Nostris* expromissas (quas nec vllus hactenus obumbravit) etsi nullo iam onere mortali devincti, nexu vitæ soluti, C. L. Tibi persolvimus. Fœlici ne, an Infausta prodierint Hora, tuæ Sententiæ esto. Placeat ne, seu Displiceat, quid ad Nos à Curis Immunes? Hisce tantùm Prodesse curavimus: ò Vtinam *Horographia Nostra* sit tibi Salutaris; *Id Vnum* (Vltra non aliud) huius opusculi Scopus & Meta. Extremam humani cursus Fato Communi tetigimus; quò tu tendis. *Horas* ideò Tuas in tuto colloca, vt Extrema (Longæva Vitæ via iam emensa) fausta tibi contingat. Omnibus te Deus O. M. abundè fortunet, & Scriptis nostris benevolum, ac gratum æque perennet. *Ita Tecum alloquitur* Qui iam non loquitur; *Pridie* Narbona, Toletanus, Nobilis, Senator; *Hodie* Fumus, Cinis, Vmbra, Nihil. Cuncta pereunt, *Sola Virtus Æterna*; Quam Sequare, necnon Assequare precamur, æternamque Nobis apprecare Tu requiem. VALE, & Vltimum *Manibus* Didaci Tui dormientis Ore pio, Religioso more, placidè redde. A Sepulchro Scriptum, (vbi *Propriè* cuiusque sedes & ædes) expectamusque hic ad resurgendum *Novissimam Tubam*.

SVMARIO
DE LAS LICENCIAS
PRIVILEGIO,
I TASSA.

TIENE El Auctor las Licencias acostumbradas del Ordinario, i del Consejo, i *Privilegio* por diez años para Imprimir este Libro. *Està tassado a quatro Marauedis el Pliego*, à cuia razon 69. à que se reduce (sin Principio, ni Tablas) montā 276. Marauedis; como parece por Certificacion de Don Diego de Cañizares Secretario de su Magestad, i Escriuano de Camara mas antiguo del Consejo su fecha à 15. de Abril de 1652.

FEE DE ERRATAS.

Hic Liber Inscriptus: *Horopraphia Iuris, siue de Horis in Iure accuratu Descriptio, &c.* Suo Exemplari fideliter respondet, *Datum Matrit die* 12. *Aprilis* ANNI 1652.

LIC. D. CAROLVS MVRCIA DE LA LLANA.

HOROGRAPHIÆ IVRIS ANTE-LOGIVM.

Prælibationis Sylloge.



Ocis *Hora*, etymon, siue Natale t varij varie, & prout sua cuique coniectatio suppetit, diuersè suspicantur; in idque fere omnes solummodò cõueniunt, *Horam*, scilicet, Græco-
1 Latinam, vel potius à Græcis acceptam, & tradditam Latinis esse Dictionem. Ita Lel. Bisciol. *horar. subces. lib.* 9. *cap.* 19. Chrstian. Becman. *de origin. Latin. ling. lit. H. verb. Horus.* Adrian. Iun. *in Nomenclat. cap.* 73. *de tempore, verb. Hora*, & Ioann. Funger. *in etymo*
2 *log. eod. verb.* etsi Gaspar Barth. *aduersar. lib.* 58. *c.* 6. Horarum mentionem frequentissimam Græcorum Vatibus, rarissimam Latinorum affirmet. Cuius admonitionem ad veteres tantum illos vates cõtractam, qui velut nascenti Romæ quasi coætanei extiterunt, admittere non grauabor. Nã vt ex Plinio didicimus *lib.* 7. *c.* 60. Varron. *lib.* 5. *de ling. Lat.* & Censorino *de die natali, c.* 19. (ex quibus notat Henricus Salmuth *ad Guid. Pancirol. memorab. lib.* 1. *tit. de Horis, & Clepsydris, pag. mihi* 748. Guill. Forner. *in l.* 2. *§.* 1. *de verb. sign.* Hispaniæque nostræ eximium decus D. D. Laur. Ramirez de Prado *Pentecontarc. c.* 23.) 3
Horarum vsus nomenque diuturnis temporibus latuit apud Romanos, & id quidem CCC. & eo amplius annis, vti & apud antiquos Græcos si fides adhibenda Isaac. Casaub. *in animadu. ad Athen. lib.* 1. *c.* 1. vbi proposita illa quæstione Vlpiani: *An reperiatur in scriptis veterum Græcorũ Hora pro diei parte?* certum esse inquit, neque Platonis, Aristotelis, & æqualium sæculo, neque aliquãto post tempore has diei partes, quas Horas vocamus, fuisse in vsu. Quare vocabulum *Hora*, in antiquorum illorum scriptis, illa notione le-

legi non potuit, nec Pollux *lib.* 1. voces receses, quibus Diei Noctisq; partes designantur, dictionis *horæ* meminit indeque ipsius vsum posterioribus tantùm Græcis adscribit.

4 Hinc est in legibus *XII.* tabularũ nullam horarum fieri mentionem, sed tantum Occasus & Ortus, vt *l.* 64. *Occasus Solis suprema tempestas esto*, idest, nouissimum tempus. Itaque & multo post in Plebiscito, quod M. Plectorius Tribunus tulit, legitur: *Prætor Vrbanus, qui nunc est, quique post hac fuerit, duos Lictores apud se habeto. Isque supremum ad Solis occasum ius inter ciues dicito.* Expendit Alex. ab Alex. *dier. genial. lib.* 4. *c.* 20. vbi & Tiraq. liter. C.

5 Tunc enim dies cõtinua serie numerabatur, à nocte media præcedẽte ad mediã noctẽ subsequentem. Quas vtique partes (vt sentio cum Salmuth, & cũ eruditissimo D. D. Laurentio Ramir. locis proximè allatis) manè scilicet, occasum, supremam tempestatem, & meridiẽ, (qui post aliquot annos adiectus agnoscitur; veluti post Plinium, primus adnotauit Frãc. Baldum. *in d. l.* 64. *XII. tabullar.* & deinde Forner. *in l.* 2. *§.* 2. *de verbor. sign.* Lil. Giral. *de annis & mensib. paulò ante finem.*) Lex *XII.* tabularum nõ tam diei, quàm lucis fecisse videtur: hoc est, vt vsuram illius tantum, non vero noctem distingueret. Cõsentit Iacob. Cujat. *de diuersis & temporalib. præscript. c.* 2. *ad calcem*, subijciens, in legibus duodecim tabullarum horas non nominari, vt in alijs postea legibus, veluti lege

6 Iul. de adulterijs, qua præscribitur deprehensum adulterum, quem nollit, aut nõ liceat occidere Vir, aut Pater, testandæ eius rei gratia, horis *XX*, retinere possent *l. capite, ad leg. Iul. de adult.* insinuat Guil. Forn. *in d. l.* 2. *§.* 2. *ff. de verbor. sign.* Lilius Girald. *d. tractatu, pag.* 604. quo nec illud reticeã, eandẽ formã computandi diem per ortum & Solis occasum, etiam nouioribus nostris legibus obseruari, ut in *l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 7. *nouæ Recoll.* meminit superiorum Iul. Labor. *variar. elucubr. tit.* 1. *cap.* 5. *n.* 76.

Restituamur ergo initio, & ancipitem huius vocis originem perscrutemur. Quidam enim à Sole mutuatur, qui AEgyptijs *Horos* est, auctore Macrobio *lib.* 1. *Saturnal. c.* 21. quandoque & eadem ratione Plutarcus *lib.* 5. *Symph. q.* 4. ex Antipatri sentẽtia, prisca Græcorum lingua annos tradit dictos *Horos*. Horas equidem facit Sol, vel diẽ: quæ horis distinguitur, aduertit Lel. Bisciola. *Horar. subcess. lib.* 9. *c.* 19. *tom.* 1. latius Petrus Gregor. *in præludijs optimi Iuriscõsulti, lib.* 4. *cap.* 7

1. *n.* 3. Ioan. Fungerus, *d. verb. Hora*, qui hac de causa fabulari Homerum subnectit, Horas cæli præesse portis, curamque habere, ut modò sit nubilũ modò serenum. Quare illas moderatrices temporũ ostendit verbis Homeri, Petr. Gregor. *loco vbi prope.* Lilius Girald. *d. tractatu pag.* 603. Mart. de Roa *lib.* 4. *singul.* 12. qui de hora, quã suam Christus vocauit inter alia agẽs: *Hæc igitur hora, subnectit, vere custos est ianuæ cœli, quia per Christi cruciatus, & mortem nobis sunt cælorum ianuæ patefactæ, & mortales ab inferis excitari, quamvim ab inferis reuocandi.* Horis etiam veterum superstitio attribuit, cum Adonidem ab inferis earum ope reuocatum iactitat. Ita Theocritus: 8

9

Qualem tibi Adonidem ex perenni
Acheronte.
Mense duodecimo reduxerunt mollipedes Horæ
Tardissimæ ex Dijs Horæ caræ tamẽ exoptatæ,
Veniunt omnibus hominibus semper aliquid ferentes.

Quod nec latuit eidẽ Martino de Roa *ibidem.* Cœli Ianitrices ex Ouidio, collocat Stephan. Pighi *libro quẽ Themidem Deã inscripsit.* Quod prius edixerat Lucian. *de Sacrificijs num.* 60. & iterum *in Ioue tragœdo* ita: *Quo circa Horæ hostiariæ iam auferant à ianua pẽsulum, ac deductis nubibus Olimpij portas referent.* Vel ipsius cœli custodes, vt vocat Homerus *Iliad. c.* 2. vbi & aurigas Mineruæ facit. Adde Gaspar. Barth. *aduers. lib.* 18. *c.* 6. itidemque & inde subinferens Horas Solis famulas edi-

edici, vt & iam iam *lib.* 34. *c.* 14. præmonuerat ex Valerio Flacco *lib.* 4.

——— Sol auricomus cingentibus Horis
Loricam induitur ———————

Statius de eodem, *Thebaid.* 3.

——— rapidis accurrunt passibus Horæ,
Frenaque & auratæ textum sublime coronæ
Deripiunt.

10 Indeque finxere illas equos Solis iungere, vt apud Ouid. *lib.* 2. *Metham.*

Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iussa Deæ celeres peragunt, ignemque vomentes
Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis,
Quadrupedes ducunt, adduntque sonantia frœna.

11 Et quia annorum tempora, & vicissitudines ab illis moderari suspicabatur, ipsas anni Præsides appellabant, vt notat Martin. del Rio *in Senecæ Medeam vers.* 714. necnõ & florũ, Pindar. *Olimp. XIII.* quarũ officium eum ornare flori bus, quem cæteri Dij alijs muneribus dotabant erat; vti cecinit Hesiodus de Pandora. Maxime in nuptijs, audi Apuleium *lib.* 7. *de cœna nuptiali* pulchrè: *Vulcanus cœnam coquebat. Horæ rosis, & cæteris floribus purpurabant, omnia Gratiæ spargebant balsama.* Consentit Theocrit. Edill. 19. de Europa canens:

Et Iupiter rursus aliam assumebat formam
Soluitque ei zonam: & illi lectum parabãt
Horæ.

Obseruat Martin. de Roa *singular. lib.* 2. *cap.* 11. assueuerantque suis floribus inscribere nomina perpetuãdorum hominum, veluti ex Claudiano venuste satis decerpsit Gaspar. Barth. *d. lib.* 34. *cap.* 14. & iterum *lib.* 58. *cap.* 6. ijs annectens Græcos Poetas fingere virgines esse Horas, easque perpetuo textrinæ vacare,
12 textrinam illam variorum minutorum omnis generis esse florum, in corollam ad extremum egregiam euadentem, siue & lanificij modo texere easdem stamina & subtegmina tandem in egregie textum opus procedere. Corollam illã siue texturam postmodum illam eximiam esse, & perhiberi mortalibus annum ipsum illum solarem perpetuo suo se obitu repetentem, & ita secula infinita concinnantem. Hinc moris fuisse Athenis pompam quotãnis Soli, & Horis simul ducere, tradit Porphirius *lib.* 1. & ex illo Isaac. Casaub. *in Athen. lib.* 14. *cap.* 20.

Aliud vero etymon placuit Horo *in Hieroglyph. litera.* 16. M. Victor *in lib. Ciceron. de inuen. rerũ.* Polid. Virgil. *de inuent. rerum lib.* 2. *cap.* 5. Lel. Bisciol. *horar. subsesiuar. lib.* 9. *c.* 19. *ad mediũ*, Ioa. Funger. *in etymologiario, d. verb. Hora*, Petr. Bung. *de myster. numeror. num.* 12. Hieron. Roman. *in Republicis tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 2. *ad finem*, Thesaur. ling. Hispan. *verb. Hora*, qui omnes ab vrina, quæ Græce, *To Oro*, Horam deductam volunt; propterea, quia Mercurius Trismegistrus (vt Ipsi cõminiscũtur) cũ in AEgypto animal quodã Serapidi dicatũ, Cynocephalum nomine (quod ex genere est Simiarum, capite canino; testibus Plinio *lib.* 8. *cap.* 54. Isidoro *lib.* 12. *etymolog. cap.* 2. Bisciola *vbi proxime*; Petr. Greg. *in præludijs opt. Iurisconsult. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 7. & Gesnero *de quadrupedib. lib.* 1. *de simijs diuersis.*) toto die duodecies vrinam reddere obseruasset, in hæc temporis interualla, seu horas diuidendum esse diem coniecit, exquo Hydrologijs sedentem Cynocephalum Ægypti effingere consueverant, qui veluti mingens aquam Hydrologij effundat, vt ex Apollo refert Girald. *supra*, qui testimonio Philelphi animaduersum in AEgypto, quo tẽpore sacrificium faciendum esset, victimam immolandam quater, & vicies æqualibus inter se spatijs minxisse, & inde Horas nomen accepisse. Cõsentit Pier. Valer. *de sacris Ægyptior. lib.* 6. *c.* 4. Gesnerus *sup. vbi de Cynocephalo*, Causin. *de simbol. Ægyptior. lib.* 7. *c.* 28 At eiusmodi Horarum originem respuit Petr. Gregor. *d. num.* 7. itemque, & quasi ridiculam Gasp. Barth. *d. lib.* 58. *aduersar. cap.* 6.

A quo nec illud discrepat, quod referunt Olaus Magnus *lib.* 1. *c.* 33. & Berchor. *littera H. verb. Hora*, videlicet Onagrum in æquinoctio horas suo ruditu mensurato, duodecies de die, & duodecies de nocte demonstrare. Refert. Hieron. Rom. *d. tom.* 2. *Republicar. lib.* 9. *c.* 2. his verbis: *Porque dize Olao Magno, que la inuencion de repartir el dia, fue ballada por*

Margin numbers in right column: 13 (beside "Aliud vero etymon placuit Horo in"), 14 (beside "Ipsi cõminiscũtur ... animal"), 15 (beside "Gesnero de quadrupedib.").

por el rebuzno de los asnos salvajes: los quales a quinze de Março rebuznā doze vezes al dia por su compàs, y a la noche otras doze. Cui, & illud congruit eorum, qui eundē Cynocephalum non modo meiere, sed & in singulas horas, hoc est, duodecies latrare referunt, vt meminit Gregor. Girald. *d. loco*, vbi & aliorum commentum recenset existimantium Coeli quadraturam in partes duodecim pro ratione musicæ diuidi, & inde Horarum manasse rationem; & aquam quæ extenuissima cauerna difluebat, cum per totum diem excepissent, hanc in duodecim partes diuiserunt, ex quibus horis nomen impositum, atque inde etiam vasa ipsa, quibus horas dimetiebantur, Clepsydræ, & Hydrologia nuncupata de Onagro. Idem referunt Gesnerus *d. lib. 1. cap. de Onagro*, Daniel Heinsius *in opusculo Ioco-serio*, *de laudibus asini*. Hinc vt Simbolum sapientiæ ab Hebræis colebatur teste Pierio *de sacris Ægypt. lib. 12. de asino, mulo, & Camelo, c. 22.* vel eo solùm (vt cæteras prætercam huius rei causas, quas enumerat Pierius) quia ruditu suo homines, temporis vsum & diuisionem edocuit; quo nil pretiosus, nilque ad sapientiam congruentius.

15 Verùm vt prædixi suspecta hæc omnia videntur; Etsi inficiari nequeam eiusmodi animalis duodenariam æquis interuallis, euaquationem & ruditum possibilem & naturalem esse potuisse, veluti ex illo quod scribit Andr. Baccius *lib. 6. de Termis cap. 23.* nec difficulter coniectatur. Asserit in Cantabria tres fontes octonis distantes pedibus, singulis diebus duodecies exsiccari. Et luculentius exemplo Lupini cuiusdam herbæ suadetur, de qua Plinius *lib. 18. cap. 14.* ita recenset: *Nec vllius, quæ serūtur naturæ assensu terræ mirabilior est: primum omnium cum Sole quotidie circuagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat.* Adducit Cæsar Ripa *in Iconologia pag. mihi 208.* & Ioan. Funger. *in Etymolog. verbo Lupinus.*

16 Cardinalis *in Clem. 1. quæst. 4. de celebrat. Missar.* & Albert. de Ferr. *in c. 1. q. 2. eod. tit.* Singulariter arbitrantur horas, ab *Oro*, verbo Latino dictas, quos errasse intrepidè affirmat Nauar. *de Horis canon. cap. 3. num. 26.* quia prima verbi *Oro*, non aspiratur, prima vero verbi *Hora*, sic, & si aliquando etiam sine aspiratione Hora legatur, vt in *cap. liquido 54. de consecrat. dist. 2.* ibi: *Quod nulla orarum diuersitate variatur*, & apud Poetam.

Viximus & iussas æui decurrimus oras

Qua scriptura oras lucis, & vitæ dixit Lucretius lib. 11.

——— indignos esse putandos
viuam progeniem qui in oras luminis edant,

Quod & Barthi. adnotauit *lib. 51. aduersarior. cap. 17.*

17 Denique Steph. Durant. in rationali diuinorum tres huius vocis deductiones recēset, quas ex Clauio (ipsius nomine suppresso) mutuasse carpit Theod. Rubeus *in Horario vniuersali Ecclesi. cap. 15. num. 10.* qui nulli earum acquiescens, tandem *num. 11.* ipsi magis arridere inquit, vt *Hora* dicatur cum aspiratione ad differentiam *Oræ*, sine aspiratione, vt sicut hæc significat cuiusvis rei extremitatem, veluti Psalm. 132. *Quod descendit in oram vestimenti eius*; ita cum aspiratione significet non cuiuscumque rei, sed solius temporis extremitates signatas varijs numeris.

18 Cæterum siue hinc, siue illinc nomen profluat, Horam plurifariam significare, diuersimodeque vsurpari, nec semel occurrit. Aliquando enim pro tempore opportuno ad aliquid agendum legitur; vnde illam Cicero occasionem vocat, habentem in se ordinem actionum, vtpote animaduertit è nostris doctissimus Petr. Gregor, *d. lib. 4. cap. 2 num. 1.* nam & Hora punctus temporis est, ex Solis transitu rapido, quo sensu explicat eruditè Martin. de Roa *singular. lib. 4. cap. 12* illud Ioannis 13. *Sciens Iesus, quia venit hora eius, &c.* Horā quippe, inquit, appellat tempus illud, in quo suæ virtutis, & magnitudinis animi in ferendis doloribus, in cruciatibus sustinendis, tollerandisque opprobrijs, singularia dedit documenta. In idemque replicat & illud: *Hæc est hora* 19

vestra; & potestas tenebrarum.

Auicena *lib.*4. *fen.* 1. *tractatu* 1. *cap.* 3. tempora quatuor a quouis morbo materiali, & salubri necessariò assumenda, & transigenda, Horas appellat. Et sic titulum illius capitis scriptum inuenio: *de horis febrium*, & in explicatione anotomica cordis *lib.*3. *fen.*11. *tractatu* 1. *cap. ad finem capitis*, sic scriptum reliquit: *Et ex virtute vitæ cordis est, quoniam quando aufertur ab animali inuenitur pulsare vsque ad horam*; per horã vero in hoc vltimo loco non suscipit horam, vt determinatum tempus significat, seu vt solum includit vigesimam quartam partem diei, sed per horam tẽpus indifferens, latitudinemque admittẽs intelligit: mutuauit enim adductam doctrinam ex scriptis Galeni, qui *lib.*3. *de anothomicis administrationibus*, *c.*7. docuit, cor non esse verũ & proprie musculum, etsi perpetuo moueatur, quoniam etiam à corpore exemptum diu, inquit, moueri videtur: illam ergo durationem temporis, quàm per aduerbium *Diu* Galenus exposuit, interpretatus fuit Auicena per horam, sicut in *cap.*3. tempora febrium diuersissimam latitudinem temporis includentia, Horas appellat.

A quibus nec multum discrepat idẽ Galen. 2. *de alimentar. facul. cap.*2. cum asserit caniculam habere ortum in media hora. Vocabant autem Græci horam illud tempus æstivum, quo maturantur fructus illi, qui non perdurant, vt cerasa, pruna, ficus & similes alij, vnde dicti sunt *Horarij Fructus*. Tẽpus vero istud *Hora* dictum, incipiebat antiquis à dimidio Maij, & extendebatur vsque ad finem Augusti. Vnde constat quod si canicula oritur in hora media, vt Galenus dicebat, erit ortus eius à decimo septimo die Iulij ad decimũ nonum.

Et quod absolute Hora pro tempore vti soleat, nonnullis testimonijs adstruit Lelius Bisciol. *d. lib.*9. *cap.*19. *in principio*, probarique potest innumeris Sacræ Scripturæ, vt Iob, *cap.* 10. *Si peccaui & ad horã pepercisti mihi*. Pauli *ad*
20 *Rom.*13. Matth. 11. *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini*. Et Ioan. 12. alijsq; ex quibus ita obseruat M. Cyprianus monachus Cistercienſis in Iob *d. cap.* 10. & probatur D. Augustini testimonio *in cap. quomodo* 41. *in fin. de consecratione*, *distin.*4. ibi: *Soluitur enim hesternus dies, & quidquid superest, soluitur etiam ipsa hora, momentoque ante baptismum, & in baptismo: deinceps autẽ reus esse continuo incipit, nõ solum consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum redeuntibus omnibus quæ dimissa sunt peccata.* Sæpè, sæpiusque pro modico tempore accipitur, vt apud D. Paul. 2. *ad Corint.*6. *Videns quod epistola illa & si ad horam, vos contristauit.*

Et quasi eodem sensu, vt cõceptũ pro- 21
sequar, etiam Hora pro felicitate exauditur, sicque faustam, nostram horam dicimus, Sili. Italic. *lib.*12.

Perge age fergressus dexter Deus, horaque nostra est.

Et Horat. lib.3. carm.8.

Dona præsentis cape letus hora, & linque securæ.

Hinc felicitatem hominibus horatim obuenire Veteribus persuasum. Sic iterum Horat. *lib.*2. *carm.*16.

Et mihi forsan tibi quid negabit
Porriget hora.

Et lib.1. epistol.

Grata superueniet, quæ nõ sperauitur hora

Rursusque:

Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam, grata sume manu.

Putabant enim Deorum fortunæque 22
fauorem quauis hora mutari, inde *Horis cõsecratus*, prouerbialiter dictum, inquit Gilbert. Cognatus *in Sylloge*, de re valde venusta, & iucunda, quidquid enim venustum gratum, & tempestiuum veniret; id Horis consecratum ferebant. A quibus nec longe distat Sui- 23
das, qui teste Giraldo, vbi proxime, horam accipit pro eo tempore, quo quid est in proprio vigore, & consistẽdi vi, vnde, & pulchritudinẽ interdum apud Græcos significare subiũgit; cui & adstipulatur Mart. de Roa *d. libr.*4. *c.* 12. vbi & pro pulchritudine horam accipi notat.

Vsur-

24 Vſurpatur etiam Horæ nomen ad diem ſignificandum, ex quo à Prudentio aduerſus Simmachum, *hora lucina*, dicta hora lucis & vitæ.

Et qui lucinas tribuo naſcentibus horas.

25 Quod & noſtris commune profitetur Budæus *in l. ſi neceſſarius, in fin. ff. de pign. action.* Vbi & è cõuerſo diecula ho rã ſignificare obteſtatur, eſt in eadẽ ſententia Biſciol. *horar. ſubceſiu. d. lib. 9. c. 19. non longe à principio.*

26 Itemque annus, & quælibet anni pars ex quatuor, quibus conficitur, Hora vocitatur; vt notat Scaligerus *de cauſis Latin. ling. c. 98.* & Girald. *vbi ſup.* vnde ſuſpicor Hornum vnius anni rẽ ſignificare, ex quo vinum hornũ, apud Horatium, pro nouo, & vnius anni, vt & frumentum hornum à Cicerone.

Horas etiam aliquando poſitas pro ipſa cœli inclinatione, & diſpoſitione, quod dicitur, admonet idem Girald. *d. loco*, vt ſi dicamus Italiam vergere ad ſextam horam, hoc eſt ad meridiẽ, & ad primam horam brumalem, hoc eſt ad hibernum orientem. Quomodo locutum Plinium videmus cum de Italia agens, ita ait *in 3. Incedit per maria, cœli regione ad meridiem quidẽ: ſed ſi quis diligẽti ſubtilitate id exigat, inter ſextam horam primamque brumalem:* quod item Claudij Ptolomei authoritate cõ firmat.

27 Tandemque Hora pro mortis articulo reponi ſolet, vt vel ex illo Saluatoris: *Quia neſcitis diẽ, neque horã*, & ſalutationis Angelicæ: *& in hora mortis noſtræ*, ſatis liquet. Audi Pacatũ in Panegyrico: *Cũ vltima ſupra caput ſteterit hora* Bohet. *lib. 2. proſ. 3. Cũ ipsũ ſæpe hominum velox hora diſſoluat*, notat Barthi. *lib. 24. aduerſar. c. 15.* Theſaur. ling. Hiſp. *verb. Hora*, quo ſenſu *cogere ſæcula in horam*, de moriente dici ſolebat, ſic Lucan. lib. 1. *cum cõpage ſoluta ſæcula tot mundi ſuprema coegerit hora*, ſic ex Stobæo idem Barthi. *lib. 11. cap. 8.*

28 Nos equidẽ de Hora prout illa certã & determinatam diei partem ſignificat diſceptamus; quam ita eleganter definit gloſ. *in §. hinc nobis, verb. cura. Aut. de Hæred. & falcid. coll. 1. Hora eſt pars tẽporis ex pluribus momentis cõſtituta, qua dies & nox diuiditur.* Hinc Petr. Gregor. *in prælũdijs optim. Iuriſconſ. lib. 4. cap. 1. num. 2.* Horæ eſſentiã quaſi vno perſtringens verbo, eſſe congruum tempus, & certum ſtatuit: & Anton. Cardoſ. *in praxi Iudic. & aduocat. verb. tẽpus, n. 3.* Horam, inquit, eſſe vigeſimam quartã partem diei, quod ex antiquioribus prædixerant Lazarus Fœnut. *de mom. tempor. cap. 4. n. 6.* Petrus Rebuf. *in l. 2. verſ. horar. de verbor. ſig.* Et rectius Theodor. Rub. tã de Iuriſprudentia, quam de Aſtronomia benemeritus, *in Horario vniuerſ. Eccleſ. cap. 15. n. 2.* rem dixerit, ſic definiendo. *Hora nihil aliud eſt, quam vna ex viginti quatuor partibus, in quibus quilibet dies naturalis, qui eſt integra Solis reuolutio, diſtinguitur.* Quamuis Franc. Baroc. *coſmographiæ lib. 3. c. 2. pag. mihi 165.* hanc definitionem tantũ 29 reſpectu diei ciuilis, non verò naturalis, vt Theodorus profert, verã agnoſcere videatur, ex quo diem ciuilem viginti quatuor horarum conſtituit, naturalem vero duodecim, & totidem noctem, cui & accedit Cæſ. Ripa *in Iconologia pag. 203.* qui & vniuſcuiuſq; effigiẽ, & habitum mire proprijſsimeque deſcribit. Athan. Kircher. *de arte magnet. lib. 3. Magnetici mundi p. 3. c. 4. in problẽma*, vbi hanc horarum diuiſionem hominum arbitrio factam aduertit, vt illam iaſpidi naturaliter ineſſe abneget. Ex quo in propoſito ſubinfert Baroc. Horas diei, ciuiles, eo quod quælibet earum eſt vigeſima quarta pars diei ciuilis; & è conuerſo, naturales appellari, quia duodecim partes diei naturalis ſunt. Siquidem natura rerum magiſtra nos docuit per eas diſtinguere dominia Planetarum, in diebus naturalibus, atque in noctibus. Sed cum Theodorus habito reſpectu ad integram Solis reuolutionem, viginti-quatuor horis naturaliter euenientem, hoc ſpatium naturalem diem appellet: Nil obſtat, & ſi reſpectu alterius inſpectionis, non naturalis, ſed ciuilis debeat cognominari; maxime vt inde falſi ipſius definitionem incuſemus

quo

quoad forensia attinet, in quibus dies non nisi viginti & quatuor horarũ agnoscitur, l. more 8. ff. de ferijs: *More Romano, inquit, dies à media nocte incipit & sequentis noctis media parte finitur. Itaq; quidquid in his XXIV. horis, idest, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actũ est; perinde est, ac si quauis hora lucis actũ esset*, facit text. *in c. consuluit, de offic. delegat.* Præsertim cũ nec me lateat hũc viginti & quatuor horarũ cursum, quem Franc. Baroc. & passim iuris nostri Interpretes ciuilem vocitant; ab aliquibus etiam naturalem cognominari, vt vel solo testimonio Petr. Gregorij *d. lib. 4. cap. 2. num. 9. & 10.* Fōtanel. *de pactis nup. clausf. 1. n. 21.* qui communiter naturalẽ appellari docet; Vt vel solo testimonio versatissimi viri D. D. Laur. Ramirez de Prado *in Pentecont. d. cap. 23.* satis conuincitur; dicemusque fusius in *Diario Iuris*, cui insimul incumbimus,

30 Id tamen non prætereã, quod singulariter obseruat Berchorius *liter. H. verb. Hora* nẽpe singulis hisce horis singulos Angelos esse deputatos: Ipsũ audi: *Sicut enim Rasiel in libro suo certi Angeli deputati sunt super Horas & singuli supra singulas, ad quod satis alludit illud verbum Scripturæ Apocalyps. 9. vbi dicitur: Angeli parati erant in horam, & diem, mensem, & annum.*

31 Cæterum Hora, siue diei vigesimaquarta pars tam à nostris, quam à Planetariæ Scholæ Magistris in momenta puncta, & minuta passim subdiuiditur. Glossa verò *in l. cũ bisextũ, de verb. sign.* quatuor puncta vnam horam efficere; & decem momenta vnum punctũ. Cuius assertionem, vt verissimam amplexantur Ioã. Andr. *in c. 1. de caus. posses.*

32 *& propr.* & ibid. Abbas *n. 7.* ex sententia eiusdem Ioan. Andr. pręmittit, Momentũ esse quadragesimã partẽ vnius horæ, quoniã hora est Vigesimaquarta pars diei; Punctum quarta pars vnius horæ, Momentum decima pars puncti, & sic quadragesima horæ. Cōsentit Afflict. *in cōst. lib. 2. rubr. 16. n. 7.* summa Angel. *verb. Tempus*, Ioan. Monach. *in repertor. 4. p. §. 3. n. 12.* Laçar. Fœnut. *de momẽto tempor. d. cap. 4. n. 6. Cardos. d. verb. Tẽpus, n. 3.* Alois. Ricc. *in prax. var. resol. resol. 103. n. 2.* Lil. Girald. *de annis, & mẽs. vbi proxime.* Sforc. Od. *de restit. p. 1. q. 2. num. 56.* Scipio Rouit. *pragm. 14. numero 2.* ex quo punctum maius temporis spatium, quam momentum significare, adducto Tertuliano, admonet Gasp. Barth. *aduers. lib. 42. cap. 8.*

Hancque Horæ diuisionem redolere videntur nonnulla iuris testimonia, quibus momenti non simpliciter, sed habito respectu ad certum, & pręscriptum momentorum numerum fit mentio, veluti *in l. si cui legatur, l. si quis ita legauerit 8.* ibi: *Quia non omne momentũ exigendũ sit, vt cũ liberis sit, ff. de cōd. & demōstr.* & *in l. si is à quo 3.* illis posterioribus verbis. *Neq; enim oportet per singula momẽta onerari eũ, à quo satis petitur, ff. vt in posses. legat. l. in vsucapionib. 6. In vsucapionibus nō de momẽto ad momentũ, sed totum postremum diẽ cōputamus, ff. de vsucap.* facit *l. 3. §. minorẽ, ff. de minorib. l. qui bona fide 23. ff. de acquir. posses. l. pretia rerũ 63. in fin ad leg. Falcid. l. 3. § 1. ff. quod vi, aut clã, l. anniculus 134 de verb. sign.* & expressius *in l. in vsucapione 15. in princip. in vsucap. ita seruatur, vt etiã si minimo momẽto nouissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur vsucapio, ff. de diuersis, & tẽp. præscrip.* Nec aliud euincitur ex *l. cũ bisextũ 98. de verb. sign.* ea periodo: *Cato putat mensẽ intercalarẽ additiũ esse, omnesque eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque* (momento scilicet) *diei mensis Februarij attribuit Quintus Mutius* Et tandem, vnius momenti horę meminit, *l. fin. C. de contrahend. & commit. stip.* Eo versic. *Nemo enim ita stultus, inuenitur, vt tali animo faceret stipulationem, vt putaret posse tantũ ædificium in vno momento horæ extollere.* Ex quibus satis concinne suspicatur Laçar. Fœnut. *d. c. 4. n. 4.* adesse certum numerum momentorum, cum ferè numerentur in dictis legibus. Etsi non ignorẽ momentũ, maxime apud iuris nostri 34 professores, ita large vsurpari, vt aliquãdo pro integra hora accipiatur, si Goueano credimus *in l. moribus paulò post princip. ff. de vulgari*; quo sẽsu. &

apud nostros occurrit *in l.* 43. *tit.* 18. *part.* 3.

35 Diuiditur item *Hora* in minuta, ità, vt sexaginta integram horam constituant, & eorũ quodlibet diuidatur an sexaginta secunda; & quodlibet secundum in sexaginta tertia; & quodlibet tertium in sexaginta quarta, & sic successiue vsque ad decem, vtpote ex Astrologis docent Franc. Baroc. *cosmographiæ, lib.* 1. *c.* 2. Theodor. Rob. *d. c.* 10. *n.* 13. *vers. Exemplum*, & è nostris Laçar. Fœn. *vbi proximo. n.* 6. D. D. Laurent. Ramir. de Prado *in Pentecont. d. c.* 23. & Riccius *in praxi variar. resolut. re-*

36 *sol.* 103. *num.* 2. cuius mẽsuræ Horam, *Solidam*, vtpote integram, & suis numeris absolutam appellitauit Iuuenal.

——iam nunc in balnea salua
Fronte licet vadas: quamquam solida hora supersit.
Ad sextam.——

Vti & diem solidum Horat.

——aut partem solido demere de die.

Integrum, atque vt per naturam suam est. Demit autem solido aliquid, subijcit Gasp. Barth. *lib.* 42. *c.* 18. qui dormit, nam vigilantibus dies factus est.

Nec tamẽ ideo asserimus Horas omnes æquales, aut eiusdem magnitudinis quolibet tempore fuisse: quoniã si artificialem diem, quam plerique natutalem vocant, vt obseruat D. D. Laur. Ramir. *vbi supr.* attẽdamus, cum in duodecim tantum partes, siue horas ipsius lux discernantur, & totidem nox: eiusmodi horarum quantitas hyberno, & æstiuo tempore eadem esse nequiuit. Cũ brumali hibernoque Sol supra nostrum emispheriũ elucescat minori spatio, quam solstitiali, & æstiuo. Ergo cũ à duratione lucis, artificiales diei ipsius duodecim horę debeant mẽsurari, minores necessario erunt hyberno tẽpore diurnæ, & lõgiores nocturnæ: æstiuali que è contra diurnæ maiores, nocturnæque contractiores, vt omniũ est cõmune placitũ. Testetur hoc Arnobius, lib. 1: *Nunquid lõgos habere dies bruma, & reuocare tardissimas luces nox cœpit æstatis?* Tardissimas luces: ibi lõgissimæ sunt, adsit tantæ veritatis, assertor Virgil.

Anne nouũ tardis sidus te mẽsibus addas.

Consentit propositæ sententiæ D. August. *lib. de Vera Relig. Hora brumalis æstiuæ comparata minor est.* Cẽsor. cap. 16. *Æuum neq; annorum,* inquit, *neq; sæculorum numero, nec denique vllo finiti tẽporis modulo metiri conabor, hæc enim ad ætatẽ infinitã nõ sunt brumalis instar horæ.* Quo respexisse videtur Ouid. *lib.* 15. *Metamorph.* ibi:

Vita cursus flumen est;
——neque enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest.

In cuius confirmationem, si quę ab obnigenæ litteraturę Scriptoribus testimonia suppetũt, recẽsere conarer, desperatus vtique labor, aut cruciatus foret. Plura concenturiarunt Ant. Aug. *emend. lib.* 4. *cap.* 13. Philipp. Broid. *in notis ad Frãcisci Polleti histor. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 6. Petr. Gregor. Tholos. *in prælud. opt. Iurisconsf. d. lib.* 4. *c.* 2. Franc. Baroc. *cosmographiæ, lib.* 3. *d. c.* 2. *pag. mihi* 164 Gal. Marc. *de doctr. promiscua, c.* 14. *ad med.* & Rursus, *c.* 25. Nauarr. *de Horis Can. c.* 3. *num.* 36. Lil. Girald. *de annis, & mẽs. pag.* 604. Dionys. Petau. *de doctr. tempor. lib.* 7. *c.* 1. Lel. Bisciol. *horar subcess. lib.* 9. *c.* 19. *tom.* 1. & *lib.* 11. *c.* 1. *tom.* 2. Ioan. Funger. *in etymolog. verb. Hora,* Gasp. Barth. *aduersar. lib.* 2. *c.* 19. D. D. Laur. Ramir. de Prad. vir numquam satis laudatus *in Pentecont. d. c.* 23. Andr. Bacc. *de Historia naturali vini, lib.* 4. *in præfat. pag. mihi* 129. & *de Thermis, lib.* 1. *pag.* 44. & *lib.* 7. *pag.* 388. D. Anton. Cabrer. floridissimi ingenij adolescẽs *in vere sacro prophano, pag.* 9. Iul. Labor. *elucubrat. tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 80.

Sane; quomodo respondeant horæ 37
æquinoctiales ciuilibus ex dierum, vel noctium auctione, vel decretione, facile ratione mathematica colligitur, si credimus Lil. Gregor. Girald. *de annis, & mens. d. pag.* 604. ciuiles enim, idest, cercę bruma, & hyberno solstitio tertia parte minores, quam æquinoctiales interdiu esse patet: estiuo verò solstitio tertia parte maiores productioresque, & quod sequens est vincunt hybernas duabus quartis, siue quod idem est, dimidio:

Qui-

38 Quibus item consequenter subijcitur ciuilis diei horas viginti & quatuor, pares, & eiusdem quantitatis, ac æquinoctiales esse (de his enim loquitur Ovid. 2. *Metamorph.*
Sæculaque, & posita spatijs æqualibus horæ.) Et quod lucis diurnis duodecim horis abfuerit, crepusculo; vel amplioris noctis parte subingeratur: Ita vt quod ea factū probetur, nō aliter ac si media luce fieret iure cēseatur; *d. l. more 8. ff. de ferijs*, ibi: *Itaq; quidquid in his XXIV. horis, idest, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actū est, perinde est ac si quauis hora lucis actū esset.* Obseruat egregie Gasp. Barth. *d. lib. 2. c. 19.* vnde profluit, quod si Notarius in instrumēto noctū cōfecto dixerit tali die scriptū, falsum non committit, quoniam ex proxime dictis, quod noctu fit dicitur factū etiā de die, ciuili nēpe. Vt Innoc. docēt, & Abbas *in c. consuluit; de offic. delegat.* Bartol. & Angel. *in d. l. more*, Bald. *i d. l. nō minorē. C. de trāsact.* quibus subscribit Marc. Mant. *in glossar. iuris clas. 8. dialog. 21. n. 1.* vbi hoc verū intelligit quādo dies artificialis non est de substātia actus, vel instrumēti. Idē eadē restrictione multis probat Tiber. Decian. *consil. 65. n. 22. vol. 2.* Polydor. Rip. *de nocturn. temp. cap. 117. n. 2. & seqq.* iterūque, *cap. 161. n. 1.* vbi docet horam nocturnam non esse de substantia contractus, ideo apponi nō debere; nam in his, quæ pariter die noctuque fieri possunt, in dubio intelligendus est dies viginti quatuor horarum, qui & noctem continet, quoniam his spatijs, totius coeli reuolutio absoluitur. Sequitur Cald. Pereir. *de empt. & vendit. c. 4. n. 15.* id itē subnectens, quod si cōtractus noctu fiat ante horam sextam, quæ nobis est duodecima, debet computatio fieri à die præcedenti, ex *l. 4. ff. de testam.* vbi notat Roger. *num. 7.*

39 Cuius vtique ciuilis diei horæ, à media nocte in mediam noctem computātur, vt *d. l. 8.* verba luculēter euincunt ipsius initio: *More*, inquit, *Romano dies à media nocte incipit; & sequentis noctis media parte finitur, l. 1. de manumissi.* Naturalis verò ab ipso primo solis exortū, ad occasum dinumerantur. Vnde Martialis horam lucernarum, quam vulgares nostri, *Al encenaer luces* vocant, postremam diei assignat, librum alloquens suum:
Seras tutior ibis ad lucernas, hæc hora est tua.
Seras dixit Poeta, subiūgit Fortunat. *Scach. Eleochrism. Myroth. 1. cap. 40* vt postremā coenæ horā indicaret. Constat itē ex Casaubono *in Athen. lib. 11. cap. 8.* etsi crepusculum, aut diluculum 40 matematice partes sint noctis, ex Caleoto Martio, *de doctr. promisc. d. c. 14.* & nonullis alijs ex prope recensitis, præsertim Petr. Gregor. *d. lib. 4. c. 2.* vbi postquā de initio diei, secundū mores diuersarum regionū prolixe nimis, & eleganter scripserat; cōmuniter autem nos in horarū obseruatione à media nocte primā incipere diei, inquit: & post meridiem primam duodecimæ noctis, non tantum ea ratione, quod in prima noctis Sol in emisphærium nostrum ascēdere incipiat, & post duodecimam meridiei ab illo descendere ab elatione videatur, quæ tamē vera sunt: sed quia Dominus noster Iesus Christus media nocte natus est, vt cōstat 2. Lucæ.

Vbi verò horarū simplex occurrit 41 mētio, aut illarum indistinctè humana dispositio meminit, non brumaliū, vel æstiualium, sed æquinoctialiū ciuilisque diei, necessariò erit subaudienda. Sic acutè satis admonet D. D. Laurēt. Ramir. *d. c. 23.* à quo merito decerpsit D. Ant. Cabrer. *d. loco*, illo Plinij suffragi. *lib. 8. c. 25.* *Horæ nunc in omni accessione æquinoctiales, nō cuiusq; diei significantur.* Cuiusq; diei, idest brumalis, autūmalis, vel diei æstiui, quorum dierū horæ pro tēporis ratione crescunt, vel minuūtur: Ideò non cuiusque diei, sed æquales solùm in simplici appellatione continentur. Quod tantundē respectu naturalium dierūm esse subintelligendum vterque notat, quoniam ciuiles dies, vt non longè adnotauimus easdem, & eiusdem longitudinis horas perpetuo sortiuntur. Ipsiusmet Plinij verba iterum id confirment; *lib. 2. cap.*

97.qui de recessu, & accessu æstus maris hæc scribit: *Nec vnquã eodẽ tempore quo pridie reflui, vt ancillante sidere trahenteq; secũ auido æstu maria, & assidue aliunde, quam pridie ex oriente; paribus tamen interuallis, reciproci, senisq; semper horis, non cuiusq; diei, aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus: ideoq; inæquales vulgariũ horarũ spatiũ, vtcumq; plures* (sic enim legẽdũ cõiectatur D.D.Laur.Ramir.) *in eas, aut diei, aut noctis illarũ mẽsuræ cadunt, & æquinoctio tantũ pares vbiq;* Ostẽdit sex horarũ spatio æstũ maris accedere, & recedere, æquinoctialiũ vtiq; non inæqualiũ, & quæ cuiusque diei sint. Et si non semper æstus maris sex horis, nec semper ijsdem horis accessus, & recessus, sed pro dispositione luminarium in Zodiaco durare, certius affirmet Atanas. Kircher. *de arte magnetica, lib.3.par.4.c.2.propos.1.pag.* 689.

43 Hinc necessariò cũ D.D.Laur.Ram. infero Consultũ *in l.2.§.cuiusque, ff.de verb.sign.* non de ciuili viginti quatuor horarum, sed de naturali, & artificioso die duodecim horarum fuisse locutum. Quod prius edixerãt quãuis diuersa cõiectura Petr.Greg. *in præl ud.opt. Iurisconsl.lib.4.c.2.* Steph. Forcatul. *in Sphera legali, n.93.* siquidẽ illa verba: *Cuiuscumq; diei,* quibus Cõsultus vtitur, iuxta proximè adnotata consecutiue id euincunt. Cuiuscũq; diei horas brumales, siue æstiuales fuisse nulli dubiũ esse poterit Plinij verbis inspectis. Cõtendit ergo Paulus Iurisconsultus in d. §. *cuiuscumq; diei,* siue naturalis, quod idẽ est, maiorem partem esse horarũ septẽ primarum diei, non supremarum. Cuius sentẽtia apud nostros adhuc dubia, & quasi in certo versatur. Nulli enim satis liquet, qua ratione diei naturalis duodecim horarum maior pars sint septem priores, & non posteriores, cum æquali longitudine omnes constent.

Nonnulli enim post Accursium *ibidem* matutino tempori id referunt, cũ (experientia docente practica) tũc longe nos ad agendũ prõptiores, sagaciores, & velociores adsimus. Vnde Hesiodus, *Aurora,* inquit, *operis tertiã sortitur partẽ,* & à pueris matutinas horas Scholis impẽdi solere indicat Marc. *lib.9. epigram.30.* ex eoq; Gasp. Barth. *aduers. lib.3.c.18.* qui & *lib.9.c.19.* mane adeò diei præcipuã partẽ notat, vt pro integro die matutina pars accipi soleat, quare Mart. Nauarr. *de horis canonicis, c.3.n.55.* ex Ioan. Maior. *in 4.dist.* 44
12.*col.1.* infert non peccare Scholasticos, qui toto tẽpore ante prãdiũ studijs vacãt, & assũpto prãdio horas recitãt, eo quod studijs aptior sit Aurora, & orationi nõ inepra vespera, quod etiã placuit Thom. Sanc. *in opusc.tom.2.lib.7.c.2.dub.36.n.3.* & Ant. Dian. *p.4. tract.4. Misc.res.9.in fin.* Etsi eo tẽpore, quo dies erũpit, hominũ precationes omnes exaudiri, Hebræorũ sapiẽtes sibi persuadeãt. Ideoq; vigilãtiã cõmendãt, quin & iniungunt ijdẽ, dũ aiũt, cuiuslibet hominis esse diẽ ipsum expergiscifacere, nec sinere, vt ipse ab ipso expergefiat. Veluti recenset Alois. Nouar. *Schediasm. Sacro-Prophan. lib.11.c.4 n.31.* Ex quo Honorius Augustodunensis in Gẽma animæ; *lib.1.c.144.* *Nõ sine causa,* inquit, *gallus super cãpanariũ ponitur: Gallus enim dormientes excitat, & per hoc admonetur Presbyter, gallus Dei, vt per cãpanã dormientes ad matutinas excitet.* Erat enim moris antiquis gallũ cãpanario imponere, cuius testis idẽ Nouarin. *d.tract.lib.12.c.16.n.69.* Hocq; sensu notat Benedict. Curt. *in explic. arestor. amoris, aresto 3 verb. Se vistiesse la camisa.* Mulieres se horis matutinalibus quotidie templo, vel alio loco adfuturas, nequaquam posse vouere. Interest enim maritorum, ne id faciãt ob lanificium, cæteraq; domestica, quæ aptius matutino tẽpore operantur. Argumento text. *in c. manifestum 33. q.5.* Eoque suspicor primas hasce, & antemeridianas horas fuisse, quas bonas apelitauit Martial, *lib.1. epigramm.14.*
Male collocare si bonas voles horas.
Veluti studijs maximè sacratas. Idcirco nec inuenustiori suauitate D. D. Laur. Ram. de Prad. *in Schediasm. ep.n.1.* *Bonas male collocare horas,* inquit, *magnũ est studiosis dispendiũ, vt cõpendiũ maximũ eas bene impẽdere diligenti solertia,* &

& laudabili sollicitudine. Quæ addenda velim tradita à Iacob. Cuj. *li.5. Pauli ad ed ɛt. in explicatione d.l.2.* Petro Rebuffo, & Guliel. Fornerio, *vbi supr.* Stephan. Forcatul. *in Sphera legali, n.* 93. Lil. Girald. *de annis, & mens. pag.* 605. Henriq. Salmuth. *in notis ad Guidonis Panciroli memorabilia, libr.* 1. *c. de Horis, & Clepsydris,* & alijs, qui huius interpretationis auctores extitere. A quibus dissentiens Anton. Faber in Ration. *ad l. more 8. ff. de ferijs*, lacerandū potius, quā explicandū nodum, vt assolet arbitratur, & pro verbis illis: *Septem horarum,* leui tantum allucinatione *sex horarum* reponit. Rectius enim noster D. Laur. Ramir. ad Martialem, *lib.* 4. *epigramm.* 8. de Consulti sententia me-
45 ditatur. At mihi plausibilius videtur. Paulum *in d.l.2.* non simpliciter, sed respectu Tribuni plebis, de quo illi erat ibi sermo, vt optime expendit Cuiac. *d. loco*, respondisse diei naturalis maiorem partem septem horarum primarum esse, non supremarum, quoniam
46 Tribuno plebis non licuerat, nec minimam partem noctis ab vrbe abesse, *l. Vrbana familia* 166. *§. pernoctare, ff. de verbor. sign.* quæ de hoc Magistratu est subaudienda; nec interdiu licuerat abesse maiorem partem diei, cæteram partem licuerat. Huius respectu ambigi nequit septem priores horas, nēpe matutinas maiorem diei naturalis, partē esse, qua ab vrbe impune recedere vix poterat; cum ex sui muneris præscripto, & forensi consuetudine, ferè integro illo spatio teneretur litium expeditioni, & iurgijs præesse.

47 Quibus tantum ad horam sextā operam dari consueuerat. Vnde apud Plutarchum *in Catone Vticensi* legitur, vt paradoxon, Marcum Catonem post prandium, & vinum causas cognouisse, quasi id extra ordinem foret. Veluti accurate nimis obseruat Franc. Pollet. *Histor. For. Roman. lib.* 1. *ad calcem.* Probaturque expresso iuris testimonio *in l.* 2. *§. initium, vers. Et quia, ff. de orig. iuris*, vbi nimis ad rem Pomponius ita: *Et quia Magistratus vespertinis tēporibus in publicū esse inconueniens erat, quinque viri constituti sunt cis Tiberim, & vltra Tiberim, qui possent pro Magistratibus fungi.* Insinuat Andr. Sancta Maria *in Isoplonomia, seu in collatione armorum, & legum, pag.* 62. qui *& pag.* 42. opusculum *de singulis hominis ætatibus*, nostro, quod iam edidimus *De ætate ad omnes humanos actus*, simile pollicetur: cuius euulgationem, vt vel tanti viri scriptis nostra perficiantur, in totius Reipublicæ litterariæ commodum ardentissime exopto.

Nec inconcinnius idem euincitur 48
apud nostros antiqua *l.7. tit.4. part.3.* quæ de iudicibus agens, sic statuit: *Logares señalados, è co nunales deuē escoger à todos los juzgadores, en q̄ puedan oir los pleytos, è delibrar paladinamente las contiendas de los omes q̄ ante ellos vinieren, para alcançar derecho, è deuē hi estar assentados desde grant mañana fasta medio dia.* Et tantū vbi litiū qualitas, & numerus exegerit, Magistratibus necessitatem sedendi vespertino tēpore demū iniungit, ibi: *E aun desde nona fasta visperas, se yendo los pleytos muchos.* Quæ, vtpote ex iuris communis penetralibus eruta, maxime conducit. Stabiliunt id ipsumnotata à Polleto, *supr.* faciuntque elegantissima Varronis verba, *lib.5. de lingua Latin.* quæ iuxta nostræ legis seriē sunt accipienda: *Hoc idem*, inquit: *Cosconius in actionibus scribit, Prætorem accensum* (siue præconem, vt mox explicauimus) *solitum tum esse iubere, vbi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam. Itemque meridiem, & horam nonā.* Iuuantque tradita à Giraldo, *sup. quasi ad calcem,* & inde suadetur, quod meri- 49
diano tempore, vel post, domum iudicis ingredi nemini fas erat, *l. nequis 6. C.T. de offic. Rect. Prouinc. l.1. C.T. de offic. iud. ciuil.* Quod & in adeundo Imperatore similiter obseruabatur, ad quem nemini pomeridiano tempore, sed matutino tantum ingredi licebat; sic refert Georgius Codinus de offic. aulæ Constantinop. *cap.5.* his verbis: *Indicat hoc etiam sonus talium instrumentorum;* tubarum scilicet, *qui est, vt siquis ex populo aliquid petat, vel iniuria afficiatur, audito hoc sono, accurrat, & ad Im-*

Imperatorem libere referat. Fit autem hæc, si Imperator mane equitet: at, si post prandium equitet, id nullo modo obseruatur. Causa nescitur: at, si coniecturæ locus datur, dico; cum plebei mane quidem sobrij sint, & magis temerarij, meritò mane tubis canunt, eo, quod diximus modo: Post prandium verò, nequaquam; ne quis ebrius incompositè, & temere ad Imperatorem accedat. Notat etiam Aloif. Nouarin. *Schediasm. lib. 12. cap. 26. num.* 107. Et succinit Hebræorum iudicum ritus, vt sub distinctione indicat Maim. Nilch. Sanhedrin initio, *c.* 3. his verbis: *Quanto tempore sedent iudices in iudicio? Sinhedrium minus, & trium virorum collegium à precatione matutina, vsque ad sextam diei horam elapsam: quòd tempus prâdij sapientibus in Gem. Sabb. cap.* 1. *Sed Sinhedrium summum à iugi matutino, ad vespertinum.* Hinc Bernard. Pand. *de præsent. instr.* 4. *part. declarat.* 4. *n.* 43. *& seq.* Finem regendi curiam, & Magistratus, meridiem appellat. Semper enim, & omni æuo ius dicédi tempus, maxime in publico, quod nostris dicitur,
50 *Hazer Audiencia*, matutinum fuit, horæque ipsius certæ, & designatæ quandoque.

Nulla alia ratione, etiã hodie in citationibus horæ appositioné, qua citatus debet cõparere, minimè necessariã credidit Blarerius *in regulariter repet. leg. diffamari, c.* 6. *n.* 132. & Marc. Mant. *in gloss. iur. claus.* 8. *dialog.* 71. *num.* 6. Andr. Gail, *lib.* 1. *obseru.* 53. *num.* 4. Petr. Caball. *resol. crim. cẽtur.* 3. *cas.* 540. *n.* 15 (qui & numeris præcedentibus, id etiã ad comparentem solutionis causa producit, vt scilicet, non quacumque hora diei comparens liberetur, sed illa duntaxàt, qua officialis, cui solutio est facienda, aut quiuis alius in officio, vel domo esse solet) & nituntur hæc omnia ea singulari ratione, quia hora solita causarum debet citatus iudicio adesse. Quod similiter, & quam plurimis placuit, quibus accedit August. Barbos. *in collect. ad text. in d. cap. consuluit* 24. per illum textum, *num.* 3. *de offic. deleg.* docuerat Maranta, *tit. de citat. num.* 66. Banc. *tit. de nullit. ex defectu citat. num.* 72. Osuald. *lib.* 23. Donell. *cap.* 2. *lit.* CC. qui & insuper adijciunt, quod si forte hora in citatione apponatur, & alia negotium expediatur, claudicabit sententia; quamuis absolutè Lanfranc. velit *in cap quoniam contra, de probat.* debere in citatione locum, diem, & horam inseri. Cuius sententiæ extitere Boer. *quæst.* 235. Dec. *in cap. comparati, num.* 6. *de appellat.* Greg. Lop. *in l.* 11. *tit.* 6. *par.* 3. Foller. & alij apud Cald. Pereir. *de empt. & vendit. c.* 5. *n.* 18. Alfar. *de offic. Fiscal. glos.* 44. *n.* 3.

Et suadetur dilucidius nostra interpretatio, ex *l.* 1. *§. dies* 6. *ff. quãdo appell. sit*, vbi suprema hora constat iudici licuisse se retrahere, & litigantibus sui ipsius copiam negare. Audi verba: *Quid igitur si conditio horæ effecit, vt se reciperet?* De iudice loquitur; *Si fortè dicta sit sententia, iam suprema hora? Vtique non videbitur se subtraxisse.* Supremam horam hic I. C. appellat proculdubio meridianam, siue diei sextam, qua vt præmisimus lites sopiri constat, & iudicibus à foro discedere impunè permittebatur. Facit apud nostros, *l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 2. *nouæ Recoll.* ibi: *Mãdamos, que los del nuestro Consejo, que en èl residieren por nuestro mandado, vayan cada dia por la mañana à la Camara è casa que fuere deputada para el Consejo, y desde principio de Octubre, hasta fin del mas de Marzo, comiencen à oir desde las ocho horas, hasta las onze, &c.* cõfert *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 9. *& l.* 9. *tit.* 2. *lib.* 3. *eiusdem Recoll.* Idque ex more, quoniam ante meridiem fiebant res seriæ. Testetur hoc antiqua hæc lex: *In comitio, aut in foro, ante meridiem causam conijcito, post meridiem fœdus ne ferito, ne auspicator, Senatus-Consultum ne facito*; & Plutarch. *in quæstionib. Roman.* vbi sic: *Meridies multi finis, & tractandis, quæ publica sunt, & seria.* Apud Sidon. *epist.* 2. *lib.* 1. Theodoricus Rex, mane administrandi Regni curam sibi deputat, & Senec. *de tranquill. cap.* 17. Ideoque Maiores nostri nouam relationem, post horam decimam in senatu fieri vetabant. Hoc ideo, vel vt corpora curarent, vel quia Senatus-Consultum, post occasum solé factũ, nec ratum

51

tum quidem erat. Agel. *libr.* 4. *Noctium Attic. cap.* 7.

52 Nec coniectationi nostræ repugnat non à prima lucis hora; quinimo à tertia ad meridiem conuenire solitos in forum Magistratus, Iudices, Litigatores, Aduocatos, & omnes, quorum erat actioni interesse, nisi ex aliqua graui causa extra ordinem res cognosceretur, si Martiali fidem debemus, qui *lib.* 4. *epigramm.* 8. ita edixit.

Prima salutantes, atq; altera detinet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.

53 Quo forte respexisse videntur Imperatores *in l.* 1. *C. T. de offic. ciuil. iudic.* cum Honoratis, siue Curialibus litem habétibus interdicunt his horis, quibus causarum; vel merita, vel facta panduntur cum iudicibus assistere. Necnon, & Paulus (ni mea coniectura decipior) *in l. ius* 11. *ff. de iust. & iur.* ibi: *Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo, quod fit, in eo vbi fit.* Id est horis, quibus ibi adest ius dicendi causa. Ex quo rectè inferũt Castrens. *in l. non minorem* 20. *num.* 3. *& ibidem* Rom. & Petr. Gilken. ille, *num.* 5. iste, *num.* 3. *C. de transact.* iudicé

54 ordinarium habere certum locum, & tempus iudicandi, quoniam Pedanei omnibus horis ius dicere cogebantur: *Authentic. de iudic.* 82. *collat.* 6. §. *sedebunt.* 3. vbi sic Iustin. *Sedebunt autem hi Pedanei iudices continue, & nunc in Regia Basilica, in quibus, & nunc domunculis iudicant, matutino mox, & meridie, & vespere audientes causas.* A qua iudi-

55 candi continua necessitate Græce Pedaneos dictos suspicor, à verbo *Pedei* compedes significante, aut à verbo *Pedero*, quod vinctum ducere importat, cum Pedanei hi Magistratus, quasi catenati, & vincti semper, & omnibus horis iudicio sederent. Veluti in *Elucidario nostro linguæ Hispanicæ*, qui prope diem typum ambit, verb. *Behetria*, inter alia obseruamus.

56 Hæc inquam nil refragantur, nam etsi respectu aliorum Magistratuum, quibus ius dicendi potestas inerat, non nihil vrgeant; respectu tamen Tribuni plebis, nec quicquam obsistunt: cuius tanta in Romana Republica per singula momenta necessitas, vt per integrũ diem ab vrbe abesse prohibeaetur: *Illud certe satis constat,* refert Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 3. *Neque Tribunos plebis diem integrum ab vrbe abesse licere t, ne auxilij latio cum opus fuerit, ciuibus desit: sicut Hæduis in more fuit, vt qui summum gerit imperium finibus excedere non possit.* Quod prodiderant item Dionis. Alicarn. *lib.* 8. Gell. *lib.* 3. *cap.* 2. Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. cap.* 3. congrüentissima hac verborum serie: *Præterea Tribuni plebis, quibus nullũ diem integrũ abesse Roma licet, cum post mediam noctẽ proficiscuntur, & post primam facem ante mediam noctem reuertuntur, non videntur abfuisse diem: quoniam ante horam noctis sextam regressi, partem aliquam illius in vrbe consumunt.* Consentiunt Nouarin. *Schediasm. lib.* 11. *cap.* 9. Et si in eo perperam argumentetur Macrobius, quòd non videri Tribunum abfuisse diem arbitratur, qui ante horam noctis sextam reuertitur; quia dies quoad residentiam huius Magistratus attinet, non ciuiliter, & viginti quatuor horarum accipi debet; sed naturaliter, & prout lucis tantum duodecim horas continet. Alioqui frustra Tribuno imponeretur necessitas non discedendi ab vrbe per integrum diem, nec per minimam partem noctis, *d. l. vrbana familia* 166. §. *pernoctare, ff. de verb. sign.* Si enim præceptum non recedendi per diem integrum, de die ciuili ex luce, & nocte composito erat subaudiendum; insipidum; & redundans omnino videretur alterum vinculum non exeundi à continentibus ciuitatis, nec per minimam noctis partem, *vt in d.* §. *pernoctare*, præcipitur, cum & hoc satis primo comprehensum appareret? Confirmat hoc Seru. *in illud Virgilij* 5. *AEneido*:

Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.

Vt d. loco Alexandr. notat Tiraquel. ergo nil mirum, si qui per integrum dié ab vrbe discedere non poterat, etiam vltra matutinas horas, quibus necessario foro adesse cum cæteris Magistratibus tenebatur, nonnullis alijs, ad septé vi-

vsque assistendi onere gravaretur: Si tamen onus, & grauamen licet compellare; quod ipsius fauore est interpretatum. Nemo enim diffitebitur eximia indulgentia inductum, vt Tribunus plebis, cui per integrum diem recedendi facultas denegabatur, posset saltim minori diei parte ab vrbe abesse.

57 Profluit vtique ex superioribus misere obdormitasse doctissimum aliàs Petrum Rebuffum, vt quilibet aliquando bonus licet Homerus, dum *in d. l. 2. num.* 10. ipsius verba non præcisè de naturali tantum, sed & de ciuili die accipi debere arbitratur, cum neget extare in iure nostro differentiam naturalis, & ciuilis diei, quo ad horarum vtilitatem, & considerationem. Quod plane, vt iuri contrarium merito reprehẽdit D. D. Laur. Ramir. *d. cap.* 23. *pentecont.* Nam & si frequentiorem ciuilis diei vsum in libris nostris admittamus, vt *in d. l. more, ff. de ferijs; d. l. in vsucapione, & l. seq. ff. de vsucap. l. à qua ætate, ff. qui testam. l.* 1. *ff. de man.* & fere innumeris alijs locis (quorum operosa magis, quam proficua cumulatio) vbi tamen maximè de die ad hominis laborem destinato agere occurrit, non de ciuili viginti & quatuor horarum, quinimo de naturali die duodecim horis circumscripto ab ortu Solis ad ipsius occasum cogitatur, *l. 2. ff. de annuis legat.*
58 ibi: *Quemadmodũ si diurnas operas Stichi dare damnatus, nõ à mane, sed à sexta diei hora det: totius diei nomine tenetur.* Similis text. in l. 3. de operis libertor. *Itaq; nec ei liberto, qui sex horis dũtaxat ante meridianis præsto fuisset: liberatio eius diei cõtingit*, facit l. Medicus 26. ff. eod. *Respondit Ius esse dummodo liberales operas ab eis exigeret, hoc est, vt acquiescere eos meridiano tempore, & valetudinis, & honestatis suæ rationem habere sineret*: optimus text. *in l. Titius* 25. *§. Lucius, ff. de liber. & posth. Quæro*, inquit Paulus, *cũ ipsa die qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate hora diei sexta, eodem die albescente cœlo rure sit enixa Mæuia masculum, an institutio hæredis valeat.* Similiterque, & noctium naturalium duo-
59 decim horarum frequens in iure fit mẽtio, vt *in l. 1. de manum. d. l. à qua ætate, qui testam. facere poss. l. ideoque, de vsucap.* quibus de sexta noctis hora agitur, quę nisi in nocte diei naturalis dari nequit, vtpote, quæ sola duodecim horis mensuratur ab occasu Solis ad eius ortum: non aliter ac ipsius claritas ab exortu ad occasum, cuius hora sexta meridies dicitur, & noctis, media nox, seu meridies noctis, vt Poetis vulgare notat Ant. Aug. *li. 4. emẽd. c. 13.* qui in huius computi rationem Matthæi locum adducit, *cap.* 20. vbi vineæ Dominus his, qui vndecima hora conducti fuerant, tantam mercedem soluit, quantam his qui à sexta, tertiaque hora opus fecerãt acceperunt. In cuius rei testimoniũ apud Euangelium, secundum Ioannem *cap.* 11. dicit Christus: *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendet.* Vbi quamuis allegoricè 60
(admonet in proposito Petr. Bung. *de myster. numer. cap.* 12.) se Diem, discipulos verò, qui à se illustrandi fuerant, Horas appellauerit, solito tamen humanæ computationis ordine numerum definiuit horarum. Quod & idem Petr. Rebuff. agnoscere videtur cum de die artificiali agit, quem sic dictum vult, quasi artificio, & humanæ operationi sit designatus. Vnde si pater familias, scribit Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap. 4. num.* 16. conduceret operarios pro aliquo certo salario singulis quibusque diebus, intelligenda erit cõductio de diebus artificialibus à summo mane vsque ad vesperam; & non viginti quatuor horarum, qui noctes continent, quoniam huiusmodi operæ non solent noctis tempore præstari, ex Azone *in summa, C. de oper. libert.* Alber. *in d. l. more*, & Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 11. num.* 11. 61

Iuxta quem horarum numerum antiquis solaria extitere, eo ordine, & artificio compacta, vt nec ciuilis tantum diei horas, aut æquinoctiales; sed naturales, etiam siue ęstiuales, siue brumales vmbris denotarent. Alex. ab Alex. in id adducam, cuius verba omnia perstringunt: *Solaria enim antiqui eo libramento habuere distincta, vt sexta diei ho-*

hora meridies, noctis quoque sexta hora, media nox designaretur. Quum enim lege naturæ radij solares, alij hyberni, alij æstiui sint, ita vt vmbræ aliæ æquinoctiales, aliæ æstiuæ, aliæ hybernæ fuere. Erat enim horologia figurata, & ea finitione descripta, vt æquinoctialis, brumalis, & solstitialis dies, in partes duodecim assidue diuisus foret, horasque pro qualitate temporum, & dierum, modo maiores, nunc minores, nonnunquam crescentes, aliquando breuiores ostenderent: quod commentum Anaximenes Milesius excogitasse, dicitur primus. Ita Plin. *lib.* 2. *cap.* 76. *Vmbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomonicem, inuenit Anaximenes Milesius. Anaximandri (de quo diximus) discipulus: primusque horologium, quod appellant Sciotericon, Lacedæmone ostendit.* Assentitur Iul. Labor. *elucubr. variar. tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 81. cuius arcani horologij effigiem, & delineationem, ne vel hoc minimum cultioris ingenij desiderio latuisset, sedulitati, & indefessæ indagationi D. D. Laur. Ramir. debemus, *d. c.* 13. *Pentecont.*

62 Horologiorum verò eiusmodi vsum satis serò receperunt Romani, bello scilicet Punico secundo. Vnde illi Plauti versus *in Bæotia comædia, festiuitate mira.*

Vt illum Dij perdant, primus, qui horas reperijt,
Quique adeò primus statuit hic solarium,
Qui mihi comminuit misero articulatim diem,
Nam me puero venter erat solarium,
Multo horum istorum optimam, & verissimum,
Vbi iste monebat esse, nisi eum nihil erat,
Nunc etiam quod est nõ est, nisi Soli lubet:
Itaque adeò iam oppletum est oppidum solarijs,
Maior pars populi aridi reptant fame.

Quæ verba sunt parasiti esurientis, exe crantisque solaria recens statuta, cum ante venter cetris horas latraret:

63 Erat igitur in foro publico Solariũ, vt recenset ex Cicerone pro Quintio Franc. Pollet. *Histor. For. Roman. lib.* 1. *c.* 9. & *ibidem* Broidæus, *n.* 7. & aliud insigne in Campo Marcio, quod habebat septem gradus circum, & lineas distinctas metallo inaurato: Solum etiam Campi eo loco, vbi horologium istud fuit, lapide amploquadrato stratũ erat, & habuit lineas easdem: & in angulis quatuor ventos cum inscriptione: *Vt Boreas spirat*, cuius meminit Plin. *lib.* 36. *cap.* 10. addens, ab Augusto Imperatore illud horologium factum fuisse. Sic refert ex Pomponio Læto, Thom. Dempster. *de antiquit. Roman. lib.* 6. *cap.* 11. in postrema editione studio Andr. Schoti euulgata. Syracusis, vt nec vel hoc silentio inuoluam, horologiũ etiã illustre ac excelsum fuisse, opus quidẽ Dionysij Senioris, eius vrbis tyranni Thomas Facellus refert *Historiæ Siculæ Dec, prioris, lib.* 4. *cap.* 1. quam correctam, auctã, & anno M. DC. XXVIII. typis datam lego à Doctissimo mihique amicissimo viro Abbate Martino la Farina, Regis nostri Sacellano (*Nũc Archimandrita*) cuius egregijs studijs Sicilia maxime se debere fatetur. Qui & *lib.* 1. *cap.* 7. testimonio Plinij, *lib.* 7. *cap.* 6. recenset horologiorum inuentores Siculos fuisse, atque ex inde è Catana illius nempe vrbe à M. Valerio Messala Cons. primo bello punico Siciliam turbante, horologij vsum Romam adductum, veluti ipsius, *lib.* 3. *cap.* 1. Adnotatur. Alia eximij artificij horologia memorat Lilius Girald. *d. loco ad finem*, quæ lubenter missa facimus, id tantum adnotantes, publica eiusmodi Solaria, ad curam Prętoris pertinuisse, vt memorat Alex. ab Alexand. *dierum genial lib.* 3. *cap.* 13. qui & refert curam horologij inter opera censoria nõ in postremis fuisse. Vti & si quis Senatus Consultum curasset fieri ante exortum, vel post occasum Solis, nã & hoc inter opera Censoria erat, si Plinio credimus, *lib.* 7. *c.* 60. & Gellio, *lib.* 14. *c.* 7. ex illisque asserenti Tiraquel. *in d. loco Alexandri, littera E.*

Quinimo nec in publico foro tantum, sed & in priuatis domibus horologiorum vsus irrepsit. Hinc cõtra seruitutem ne luminibus officiatur eum facere cauetur, qui altius tollendo solem auertit à solario, quia vmbram facit 64

cit in loco, vbi Sol est necessarius, vt etiã heliocamino, *l. si arborem 17. ff. de seruit. præd. vrb.* Et apud Vlpianũ *in l. in instrumento 8. § . Papinianus el 1. ff. de instruct. & instrum. legat.* discussum inuenio, an supellectili, vel instrumento domus horologiũ adscribatur, vt legato cõtineretur? Et in horologio æneo illud singulare putat Papinianus, vt licet adfixum non sit, instrumento domus contineatur. Quod satis eleganter animaduertit Arnaldus Contadis Narbonensis *in epitome ad XXXIII. lib. Pãdectar. d. tit. de fund. instruct. & instrũ. legato*; dignum hercle munus viro,
6 ac Mecœnati D. D. Antonio à Narbona, Sisteronens. Episcopo, cuius nomini tutelæq; addixit. Non quidẽ ex prærogatiua materiæ, vt id obiter notem, quia æneũ fuerit horologium, sed ex magnitudine & grauitate, quæ ita motu difficile reddiderant, vt quasi immobile, & affixum posset cẽseri. Quo circa in ferreo, argẽteove, aut aureo eiusdẽ molis, idẽ sentiendũ puto, vt domus instrumẽto cõtineatur, secus in paruo, æneo licet, ferreo, aut plumbeo: erant, suntque Horologia plumbeis põderibus, de quibus nuperus quidam Poeta, sic cecinit:

Nola silet, statq; Hora: graui en traho pondera plumbo,
Id rota nexa rotis, tinnulaque æra sonãt.
Quis teneat lẽto fugientia tempora nodo,
Si dant & celeres, plũbea vincla, pedes?

Erantque & lapidea, maxime Chaldæis & Hebræis, à quibus ideo Horologium, *lapis horarum* dicebatur. Vnde vbi noster legit Isaiæ 38. vers. 8. *Ecce ego reuerti faciã vmbrã linearum.* Chaldæus vertit: *Vmbram* lapidis horarũ, & *Regressus est Sol decẽ horis in figura lapidis horarum.* Idest, solari horologio, vt explicat eruditè Aloys. Nouarin. *lib. 5. Schediasm. Sacroprophan. lib. 5. c. 14. n. 62.* Pretiosus tamẽ, & excellentioris materiæ constat, quod ex Psalmorum quotidiana recitatione confinxit Sanctus Petrus Damianus *opusc. 13. c. 17.* cuius artem sequentia præferunt: *Commissæ tibi curæ intẽtus, semper prouidus, sẽperq; sollicitus, volubilis sphæræ necessitatem quiescere nescientẽ, syderum transitum, & elabẽtis tẽporis meditetur semper excursum. Porro psallendi sibi faciat cõsuetudinem, si discernendi horas quotidianã habere desiderat notionem, vt quãdocumq; Solis claritas, siue stellarum varietas nubium densitate non cernitur, illic in quãtitate psalmodiæ, quã tenuerit, quodã sibi velut Horologium metiatur.* Huius artificio qui vtatur, nec premet horã, nec reprimetur ab hora; hoc est, nec male tẽpus absumet, nec absumetur à tẽpore. Sic enim vulgatũ illud Rabinorũ: *Qui præmit horam, hora reprimet eum*, ex mente ipsorũ explicat idem Nouarin. *supr. num. 58.*

Sed nec domi tantum, imò & colo etiam horologia veteres appendisse, indicat Bato Comicus, illis verbis: *Tãta te diffidentia tenet, vt totum diem à mane summo circumferas ampullã diligenter cõsiderans, quod intus est oleum, vt iure aliquis putet, non ampullãte huc illuc gestare, sed horologium.* Inde subnectit Isac. Casaub. *in Athen. lib. 4. c. 17. Notabis antiquissimum morẽ circumferẽdi horologia, cuius nullum aliud testimonium puto in literis antiquis extare: nisi quod Vitrubius horum meminit, lib. 9. c. 9. appellatq; viatoria pensilia. Hodiæ multiplicis formæ horologia fiunt elegantissima, quæ iam nõ vtilitatis, sed ornamenti gratia, etiam proletarium mulieres sibi appendunt. Adeò publicorũ morum disciplina est corrupta, aut potius nulla.* Quod nostrorum consuetudini, & vsui nil cõgruentius adduci potuit. Adstipulatur Ioan. Sanc. Vallesius in Cronic. General. hominis, *lib. 3. cap. 8.* ibi: *Y publicamente se traen por las manos, y las casas reloxes de Sol.* Cuiusmodi fuit, quod annulo digiti Caroli V. Imperatoris S. A. quidam artifex collocauit, habens campanulã & indicem, & cætera libramenta omnia; Teste Sim. Maiol. *dierum canicul. colloq. 23. pag. mihi 762.* Cesio, *de minerali, lib. 3. cap. 10. sect. 9. num. 6.* Causin. *symbolo penult.* BrencK *memorab. & elector. lib. 1. cap. 11. n. 18.* Funger. *in etymolog. verb. Horologium.* Torreblanc. *de Magia, lib. 2. c. 2. de Magia artificiosa, n. 4. & in tract. iuris spiritualis, lib. 11. c. 5. n. 21.*

21. singulariter Atanas. Kircherius, *de arte magnet.* Vbi & quam plurium miri artificij horologiorum item meminerunt.

Et, ne quidquam irreligioso silentio prætercam Ioanem Vvov Vveriū accipite *in die æstiua, siue de vmbra, c.22.* qui inter alia illud quoque solertiæ vmbræ deberi obseruat, quod ea pretium fugacissimæ rei ponere didicimus, & excitari ad singula momēta, correptique horrore cogitemus iā strictū fatale ferrum iugulo imminere. Nam vt tacito fluxu properantia tempora quodāmodo retinet, horis illa distinguere, certamque earum mensuram obseruare docuit. Partes enim diei, atque adeò horæ, magnitudine vmbrarum, incrementis, & decrementis illarum dismébrantur. Eaque doctrina Gnomonicè appellata, quod Gnomon horarū discrimina in plano ostendebat. Indeque excogitata omnis generis horologia Sciotherica, aliaque instrumenta, quibus vmbras captamus, & ex earum ratione horarum spatia, similiaque multa indagamus: quale illud Scaphium, siue vt Vitrubius appellat, *de archit. lib. 9.c.9.* Marc. Capell. *lib.6.* hemisphærium, inuentum Aristarchi, quod horarum ductus stili umbra in medio notabat, & in sacris celebratur Achæ Regis Iudæ.

Nec verebor affirmare, prosequitur Vvov Vver. in AEgypto obeliscos, & pyramidas immensæ molis huic vsui initio structas: deinde demū incitante prodiga æmulatione signa Regij fastus & potentiæ relicta.

Ex hac vero antiquorum consuetudine vmbris notandi diei horas, quod etiam hodie rusticis frequentissimum obseruat, Cæl. *lib.12.c.9.* & StucKius *antiquit. conuiuial. lib.1.cap.11.* ipsas horas, vmbras vocabant. Vt apud Virgil. in Bucolicis

Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.

Et Ierem. 6. 4. *Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.* Ex quo Aristophanes, inquit, illos, qui olim vocabāt ad cœnā designasse, ad quam vmbram solarij vellent côuiuas adesse: & itidē illos, qui vocabantur, ne venirent ante tēpus rogasse ad quam lineam esset veniendum. Quo referendum illud Eubuli Comici apud Athen. *lib.1.cap.13.*

Elatus vt Phœbus pedes mensoribus
Viginti erit; cum prandio hunc accedere
Cœpisse mane Sole vix orto statim
Vmbram metiri; cum pedes maior foret
Etiam duos; tunc aduenire, postea
Dixisse paulo forte tardiusculus
Negotijs veni retentus cum diei

Metiebantur enim pedibus vmbras, vt horarum numerum comprehenderent; veluti multis ostēdit StucK. *supra*, vbi ex Erasmo notat, vmbram decē pedalem, quasi cœnæ spem facientem, parasitis fuisse gratissimam.

66 Serius vero Romani receperunt horologia nostratibus similia (liceat nūc elegantia, & verbis diligētissimi Polleti *vbi proxime*, vti) quæ expressis, & solidis spheris, orbibusq; automatis, & ponderū iusta grauitate sese mouētibus, ad numerum circumdarent indicem diametrum per orbem planū, in viginti quatuor intervalla distinctum, qui repræsentaret nobis circulum illū æquinoctialē: & vbi attingeret intervalla illa index, tum horæ indicatæ numerus nolæ impulsu significaretur. Quā quā, & tēpori Ciceronis spheras automatas habuerunt, quibus expressa erat orbiū cœlestium descriptio, & etiam planetarum, similemque ex argento solidam Posidonium habuisse, cômemorat Cicer. 2. *de natura Deorū*: Quorum artificium doctissimè prosequitur Angel Polit. *lib.4. epist.* 70. & refertur in libris nostris ab Vlpiano, *l. cætera 41. §. itē hoc prohibetur 7. de legat.* 1. Vbi legari posse fistulas, castellos, vel automataria, siue automata, scribit quorum artificium explicans Andr. Alciat. *lib.1. parerg. cap.20.* automata ea opera sunt, inquit, quæ sua sponte mouentur, qualia sunt horologia.

67 Cæterum licet horologia hæc automata, siue motu horas significantia, Romanis in usu fuissent, tamen ipsorum artificio tintinabula adiunxisse, quorū so-

sonitu etiam distantibus illas personarent, nullibi obseruaui: vt nec se legisse testatur idem Polletus, *d. loco* eiusmodi verbis: *Cæterum cum vtrumque haberet, ex quo compararent horologium nostro simile, nusquam legi ea coniunxisse; & in vsum horologiorum tintinabula, & sphæras automatas conuertisse. Nam quod apud Valer. lib. 1. legitur, Coruum mortis Ciceronis prænuntium horologij ferrum loco excusisse, ad solarij pertinere potest Gnomonem.* Et si Hebræis sonantia hęc horologia vsitata, ex Flauio Iosepho, lib. de vita sua, inferat Petrus Halloix, *tom. 2. de Illustr. Oriental. Eccles. Script. in notat. ad cap. 7. vitæ S. Albertij*, ibi: *Ex quibus verbis videtur, etiam quadantenus colligi, datum esse ad singulas horas aliquod signum, seu tuba, seu quouis alio modo, vt quotæ essent colligeretur, & suis omnia temporibus fierent.* Itemque, & Græcis Luciano teste *in Hipia, seu balneo*: *Quin etiam*, inquit, *horarum geminis indicijs idem balneum exornauit, vno per aquam, & sonitum, altero per Solem.* Hebræi autem etiam in solarij vsu, & inuentione cæteris antiquiores fuere, extat enim in sacris literis Horologij Scioterici, siue vmbratilis expressa mẽtio in ægrotatione Ezechiæ Regis, quod fuit annis fere ducentis ante Anaximenem, Anaximandri magistrum, quorum altero Diogenes Laertius, & Plinius, vt alibi adnotauimus, ipsius inuentionem tribuunt. Quod hac sola ratione reijcit Guilielm. StucK. *antiquit. conuiuial. lib. 1. c. 11.*

68 Et horologijs nostris sonitum edentibus illos minime vsos, vel eo satis cõuincitur, quod puerorum voce, & ministerio horas ciuibus euulgare consuerant, vt constat ex Alexan. ab Alex. *dierum genial. lib. 4. c. 20.* *Quas quidem*, inquit de horis loquens, *enunciare Romanis puerorum munus erat.* Hucque respexisse Martialis videtur, *lib. 8. epigramm. 67.*

69 *Horas quinq; puer nondum tibi nuntiat, & tum*
Iam conuiua mihi Cæciliane venis.

Cuius simile, & Iuuen. *Satyr. 10. vers. 215.*

——clamore opus est, vt sentiat auris,
Quẽ dicat venisse puer, quot nũtiet horas.

Sueton. in Domit. cap. 16. *Tunc horas requirenti, pro quinta, quam metuebat, sexta ex industria nunciata est.* Affirmat S. August. Gentilium superstitiosam vanitatem irridens, *libr. 6. de ciuitate Dei, cap. 10.* illis verbis: *In Capitolium perueni: pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor attribuit officij. Alius numina Deo subijcit: alius Horas Ioui nuntiat: alius lictor est: alius vnctor, qui vano motu brachiorum imitatur vngentem, &c.* Quod & apud Turcas obseruatum sic memorat Augerius Busbequius, Epist. 1. *Neque*, inquit; *Horæ sunt Turcis, quibus temporum, neque milliaria, quibus locorum spatia distinguant. Tale munus habent hominum genus, Templorum ministerio dicatum: hi mensuris vtuntur ex aqua, quibus postquam aduentari auroram cognouerunt, clamorem tollunt excelsa turri in eum vsum constructa, quo homines ad venerandum Deum hortantur, & arcessunt. Idem faciunt medio tempore inter exortum Solis, & meridiem, & itẽ inter meridiem, & occasum: Postremo Sole occidente, voce vtuntur acutissima, eam non iniucunda modulatione vibrantes, quæ longius, quam credi possit, exauditur.* Meminit Aloys. Nouar. *Schediasm. Sacro Prophan. lib. 5. c. 14. n. 59.* & prædixerat de Persarum Seruis Barnab. Bris. *de Regno Pers. libr. 1. pag. mihi 145.* *In domestico etiam Regum ministerio*, asserit, *fuisse quosdam, qui horas nunciarent.* Indicat Iosephus *lib. 11. antiquit. cap. 6.* Vocabanturque ij Accensi, à ciendo, vt inquit Petr. Gregor. *sintagm. lib. 47. cap. 40. num. 15.* quod cierent, vel vocarent, quos iuueret Consul, & horam iudicij, & comitiorum nuntiabant. Audi Varronem de ling. Lat. lib. 5. *Hoc item Cosconius in actionibus scribit, Prætorem accensum solitum, tum esse iuuere, vbi ei videbatur horam esse tertiam. Itemque meridiem, & horam nonam.* Extat priscæ huius consuetudinis nobile vestigium; apud Democritum: *Ego verò*, inquit, *qui non sum mercenatius horarum nunciator, vt ille apud Timonem, qui horas ante cœnam obseruat.*

Ex

Ex quo Isac Casaub. *in Athen. lib. 9. c. 17.* veteres subijcit, cũ horologiorum vsum ignorarent, diei tẽpus ex vmbra in foro, aut alio patente loco conijciebant, quare illud semper eundum erat, vt horas sciret. Propterea in Beatorũ ædibus vnius seruorũ propria, & peculiaris cura fuit horas obseruare, & nũciare: quod ex Hesichij commentarijs discere est. Horã vero cænæ Parasiti, vt plurimum nuntiabãt, curiosi talium obseruatores. Notat item Heraldus *ad Martialem, pag. 166.* ad quem more referendus Seneca *de breuit. vitæ, cap. 12.* *Nec illos*, inquit, *inter otiosos numeraueris, qui sella se se, & lectica huc, & illuc ferunt, & ad gestationũ suarũ, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt; quos quãdo lauari debeant, quãdo pernoctare, quãdo cœnare, alius admonet*, & Martial. iterum *lib. 10.*
Nuntiat octauã Phariæ sua turba iuuẽcæ.
Congerit huiusce ritus nonnulla Bar-
70 nab. Bris. *de formul. pag. mihi 535.* Erãtque horarum isti vocitatores clientes Horæ Deæ, ideò & iuuenilis ætatis, quoniã iuuẽtutis numẽ ea vocabatur, vt Ennij auctoritate obfirmat Nonius Marcel. cui iuuenes vota facere consueuerat. Sic Alex. ab Alexand. *lib. 3. cap. 22.* & *ibidem* Andr. Tiraq. Lil. Girald. & Casaub. *supr.*

71 Hincque forsan scaturijt mos efficiẽdi horologia eo ingenio, vt alterno puerorum, siue homunculorũ ictu, aut molæ percusione, instar vocis, horæ spargãtur. De quibus Nicol. Caus. *Eloquentiæ sacræ, & humanæ, lib. 3. c. 22. Quid in horologijs, vt triumpharunt ingenia: alia Solis, & Lunæ cursus definiũt, alia quanis hora homines è somno excitant, & lumen accendunt; alia statuas accedẽtes, & recedentes singulis ictibus referunt.* Cuius artificij, vt alia prætereã, in Toletana nostra Ecclesia nobile miratur exemplar. Sed adeò vbiuis hæc vulgaria, vt ad exprobrationem, & contẽptũ hominũ, quasi paræmia obijciatur, Horologij homunculos illos videri. Sic apud nostros: *Parece Hombrecillo de Relox:* quò forsan Senec. *lib. de Vita Beata, c. 22.* collimavit hisce: *Non contemnet: & Sapiens, etiam si fuerit minimæ staturæ.* Nam etsi plures exiguo corpore contemnibiles apparere videantur, Ingenio tamen, Robore, consilio, Virtuteque propria, præstantes, omnibus antecedunt, & meritò laudibus afficiuntur.

Denique vt rem prosequamur, ad 72
Romanosque nostra redeat oratio; quia Solarij vsus perpetuus nõ erat; cũ impedito Sole nubiũ obiectione, vmbraque deficiente, stylus horas designare nequibat; Clepsydra item vtebantur, quod aqueum erat horologium, cuius formam ita describit Guid. Pancir. *memorab. lib. 1. c. de Horis, & clepsydris*, capiebant vas quoddam vitreum, in cuius fundo angustum foramen erat auro circumdatum, ne ab aqua consumeretur. In altera vasis illius parte linea recta XII. horas inscriptas habens erat ducta, postea vas aqua implebant, quæ per exiguum foramen illud guttatim emittebatur: ipsiq; etiam aquæ super immittebant, cui hastula, seu virgula erat infixa; quæ apice, & extremitate sua primam; mox emissa sensim, & guttatim aqua secundam, & tertiam, & alias tangendo mõstrabat horas. Similem delineationẽ appinxit Franc. Pollet. *Hist. For. Rom. lib. 1. c. 11.* vbi postquam hoc inuentum Cresibij cuiusdã Alexãdrini, ex Vitruuio, *lib. 9.* eiusque vsum illatum primum in vrbem à P. Scipione Nasica, anno Vrbis conditæ D.XC.V. edixerat, quod itẽ memorat D. D. Laur. Ram. *d. c. 23.* clepsydrarũq;
vsum in forensibus præsertim, & iudi- 73
cialibus fuisse receptũ obfirmat. Nam & si Magistratus, & litigatores Solariũ aduersum, oculisque oppositum haberent, quoniam (vt præmisimus) cõstructum erat in publico, secũdum Rostra in columna; at quia nõ semper subdio, aut fulgente Sole causæ agebantur: vel quod certius est, quia non ita facile solario, Patronis pro arbitrio ius dicẽtis perorãdi tempus designatum mẽsurari poterat, etiam clepsydris utebantur: de quorum computatione, & usu in foro ita exactè Polletus scripsit, vt nec addẽdum habeamus, nec libeat ab ipso elegan-

gantissime concinnata, nõ sine iniuria infelicioris calami, ad nostra traducere. Tamen illud subijciam, quod egregie satis admonet ex Censorino, Petr. Faber, *semestr, lib. 2. c. 25. paulò post principium*, videlicet solarij nomen, etiã ad clepsydras, & illa horaria, quibus ad cõtinuam pulueris, aut arenæ, lapsum horarum interestitia dignoscimus, fuisse deductum, ex primo instrumento, quo Solis radio horæ distinguebantur, vt & in alijs rebus frequentissimum profert.

74 Horologiorũ eiusmodi quippe vsus, maxime in iure necessarius fuit, quo certo numero horarũ, res, aut fieri permittuntur, aut prohibentur. Hinc satis ad rẽ Petr. Gregor. *in præłud. opt. Iurisconsf. lib. 4. c. 3.* Maxime inquit, nos tẽporum diuisione egere, & horarum numero certo in iure, quemadmodum in omnibus rerum negotijs, & artibus. Hucque forsitan respexit Ouid. *eleg. 1. vers. 17.* cum cecinit.

Iudicis officium est, vt res ita tẽpora rerũ
Quærere, quæsito tempore tutus erit.

Optimè Agellius, *lib. 3. c. 2. Isthæc autẽ omnia de dierũ temporibus, & finibus, ad obseruationẽ, disciplinãque; iuris antiqui pertinentia, cum in libris veterũ inueniremus*, &c. Diuersitas enim horarũ, actuum diuersitatem constituit, Lanfranc. *decis.* 493. Farinac. *de testib. quæst. 64. num.* 80. notauimusque infra, *num.* 120.

75 Quod adeò quibusque probatur, vt non aliter instrumentis hi suã vim, & quasi vitam roburq; cõcedant, quã si in ipsis dies, & diei hora adscribatur. Satis enim hoc exemplo euincitur, *l. 21. tit. 21. lib. 4. nouissim. Recollect.* quã nõ aliter executionẽ vim habere dispo nitur, quam si tabellio actis horã initæ executionis inscripserit, vt ex tunc possit naturalis dies cõputari, post cuius lapsum si debitor non soluerit, decimæ item præstatione oneretur. Vt ipsius l. verbis cauetur, ibi: *Mandamos q̃ pagando el deudor dẽtro de vn dia natural la deuda porq̃ le huuierẽ hecho execuciõ, no sea obligado à pagar decima, por razõ de ella: Y el Escriuano ante quiẽ passare, assiẽte la hora en q̃ assi se hiziere la dicha execuciõ, para q̃ se vea, y entienda, quando se cũple, y acaba el dicho dia natural, so pena de pagar el daño à la parte; y q̃ la tal execucion sea en si ninguna. E declaramos, q̃ este dia natural corra, y se quẽte desde la hora q̃ la dicha execuciõ se notificare en persona del executado, si pudiere ser auido*, &c. obseruat Azeued. *in l. 10. n. 8. tit. 7. lib. 4. Recop. & l. 18. tit. 21. n. 1. eadem lib.* Vbi contra Villalobos, defectũ solius appositionis horæ executionem vitiare defendit, non obstante dispositione *l. 10. tit. 7. d. lib. 4. Recop.* quæ omnẽ omnino nullitatem, ex solemnitatis omissione respuens; procedẽdum rei veritate inspecta decernit. Quoniã generalis hæc dispositio iuribus in specie loquentibus, *vt d. l. 21.* minime officit. Quod ita subaudiendum admoneo, si decimæ præstatio in executiuis vsu fuerit recepta: siquidem vbi non exigitur, vt Toleti, Compluti, & alijs in locis, omissio horæ cõtractæ executionis, processum non vitiabit, cũ horæ inscriptio causa tantum dictæ decimæ fuerit inducta. Item admoneo, nec prætextu omissæ horæ executionem vitiari, vbi debitor intra diem præscriptum non soluit, deponit, aut quauis alia liberationis specie obligationem exuit; quoniam vt egregiè aduertit Azeued. *in d. l. 18. n.* 6. præfata *l. 21.* qua ob neglectã horam executionis nullitas inducitur, eo tantum casu loquitur, quo debitor intra dictum diem naturalem soluere deside rat, vti initio indicat ibi: *Que pagando el deudor dentro de vn dia natural la deuda porque fue executado, &c.* Ergo eo solum locum sortietur præfata nullitas, non verò vbi debitor nullam oferens solutionem, aut liberationem intra diem passus fuit executionem fieri. De quo vidẽdus Ioan Guttierr. *lib. 3. pract. q. 22.* Baius *in praxi Eccles. & secul. lib. 3. cap* . . . *num. 37. pag.* 503.

Hucq; spectat quod docet Cassan. *in cõsuetud. Burg. Rubric. Des Iustices, §. 8. glos. & Iour. col. 2.* ex Felino *in capit. consuluit, col. 2. de offic. delegat.* Videlicet appellationi renũtiare cupientẽ in Gallia; id intra octo dies à proposita appellatione facere debere, opposita ho-

hora in renuntiatione, quia terminus debet computari de momento ad momentū. Etsi hoc displiceat Rebuffo *in d.l.2.de verb.sign.vers.& ex hoc,pag.*21.

76 At veriùs est horæ adiectionem regulariter non esse de instrumenti substantia, secundum Felinum *in cap.* 1.*n.* 12.*de fid.instrumen.* Marsill *singul.*319. quos sequitur Carol.de Gras. *tract. de exceptionib.except.*19.*n.* 20. Bertazol. *de clauf. clauf.*1.*glof.*5.*num.*41. Parlador. *rerum quotid.lib.*2.*cap.*20.*num.*9. quibus cōsentit Fōtanell. *de pactis nuptial.claufal.*1.*n.*12. Petrus Rebuff.*in l.* 2.*vers.horarum,ff.de verbor. sign.* Marc. Mant.*in Glossario iuris,clas.*8.*dialog.*21.*num.*2.Petr.Gregor. *syntagm.lib.*31.*c.*7.*n.*7. Marc. Ant. Peregr. *de priuileg. Fisci,lib.*6.*tit.*6.*num.*35.

77 Consultiùs tamē erit horam instrumentis addijcere, nam etsi defectus ipsius nil substantiæ, aut validitati detrahat, in id tamen maxime proficiet, vt in concursu, alijs instrumētis hora destitutis hæc iure præferatur. Quoniā si duo adsint instrumēta, aut chirographa eodē die scripta, de quorū prioritate dubitare cōtingat, illud proculdubio erit anteferēdū, in quo obligationis, vel cōtractus hora fuit designata, Glos.*in l. si ex pluribus*, §. *Lucius.verb. die obligauit*, *ff.de solut & in c. duobus, verb.si nō appareat, de rescript.in* 6.Bald. *in l.de rebus, C.de donat.ante nupt.* vbi as-

78 serit, quod probatio certi,& determinati tēporis, obtinet cōtra illū, qui probat tempus, quod potest se habere ad prius, vel posterius. Idē expressè probant *ibidem* Cinus, & Salicet. Ripa *in l.*1.*num.*7.*ff.solut.matrim.& in l.si debitori.4 num.*5.*ad* 11.*ff.de pign.* Afflict. *decis.* 387. *num.* 4. Marsil. *singul.* 319. Osascus, *consil.*1.*n.*12. Brunor. à Sole *in compendio resolut. iuris.verb. Hora, & verb. instrumentū.* Menoch. *de arbitrar.lib.*2.*centur.*1.*casu* 48.*n.*3.Carol. de Gras.*d.except.* 19.*n.* 21. Petr. Plaça *in epit.delictor.c.*34. *num.* 22. Mascard.*de probat.conclus.*1229.*n.*27. Neguf.*de pign.*2.*membr.*5.*part.n.* 46. pluribus cōgestis Laçar. Fœnut.*de momēto tempor.cap.*18.*num.*3. vbi hanc communem opinionem, & ab omnibus receptam dicit. Idem multorum testimonijs concludit Fōtanell.*vbi supr.n.*12. & 13.antea Tiraq.*de primog.quæst.*17. *opin.*11.*num.*3.Mantua,*d.loco,n.*3. vbi speciale tantùm in dotis instrumēto agnoscit, vt absque horæ adiectione alijs eiusdem diei præferatur. Fulu.Pacian. *de probat.lib.*2.*c.*25.*n.*97.Cald.Pereir. *de empt.& vend.c.*4.*n.*17.Doctissimus cōciuis, & amicus noster D. Alphōsus Perez de Lara *de anniuers. lib.* 1.*c.* 9.*n.* 45.Quintil. Mandos.*cons.*16.*n.*15. vbi ideò concludit nemini antidatam, nec ipsi D.Datatio Apostolico cōcedēdā. Hier. Gigas,*consil.*12.*n.*8. vbi etiā testibus probari horā rogationis instrumēti, quo ad hūc effectum subijcit. Quod 79 etiā notat Fab. Capit. Galeot. *cōtrou. lib.*1.*cōtrou.*49.*n.*3.ex Gloss. Afflict.& Peregr.*vbi supr.* Pancirol.*cons.*6.*n.*24. asserens id verum, etiā aduersus Fiscū. Quamuis neget Raudēs. *variar. c.*6.*n.* 6. Vt recēsent Alphar.*de offic. Fiscalis, glos.*44.*n.*3.*in fin.* Anton. Mornacius *in l.*15.*C.de rei vendic.* Literatissimus August. Barbos.*de potest. Episcop.alleg.*57. *part.*3.*n.*15. Hocque sensisse videtur 80 Felinus *in c.ego N.in princip.de iure iurando*, cum asseruit, quòd in publicis instrumentis debet apponi hora, si expedit scire horam, ex Gloss.*in d. l.si ex pluribus*: Licet alioqui diei adiectio sufficiat.

Cæterùm nō defuerunt qui aduersæ opinioni plus deferentes, existimarent adiectionem horæ in instrumentis nil cōferre, quo debeat alteri, de cuius obligationis die tantū cōstat præferri. 81 Hi fuerūt Felinus *in c. Pastoralis*, *n.*5. *verb. Ratione vnius horæ, de rescript.* Bolog.*in l.*1.*n.*28.*vers. Ex quibus remanet, ff.solut.matr.* Socin.*cōs.*67.*vol.*3. & ipsius assecla doctissimus Andr. Alciat. *de præsūpt.regul.*3.*præsumpt.*43.*in fin.* Qui in hāc sentētiā adducūtur: Primò, quia probatio horæ celebrati contractus nō est de substātia instrumēti, vt ostēdimus, & probāt ex Gloss. *in Authēt. vt præponāt nomē Imperat. & in c. interdilectos, de fide instrum.* Ergo ex eo solùm quod de ea constat, non satis

contra alia instrumenta eiusdem diei probatum videtur. *Secundo*, quoniam probatio horæ non infert necessariò, quod instrumentum sit prius altero hora destituto; cum nil obstet quominus ante illam horam posset instrumentum celebrari, de cuius die tantum constat: Igitur probatio hæc, ut non concludens repelli debet, Argumento text. *in c. in præsentia, de probat.*

82 *Tertiò*, denique quia certo tempori innitens, illius probatione adstringitur, *l. matrem. C. de probat.* Ergo qui suū instrumentum prius altero contendit, liquidiori probatione, quā adiectionis horæ id ostendere tenebitur.

83 Porrò hæc tanti ponderis non sunt, vt à communiori, & melioribus rationibus munita contraria sententia deflectere cogant; cum *Primum Fundamentum* eo facile, corruat, quod licet horæ appositio non sit ex substantialibus instrumenti, at inde non rectè infertur minimè præferri debere instrumētum, de cuius hora constat, alij eiusdem diei, sed cuius hora ignoratur: nam & si non sit de substantia, conducet tamen probata, vt in æqualitate communis diei, alteri debeat anteponi, quod tantum pro se diem habet: Siquidem probatio magis certa, vt est illius iu quo est hora, nō debet interuerti probatione minus certa, vt est illius instrumēti, de cuius die tantùm constat; Vt optimè in nostræ opinionis fulcimentum considerauit Ripa, *d. loco.* Casador. *decis. 4. super regula Cancellar. n. 7.* & fulcitur doctrina Baldi, qui post Martin. Sal. Cinū & alios *in d. l. de rebus, C. de donat. ante nupt.* tenet inter duas probationes illā præualere, quæ certiùs, & magis determinatè concludit; vt si vnus probat de die, alius de hora, & quod magis est, de puncto, & momento. Notat Catell. Cott. *in memor. verb. Hora.* Fœnut. & Fontanel. vterque, *vbi supr. ifte n. 14.* *Secundum* verò, quasi eodem ictu deprimitur; quoniā licet fuerit posssibile cōfectionē illius instrumēti, quod diē tantū habet, pręcessisse alteri simul horam complectenti; cùm tamen id non constet, certiori coniectura prioritatis iuuatur vltra diem horam continens, *Tertium* vtique minoris est obstaculi, maximè si quod ad prioris fundamenti euersionem notauimus, iterum consideremus. Ibi enim magis certam probationem illius instrumenti ostēdimus, quod horam habet. Ergo qui tale instrumentum primum dicit, respectu alterius, de cuius die tantum constat, quasi certa probatione id euincit.

85 Securè igitur tenendum erit ex duobus instrumentis eodem die stipularis, illud primum reputari, quod horā suæ obligationis continet: etiam si alterū sit Rei, vel personæ habētis beneficiū prælationis. Ideòque licet instrumentum dotale confectum eodem die, cum alio instrumēto priuati regulariter præsumatur prius scriptum dotis fauore; hoc tamē deficit quoties in priuati instrumēto adest horæ adiectio. Ita Ripa & Bertazol. *vbi proximè.* Petr. Barbos. *in l. 1. n. 9. 2. part. ff. solut. matrim.* Fontan. *d. claus. 1. n. 15.* qui *n. sequenti* inde 86 infert, quod licet de iure inhibitio vigore appellationis ab interlocutoria interposit eodem die, quo sententia prolata, pręsumatur subsequuta, ex Achil. de Grass. *decis. 263. quæst. 36. tit. de appellat.* (etsi hoc difficultate nō carere prædicet Ant. Thesaur. *decis. 49.*) hæc præsumptio cessat, vbi in præsentatione inhibitionis adest hora, nō vero in sententia. Cui vix audeam in hoc assentiri, cum hora præsentationis nil conferat ad prioritatem inhibitionis, ex quo rectè simul stare possunt, inhibitionem præcessisse sententiam, & tamen post ipsius promulgationem fuisse iudici à quo intimatā, vt fieri solet, & oportet. Libentiùs tamen tanti viri sententiam admitterem, si in ipso inhibitionis rescripto, & non in sententia hora inueniretur.

87 Probabilius enim contra Bertazolum, & alios existimat, *num. 17.* ex eo solum, quod in instrumentis, in quibus de stylo hora non adijcitur, si inueniatur, suspicioni locum minimè fore, cū potiùs id à notario parte petente, quā dolo factum præsumi opporteat. Vt & quolibet prudens creditor iuri suo cō su-

sulens præcaberet, si conscius prælationis foret inde prouenientis. Alioqui enim, cum vt iam vsus admisit, raro, aut nunquam instrumentis hora adscribatur, veluti experiētia edocet; & probat Socin. Iun. *in d.l.1.n.55.ff.solut. matrim.* & de instrumētis nominationes ad beneficia cōtinentibus agēs, notat Gambar. *de offic. legat....n.676. pag. mihi 98.* corruerēt quæcumque ab interpretibus, & ab ipso Bertazolo in id profusè nimis cōminiscuntur, vt ex duobus instrumentis vno die factis, illud præferant, cui hora contingit.

88 Quæ verissima pronuntiatio, suas ab interpretibus nihilominus patitur restrictiones, quarum etiam meminit post alios Fōtanell. *d. num.18.* Primò enim illam reprimit, quando is qui instrumentum habet horam non continens sit in possessione: quasi tunc præsumptio, quæ pro possessore facit, vt potentior præsumptionem horæ elidat, ex Bald. Nouel *tract. de dote, part.9. priuil. 2. in fin.* Decio *in cap. pastoralis, n.5. de rescript. & in l. in ambiguis pro dote, n. 4.* & *ibidē* Cagnol. *n.4. & 6. ff. de regul. iur.* Mascard. *de probat. conclus.* 1229. *n.33.* Bertazol. *loco vbi supr.* & Pacian. *vbi proximè, vers. Sunt qui distingunt.*

Verùm nec adduci possum, vt huic limitationi acquiescam; maximè perpēsis rationibus, quibus regula innititur, quoniam qui probat horam, dicitur certiùs probare: & talis probatio certior iudicatur, siue quis agat, vel cōueniatur, nec commodum possessionis tanti esse debet, vt superet certiorem probationem: Cum tūc possessio dumtaxat operetur, quando vtrinque sunt probationes pares, & sic quando ambo instrumenta apparent facta eadem die, non etiam quando alterum documentū amplius habet horā, ex quo solùm in pari casu sit melior cōditio posidentis. Sicque nobis cōsentit Laçar. Fœnut. *d.c.18. num.5.* Ideò incūctanter asserens prædictā limitationem respui debere, & actorem habentē in suo documento etiam horam, præferendum esse possessori conuento.

89 Secundò dictæ sententiæ generali tatē corrigit ex mente Ripæ, *vbi superius, num.8.* quādo in instrumēto apposita esset vltima hora diei. Quia tunc, vel eadē, aut saltim anteriori necessariò factum aliud instrumētum sit oportet, quod eadem die fuit celebratum. Vt etiam sentit Guil. Pont. *in l.1. num. 13. ff. solut. matrim.* Bald. Nouel. *de dote p.9. priuil.2. in fin.* Andreas Tiraq. ipsis relatis *de retract. tit.1. §. 11. glos. 1. n. 10. in fin.* Menoch. *de arbitrar. lib.2. d. casu 48. num.21. & seqq.* Vbi cum eodem Socin. *in d. l. 1. n. 57.* hoc verū putat, etiam si qui habet horā posideat. Et si deniq; *n. 23.* ob huius limitationis ambiguitatē, iudicis arbitrio relinquendū magis credat, cū verisimile sit post vltimam illam horam esse aliud instrumentum confectum, vt talem horam habens non præsumatur posterius.

Mihi tamen potiùs arridet dictam limitationem, etiam irrationabilē videri. Cū quid nō dicatur prius, vel posterius ratione vnius horæ tantū, sed etiā ratione momēti, & puncti, veluti infra multis apparebit, & interim constabit ex his, quæ egregiè scribit Laçarus Fœnut. *de momento tēporis, cap.17. n. 6.* Ergo cū vnius horæ plura sint momēta, vt initio præmisimus, quamuis instrumentum fuerit vltima hora diei cōfectum, hocque ex subscriptione illius eliciatur, non inde postremum fuisse suspicabitur eorum, quæ eadem die celebrata apparent; cum nouissimis eiusdem vltimæ horæ minutis, aut momentis, cætera potuerint perfici, ac perconsequens ex eo quod hora in instrumento apposita sit vltima, non variatur natura facti, imò in ijsdem terminis manet ac si alia quælibet fuisset adiecta, vt capi posit coniectura prioritatis ex ea, aduersus alia instrumenta eadem die facta, sed absque horæ expressione. Quod mirificè iuuatur celebri Rotæ iudicio, apud Crescēt. *decis. 31. de rescript.* vbi prouisio facta ipso die obitus, cū derogatione regulæ de verisimili notitia, valet etiam si probetur delatio ad sepulturam eadem die, hora vigesima quarta, vel media hora noctis, quia potest esse quòd post illā

horam fuerit gratia concessa, quia collatio beneficiorum etiam de nocte fieri potest, Glos. *in cap. Vnic. verb. occulta, vt Eccles. benef.* Abbas *in c. 1. de clãdest. despon.* Decius *in c. consuluit, in fin. de offic. deleg.* vti & de resignatione tenet Gomes. *in regul. de infirmis resignant, q. 8. in fin.* & de præsentatione Lambert. *de iure patronat. lib. 2. art. 4. 2. q. princip. 2. part.* & sic nostram sententiam post (Decium, Baldum, & Brunorũ) amplectitur vno verbo doctissimus D. Alphons. de Lara, *de anniuers. lib. 1. c. 9. num. 46.*

92 Tertio fortunatiùs hercle restringitur dicta enunciatio, vt procedat tantundem in instrumentis à diuersis notarijs confectis, quæ si eadem die fuerint stipulata, illa solummodò reliqua antecedét prærogatiua anterioritatis, quibus hora sit adscripta. Secus verò si ab eodem notario omnia fuerint confecta, quia tunc non horæ adscriptioni stãdum erit: sed ordini scripturarum protocoli ipsius notarij, cùm ea præsumatur priùs facta, quæ ordine ibidem aliam antecedit, text. optimus *in §. quibus specialiter, in prima constitut. Codicis.* Illic: *Vt ordo temporum earum constitutionum non solum ex adiectis diebus, Consulibusque; sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat: primis quidem in priori loco, posterioribus verò in secundis ponendis.* vbi Bartol. & Bald. notant, & iterum Bartol. *in l. 2. §. prius, num. 7. ff. de vulg.* & alijs Mascard. *de probat. d. conclus. 1229. n. 13.* Menoc. *de arbitrar. lib. 2. casu 187. num. 52.* & ex omnibus Fontanel *d. loco, num. 20.* & si Copin. *lib. 3. tit. 2. consuetud. Paris.* absolutè doceat, ordinem Regesti spectandum, si quæ hora sit prior non liqueat; a quo non recedit Ant. Mornacius *in d. l. 15. C. de rei vindic.*

93 Extra hunc verò casum perpetua manet regula anteferendi, ex duobus instrumentis eadem die factis, quod horam fuerit sortitum. Non aliter ac in prouisionibus beneficiorum obseruatur, nam si plures concurrant ad præbendam nominati eadem die à Papa; vel à Papa & Ordinario, ille præfertur, qui suæ nominationis horam probauerit, cæteris illam non probantibus. Casador. *decis. 20. de præbend.* Decius, *consil. 169. num. 6.* Marsil. *singul. 319.* Afflict. *decis. 87.* Crescent. *decis. 4. de præsumpt. & decis. 16. de præbẽd.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 48. n. 25. & 26.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 17. opin. 11. n. 3.* Fõtanel *de pactis nupt. claus. 1. num. 13.* Asinius, *de execution. §. 7. cap. 9. num. 1.* Catel. Cott. *in memorabil. verb. Hora.* Vbi ita Romæ iudicatum testatur Petr. Gregor *Sintagm. lib. 31. c. 7. n. 7.* Fulu. Pacian. *de prob. c. 25. n. 97. vers. Sed in contrariũ.* Qui & *vers. seq.* alios existimasse recenset hãc quæstionem esse facti. Quoniam collatio Papæ fit semper circa mediũ diẽ, & tũc præfertur collatio Ordinarij si habeat certã horam anteriorẽ medio die: aut collatio Papę fuit extraordinaria, & tũc ipsa pręfertur, cũ Papa soleat eas facere, & noctu, & diu, & hora matutina. Vt ait Bologn. *in d. l. 1. n. 28 ff. solut. matrim.* Quorũ sentẽtia, etsi priori mẽbro rationi sit consona, secundò tamẽ ex supradictis probabilitate caret, vti & quod in eandem rem comminiscitur Gambar. *de potest. legat. lib. 3. n. 668. & 670.* Adstipulãtur superioribus Alpharus *de offic. Fiscul. glos. 44. n. 3.* August. Barbos. *de potest. Episcop. allegat. 57. part. 3. n. 15.* Gomes. *decis. 33* vbi ex Casadoro resoluit habentẽ diẽ, & horam 94 in instrumẽto possessionis captæ vigore expectatiuæ, restituendum aduersus habentem possessionem eadem die, sine hora. Et quod magis est dari prælationem obtinenti in acceptatione sua diẽ & horã, respectu illius, qui habet acceptationem eiusdem diei, & possessionem. Consentit Ludou. Postius, *de manut. obseru. 71. num. 16.*

Et quamuis Socin. *consil. 161.* voluerit dictam regulam non procedere in 95 prouisionibus factis in Curia, in quibus hora nõ est solita apponi, ipsius sententia minimè fuit à Rota admissa. Ideoque illa non obstante in vna Gerundensis Canonicatus decreuit; Castellanũ vrbis propter acceptationem factã in par-

partibus cum certa hora, fore præferē dum vni familiari R. Cardinalis de Medicis, qui eadem die in Curia acceptauerat, licet in cæteris in eorum manda tis de prouidendo essent pares. Vt refert Crescēt. *d. decis.* 4. *de præsumpt. numer.* 1.

96 An vero idem procedat vbi gratia, & obitus concurrunt eadem die, & ex parte obijcientis probatur hora mortis, vt sic mortuus quis nō præsumatur tēpore debito, ad hoc vt gratia impetrationis beneficij per obitū euanescat? Quæstionis est non inelegantis. In qua negatiuè Crescent. respōdit *decis.* 116. *lib.* 1. *in antiquis, & in nouissimis, decis.* 13. *de rescript.* quoniā hoc casu præualet præsumptio pro validitate gratiæ, & mortuus quis præsumitur tēpore debito, vt gratia beneficij sustineatur, tradit Simon. *decis.* 23. & exactius Fab. *decis.* 16. *lib.* 2. Guidob. *decis.* 144. Tan. *decis.* 75. latissimè Cotta, *decis.* 392. qui postquam hac de re fuisset disputatum, refert causam iterū fuisse propositam, vt satisfieret D. Petro Bilsano, qui nō poterat acquiescere, & de nouo ita fuisse resolutum. Accedit alijs etiam confirmans Hercules Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 204.

97 Idem etiam, & in possessionibus philosophandum, est quando eodem die captæ videntur, & non apparet de prioritate, quoniam anterior præsumenda erit, quæ horam habuerit. Menoc. *de adipiscenda remed.* 4. *n.* 792. *& de arbitrar. cas.* 47. Pont. *de spol. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 83. *circa fin.* Surd. *consil.* 117. *n.* 13. *lib.* 1. Mohed. *decis.* 12. *n.* 2. *de rest. spoliat.* Gomes. *decis.* 33. *lib.* 1. Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 4. *n.* 17. *ad mediū.*

98 Quintil. Mandos. *consil.* 48. *num.* 8. vbi itē subdit: illud possessionis instrumētum habere horam, in quo notarius scripsit; *expectauimus ad capiendā possessionem; quod beneficiati venirent ad vesperas.* Quasi tunc cōstet possessionem ante vespertinam horam fuisse apprehēsam, hocque sufficere, vt alteri præferatur non habenti horam, aut posteriorē habenti. Quemadmodum, & instrumētum, quod haberet, datum tali die ante tertiam, prius esse altero cōtinete, datum post vesperas, ex glos. *verb. si non appareat, in cap. si duobus, de rescript. lib.* 6. optime Ludou. Post. *de manutent. obseru.* 71. *n.* 10. qui ita obseruādū inquit, 99 *n.* 11. Quemadmodum, si constaret de possessione vnius, cum die & anno, & probaretur alterius possessio, sed non de certo, & determinato tempore, præsumeretur anterior possessio habens diem, & annum. Rota *diuers.* 506. *sub n.* 1. *part.* 1.

At si de prioritate dubitetur, vtputa; quia vnius possessio habeat horam 100 vndecimam videlicet iam declinantē, & alius duodecimam nondum pulsatam, sequestro locus erit. Sic Rota diuersor. *decis.* 389. *n.* 1. *part.* 4. Ricc. *d. collect.* 1507. *vers. aduertendum tamē est*, & Post. *vbi supr. num.* 14.

Quod etiam, & ad testamenta pro- 101 tenditur, nam si inuenirentur duo eadē die ordinata, illud proculdubio alterū reuocaret, in quo hora fuisset scripta. Ita Puteus, *decis.* 321. *lib.* 1. Guil. Benedict. *in cap. Raynutius. verb. Testamentū* 2. *n.* 27. Menoc. *de adipiscend. d. remed.* 4. *n.* 792. Crescent. *d. decis.* 4. *de præsumpt. num.* 1. *in editione Charisij*. Franc. Marc. *tom.* 1. *decis. quæst.* 496. Carteliam. Cott. *inmemorabilib. V. Hora, vers. & ideo.*

Idemque de signaturis docet Quin- 102 til. Mandos. *regul.* 33. *cancell. quæst.* 4. cōcludens, signaturam habentem horam præferri debere non habēti, licet eiusdem diei. Quod refert amplectēs Charis. *ad Crescent. d. decis.*

Similiter & si duo creditores con 103 tra vnum debitorem sententiam obtinuerint, ille altari præfertur, qui vel per horā sentētiā executioni prius mādauerit, vel in executione horā adiecerit, vt in terminis Ordinationis Lusitanæ, *lib.* 3. *tit.* 74. *§. penult.* docet Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 4. *n.* 17. qui & idē affirmat in nominationibus emphyteuticis, quando eadem die pater duos, aut plures filios nominauit: Necnon, & in acceptationibus vigore gratiarum expectatiuarum eadem die factis.

Sed

104 Sed nec ad prælationem tantum, quinimo & ad actus subsistentiam, & validitatem multis in casibus horæ adiectio desideratur; vt in libello accusationis, cuius nulla vtilitas erit, si horã patrati delicti non contineat. Ita Bartol. *in l. libellorum, n. 12. de accusat. per illum textũ*, ibi: *Et generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquẽ deferunt; neque autem diem, neque horam inuitus cõprehẽdet.* Vbi obseruant cõmuniter Glossographi, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 13. c. 7. n. 6.* & quam plures, quorum nomina recensebimus in *Diario nostro*, cum de necessitate adijciendi diem in accusatione sermo inciderit. Quod summam habet æquitatem, cum proponente accusatore horam delicti, si forte per inuidiam illud obiecerit, facile probato negotio, quo fortè eadem hora reus fuit detentus, à calumnia se expediet. Quod vix liceret, si, vt hanc defensionem accusato subtraheret, horam delicti subdolè obtexisset. Indicat Felin. *in c. ex tenore, de testib.* Orianus *in cap. quoniam contra, n. 58. de prob.* Herculan. *de negatiua, n. 268.* Barbat. *consil. 44. vol. 1.* Boer. *decis. 165,* Ioan. Gutt. *pract. qq. lib. 1 quæst. 98.* Andr. Gail, qui communem eiusmodi opinionem testatur. *lib. 1. obseru. 64. per totã*, & Nicol. Anton. de Palma *in praxi rerum notabilium iuris cõmunis, part. 1. glos. 6. à n. 3.* vbi sic Rotam communi assensu recepisse testatur, *decis. 349.* Quoniam si locus, aut tempus in accusatione non exprimerentur, accusatus incertus in ea accusatione, & crimine vagaret, cuius multũ interest in his nullo dubio laborare, *l. itẽ exigit, iuncta glos. ff. de dolo malo.*

Quæ vtique exigẽtia adiectionis horæ in accusationis libello, cum iuris sit quædam solemnitas, accusati fauore inducta, vt commodius ipsius appositione suam posit fouere innocẽtiã; nulla lege, vel statuto sublata creditur; vti nec alia quæuis Rei, vel Inquisiti defensionem respiciens. Ex sententia Baldi *in l. cũ fratrem, C. de his quibus, vt indign.* cui accedit Anton. de Palma, *supr. n. 4.* quasi legis non tanta fuerit potestas, vt quæ defensionis sunt valeat auferre. *Clement. Pastoral. de re iudic.* vnde meritò colligit Palma, *d. loco*, etiã vbi ex forma statuti causæ siue ciuiles, siue criminales summariè, & ex plano definiuntur, vt Neapoli; adiectionẽ certi loci, & tẽporis esse de substantia, quid quid secus voluerit Afflict. *decis. 250.* & Alex. *consil. 6. vol. 3.*

Deinde, quia vt expédit Catel. Cott. *immemorab. verb. Hora, in fine*, secundũ terrarum statuta, quædam sunt delicta vnà hora, quæ alia hora non sunt delicta. Ideoque de necessitate tam in Inquisitionibus, quam in cæteris libellis accusatorijs concludit horam esse adijciendam. Quibus addenda nonnulla, quæ in huius rei exẽplũ adducit Petr. Gregor. *supr. num. 7.* Cæterùm, vt cum Cicerone, *lib. 3. offic.* loquar: *Tẽpore fit, vt quod plerũque turpe haberi soleat, inueniatur nõ esse turpe.* Et 2. de inuẽt. *In omnibus quid tẽpora petãt, aut quid personis dignũ sit, semper considerandũ est.* Extat eiusdem sententiæ Alfar. *de offic. Fiscal. glos. 44. num. 3.* subdens iuxta communẽ criminalistarum placitum, consultos esse debere actores, ne diẽ, aut horam extra necessitatem libello adscribant quoniam cum illius probationem necessariò, ex sola adiectione assumãt, ni ipsam planè probauerint, reus absoluetur, iuxta Bartol. *in l. is qui reus, n. 9. de publ. iudicis, & in l. Pantonius, §. rei, n. 3. de acquir. hæred.* à quibus nec dissentit Bernard. Diaz *in pract. crimin. canon. cap. 5.* proferens vt certissimum, accusatorem teneri id omne præstare ad quod etiam voluntariè, & nulla exigente necessitate se adstrinxit. Consentit Alfarus, *supr. & glos. 17. à n. 18.*

Et licet regulariter in testium depositionibus hõræ adiectio minimè sit de substantia, imò etiã si nulla ipsius mentione facta negotiũ exposuerint, subsistet obtestatio. Argumẽto *l. libellorũ, de accusat.* aduertit Schen. *de testib. n. 47.* Nellus de S. Gemin. *n. 209.* & illis subscribens Alfar. *d. glos. 44. num. 3.* requiritur tamen in teste examinato ad probationem delicti nocturno tempore admissi, qui nullam fidem faciet, nisi deponat exprimendo horam com- 105

missi sceleris, & insuper ea ipsa Lunam ita præluxisse, vt facilè illius splendore reum agnoscere potuisset. Veluti in specie eleganter consuluit Cels. Hug. *cōs.* 62. *incipienti, Tanta est copia, num.* 5. *versic. Quod limitat.* Addens non sufficere, si hoc casu testis dicat, vidi quia Luna ea nocte lucebat, sed requiri vt expressè testetur vidisse, quia hora commissi delicti lucebat Luna: Idque verbis affirmatiuis, non verò credulitatis. Cuius opinionem egregiè amplectitur Polidor. Ripa *tract. de nocturno tempore, cap.* 57. *num.* 8. *&* 12. *cum seqq.* Solùm
106 in testibus examinatis ad offensam, & probationem criminis; non verò in illis, qui pro reo, & ad ipsius defensioné recipiuntur, cum etsi nullam sui dicti rationem reddant sufficienter probét, ex communi opinione nostrorum, de qua post Viuium testatur Iul. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 53. *n.* 22. *vers. & hanc opinionem.* Nisi de ratione fuerint interrogati; quia tunc non aliter, quam ea reddita probabunt, vt idem Clar. & Polyd. concludunt.

107 Et in denuntiatione operis faciendi similiter horæ adiectionem necessariam Vlpianus præscribit responso, *l. aut qui aliter* 5. *§. si quis* 1. *ff. quod vi, aut clam: Si quis se denuntiauerit,* ait, *opus facturum, non semper non videtur clam fecisse, si post denuntiationem fecerit; debuit enim, & ita Labeo, & diem, & horam denuntiatione complecti, & vbi, & quod opus futurum sit.* Obseruat Lanfranc. *in repetit. cap. quoniam contra, de probat.* & Petr. Rebuff. *in d. l.* 2. *vers. Horarum, ff. de verb. sign.* Idq; fieri debet, vt euitetur difficultas clandestinitatis, aliàs enim, nisi hora exprimatur, inquid Cald. Pereir. *de empt. & vendit. c.* 4. *n.* 17. *ad fin.* Frustra nuntiatur opus futurum, cum ea hora fiat, qua aduersarius, nec præsens, nec sciens erit.

108 Generaliterque vbi actus vna hora prohibetur, & alia permittitur, non rectè fiet. nisi & in eo horæ facta fuerit expressa métio. Adstruit hoc subtiliter Papinianus *in l. seruitutes* 4. *ff. de seruit.* illis postremis verbis: *Interualla dierum, & horarum, nō ad temporis causam, sed ad modum pertinent iure constitutæ seruitutis.* Quibus congruit sequentis, l. vltima sententia: *Vsus seruitutum,* inquit Gaius, *temporibus secerni potest, forte vt quis post horam tertiam, vsque in horam decimam eo iure vtatur.* Optimus text. qui id planè probat, *in l. si communem* 10. *§. fin. ff. quemadmod. seruit. amittat.* ibi: *Idem est in eo, qui certis horis aquæductum habens, alijs vsus fuerit; nec vlla parte harum horarum.* Alioqui enim si oporteret seruitutis vsum non continuum, & totius diei esse, sed alternum, & diuersis horis, male constitueretur, nisi & horarum meminissent contrahentes. Docet expressè propositam enuntiationem ex Bartol. Panormit. & Felin. Petr. Rebuff. *in d. l.* 2. *vbi sup. versic. & quando actus.* Adstipulatur egregie Catel. Gott. *d. verb. Hora, in fin.* dū Inquisitionibus, & libellis horam esse apponendam monet; quia per statuta terrarū, quædā sunt delicta vna hora, quæ alia hora nō essét delicta; ideò horam de necessitate esse apponendam, concludit cum Bartol. *in d. l. libellorum in principio, versic. Circa tempus, ff. de accusat.* Quod voluit Anchara. *consil.* 388. *num.* 12. horam specificam probādam, statuens, quando res ex tempore potest mutari.

Hinc quamuis regulariter instrumétis horæ appositio nō sit necessaria vti constitit, chartis tamen ob pestem inseri oportere, vbi hoc malum grassatur obseruat Alciat. *tom.* 3. *p.* 2. *num.* 13. *pagin. mihi* 195. Vti & frequentissimum etiam, vbi nec hoc immineret malum adijcere Epistolis, obseruat ita Barnab. Brison. *de formul. libr.* 8. *pag.* 846. *Ad epistolas autem omnes horarum quoque momēta, nec diei modo, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addidisse Augustum, Sueton. in eius vita, c.* 1. *memorat contra Commodum inscribendo ita tardū, & negligentem fuisse, Lampridius Auctor est, vt in epistolis plurimis, tantum vale scriberet.* Cuius obseruationis, testis etiam est Nouarin. *Schediasm. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 57. 109

Con-

110 Confert admonitio Raphaelis Cumani *in l.1.§.dies,ff.quando appellādum sit*,qui ex Ioan.Andr.*in Addit.ad Speculatorem,tit. de instrum. edit. §. breuiter,in addit.*incipienti:*Dies.* Quam amplectitur,Catel.Cott.*in memorabil. d. V. Hora,verfic.& ideo*, qui appellātem decimo die hortatur,vt supplici appellationis libello horā inferat. Quia decendium currit de momento ad momētum,&primus dies non computatur integer,sed punctus illius diei interpositæ appellationis tantùm,& eodem pūcto decimi diei terminatur. Sicque euenire poterit, vt decima die iam ceptus sit vndecimus. Docent And.Gail *lib.1 obseru.*139.*num.*5.Ruginel.*tract.de appellat.§.2.cap.4.tom.* 14. *&* 15.Sigismund.Scac.*eod.tract.q.*5.*num.*57.vbi hoc de iure communi seruari affirmat, non verò de stylo Romanæ Curiæ, ex Bulla Innocentij VIII. sub data Romæ 1487.vt repetit *quæst.*12.*num.*53. ex Vestr. *lib.7.cap.3.num.*26.Bard.*tractat.de temp.vtil.cap.3.num.*1. Menoch.*de præsumpt.lib.2.præsumpt.*95.*n.*6 quare inquit,licet sentētia feratur die prima Maij hora XIII. & die vndecima eiusdem mensis, eadem hora XIII. finiantur decem dies ita, quod illa hora elapsa non posset appellari de iure communi,tamen ex dictaConstitutione Apostolica licet vsque ad extremū illius diei artificialis punctum. Itaque obseruari ait in vniuerso statu Ecclesiastico,& practicari debere in omnibus Curijs Pontificijs ex Menoch.*vbi suprà præsumpt.*95. *num.* 6. & tandem nonnulla alia refert huc summè spectātia,maximè in dubio, an fuerit elapsū vltimum momentum decendij,iudicandum non esse lapsum fauore appellationis,ne fiat deserta,vt *d. q.* 12. *num.*52. explicat cum Rebuff.*de appell. in præf. n.*75.*tom.*3.

111 Pertinet & alia admonitio visitatoris Episcopi,quem primitus hortatur, vt visitationi singulis locis congruas horas defigat:illasque, quibus agricolæ,aut alterius artis homines,citra artificij; seu laboris iacturam, iussionibus præstò esse valeant, aduertit Ferr. Manrique *quæst.moral. Vicariali,p.* 1. *q.*82.*num.*4.quòd prouidissimè in nostro Archiepiscopatu Toletano Visitatoribus quibusque imponitur illis instructionis verbis : *Y junte el pueblo al tiempo que menos impedimento se siga a nuestros subditos,por las labores de sus haziendas.*Vti &ne tempore sationis, vel collectionis fructuum visitare pergāt, vt idem Manrique,*n.*1.obseruat. Cessari enim debet his temporibus à iure dicundo: vnde cautum,vt quandiu fructus pendentes maturi,vt plurimū colliguntur,iure non agatur, veluti ferijs mesium,& vindemiarum, *l.* 1.*de ferijs.* 112
Extat similis apud nostros,*l.*37. *tit.* 2. *p.*3. quæ fuerunt permissæ condendorum fructuum gratia ; fauore hominū occupatorum necessitate inductæ.Prouiderunt Legumlatores, inquit Petr. Greg.*in prælud.opt.Iuriscons.lib.4.cap.* 6.*num.*13. quantùm fieri potuit, ne ab operibus publicis auocarentur agricolæ, teste Calistrato *in l.2.ff. de nundinis.*

113 Id circò Ferrus *vbi suprà* elicit,visitatorem non congruis horis populum, aut singulos de populo cogentem, & culpam admittere,& pœna dignum videri. Quod ita subaudiendum velim, ex ipsius mente, dum tamen ex proposito,& deliberatè eas horas designauerit; nam si ex accidenti ab oportunis inchoando,in non oportunas fuerit delapsus, prorsus erit à delicto immunis. Argumento eius quod scribit Alberic. *in l.non minorem* 20. *num.* 2. *C. de transact.*& refert Petr. GilKen.*ibid. nu.*3. videlicet,quod licet iudici fuerint horæ iudicandi præscriptæ,non tamē delinquere si illas,aliqua iusta causa exigente,excesserit. Vti nec mulio,qui inchoatam tempore permisso mercium transportationem, festis diebus prosequitur.Vt multorum testimonijs probat Anton.Dian.*resol.mor.p.2.tract.*1. *miscellan.res.*36. 114

115 Potest etiam,imò,& debet certa hora præfigi Dardanarijs,quos *l.*1. *&* 2. *tit.*14.*lib.*5.*nouæ Recollect.* Vocant *Rega-*

gatones, à Decurionibus, vel Magistratibus ciuitatum, vt illa, & non antea edulia comparandi ius habeant, veluti ferè in omnibus ciuitatibus statuto præscribi, docet Gloss. *in l. 2. verbo trad dere, ff. de nund.* Ioan. de Platea *in l. septem diebus, C. de erog. milit. annon. lib.* 11. Ripa *tract. de peste, tit. de remedijs præseru. contra peste, num.* 225. Amanel. de Clar. *singul.* 8. Nuñez de Auendañ. *de exeq. mandat.* 1. *p. cap.* 19. *num.* 21. *versic. Et ob vbertatem*, Auiles *in cap.* 17. *Prætor. num.* 26. Francisc. Marc. *decis. Delph.* 340. *num.* 10. Mexia *in pragmat. taxa panis, concl.* 1. *num.* 167. *in princip.* Matienz. *in d. l.* 2. *tit.* 14. *glos.* 10. *num.* 2. *lib.* 5. *Recopilat. & ibid.* Azeued. *nu.* 6. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 51. Baptist. Frag. *de reg. Reipubl. Christ. p.* 1. *lib.* 7. *disp.* 19. *num.* 26. & Ioann. Machad. *in perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 6. *p.* 8. *tract.* 5. *docum.* 1. *num.* 3. Quod summam habet vtilitatem, & quam maximè bono expedit Reipublicæ, cum interim ciues possint sibi necessaria commodiori pretio ab ipsis asportantibus emere.

116 Quandoque nulla alia ratione, *d. l.* 2. de piscibus salitis agens, Dardanarijs prohibuit, ne prius quam per integrũ diẽ publicè in foro venales omnibus paterent, illos compararent hac serie verborum: *Pero los pescados secos, assi como congrios secos, y pescados salados, y sardinas frescas, y saladas, y pulpas, y mielgas, y gibias, y todos los otros pescados de la mar secos, que los que los traxeren los pongan, y tengan publicamente en la plaza, ò villa, ò lugar do la dicha mi Corte estuuiere todo vn dia; porque los que quisieren hazer sus prouisiones, lo puedan hazer para sus casas; y aquel dia passado, lo pueda comprar quien quisiere para reuender, sin pena alguna.*

117 At in cæteris victui necessarijs, statuta cuiusvis ciuitatis erunt obseruanda, circa tempus, & horas, quibus possint à propolis emi. Vt pote Toletanũ, quo duodecima diei in id præfigitur. Alioqui si libera illis emendi quouis tempore facultas relaxaretur, vndiq; coemptas merces supprimerent, & ex raritate charitatem in maximam ciuiũ perniciem affectabũt. Vel vt Vlpianus loquitur *in l. annonam* 6. *ff. de extraord. crim.* onerabũt, & vexabunt annonam, & Marcial. *lib.* 6. *epigram.* 60.

Hic vbi Roma suas aurea vexat opes.

Quare Diuini Spiritus auersionem meruerunt, *Prouerb. c.* 11. *vers.* 29. *Qui abscõdit frumẽta, maledicetur in populis: Vẽditio autem super caput vendẽtium.* Et Deus quotidie horrenda suæ vindictæ exẽpla in eiusmodi homines ædit, dum sæpenumero fruges, quæ ab illis reponuntur, auolant, aut alias corrumpuntur, atque pereunt, ac ipsi suspendio, aut alio modo (cum spem communis mali se fefelisse sentiunt) mortem sibimet ipsis consciunt, nec hac solùm temporali, verumetiam æterna illa, beatissimaque luce, atque vita semetipsos priuãt: quo nil tristius, atque funestius dici, aut cogitari potest. Vt exclamat Guillelm. Stuckius *antiquit. conuiuial. lib.* 2. *cap.* 12. Qui auaros istos homines, seueris legibus esse coercendos itẽ admonet, cum veræ sint Reipublicæ pestes, qui pro more, & consuetudine sua vinum, annonam, omnis denique generis fruges coemendo, atque recondẽdo, præpropera hac sua emptione (Plauti verbis vtitur) flagellant, accendunt, & excalefaciunt, hoc est grauem, difficilem, caramque reddunt, & quæstum sic cum totius Reipublicæ perniciẽ, atque detrimento maximum facere gaudent. Quo circa infamia olim illos fuisse notatos, & constitutionibus Romanorum coerceri fuisse solitos, obseruat ex Marquardo Frebero *lib.* 3. *de infam.* Et si maximè doleat, perditis hisce nostris temporibus ipsos nobiles, Reges, Principes, atq; etiam Ecclesiarum Antistites non pudere execranda hac negotiatione, turpissimum quæstum facere, cum olim etiam Principum Constitutionibus, tanquam res sordida, & illiberalis nobilibus familijs fuerit interdicta, *l. nobiliores, C. de commerc. & merc.*

Qui vigilias agunt ciuitatis, aut cu- 118
iusvis alterius loci, siue officiales iustitiæ, quibus nocturnæ excubiæ sunt demandatæ, vulgo *las rondas*, si instrumẽta

ta aliqua offensiua, vel defensiua abstulerint, intra diem sequentem superiori bus, cum assignatione certæ horæ, qua fuerunt sublata deferre, tenentur ex præscripto nostræ *l.5.tit.6.lib.6.nouæ Recollect.* ibi: *Y mandamos, que las armas que se tomaren, luego otro dia las manifiesten, y exhiban ante la justicia, para que se sepa como, y donde, y a que hora, y a quien se tomaron.* Vt cognita apprehensionis hora, pateat consequenter ex forma statuti, an sint amissa, vel statim restituenda.

119 Item vbi exigitur scientia diei, & horæ, nisi testis deponat de certa hora, nullam fidem facit, ex Prospero Farin. *de testibus, quæst.64.num.*111. Ideoque varij dicuntur testes ex horæ varietate, si vnus, verbi gratia, *Hora Tertia*, & alius *Octaua* homicidium, aut quid aliud factum testetur, dummodo ex tali diuersitate, diuersitas etiam facti induceretur; Argumento eorum, quæ idem Farin. contigerit, *ibidem num.*80 vbi & *num.*82. id limitat, vbi diuersi-

120 tas in tempore esset talis, vt dictum vnius testis comprehendatur sub dicto alterius, secundum Archidiaconum *in cap. nihilominus, num.*1. *versic. Si autem vnus diceret, & ibi* Præposit. *num.*5. *versic. Aut diuersitas vnius* 3.*q.*9. Vt puta, quando vnus testis diceret homicidiũ commissum die Lunæ, alter Hora Tertia, alter eadem die. Tunc enim cum dictum vnius comprehendatur sub dicto alterius, omnes concordes, & integri habentur.

121 Necnon item quotiescumque tempus debet de momento ad momentum computari, horæ appositio erit necessaria, vt voluit Fulgos. *in l.*1. *§. dies, ff. quando appelland. sit.* Felin. *in cap. ad petitionem in fine, de accusat.* Marc. Mant. *in glossario iuris, clas.*8. *dialog.*21. *num.*7 comprobarique potest apud nostros, ex *l.*21. *tit.*21. *lib.*4. *nouioris Recollect. legum Hispaniæ*, cuius *sup. num.*75. meminimus.

122 A quo nec longe distat Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.*31. *cap.*7. *num.*7. cum generaliter statuit, quod vbicumque expediat negotij determinationi, adeo tempus coarctandum, vt hora sit de necessitate adscribenda. Argumento *l. cum actum* 7. *de negot. gest. & l.*1. *§. editionis, ff. de edend.* Veluti in ciuilibus negotijs, cum concursus est rescriptorum ad beneficia, horæ prioritas multum prodest ex dictis *supr.*

Vt factum verò eadem die, factum 123 incontinenti non censeatur, horæ adiectio est necessaria, vt placet Cœpol. *tract. de simult. præsumpt.* 2. *versic. Item quando est factum.* Purpurat. *in l. bonæ fidei, versic. Declarantes præmissa, C. de pactis*, & Ant. Gabr. *comm. concl. lib.*1. *tit. de præs. concl.*13. *nu.*5. *in fin.* qui omnes pro regula constituunt, factum vno eodemq; die, censeri factum in continẽti, nisi adiecta sit hora.

Similiter negatiua per coarctationẽ 124 temporis, non probatur testibus deponentibus, Titium, verbi gratia, fuisse illis tali hora, vel circa, quia fuit delictũ cõmissum; nisi obtestetur eadem certa hora delicti Titiũ abfuisse. Ita Ægid. Bos. *in pract. crimin. tit. defens. reor. nu.*27. Franc. Hercul. *de negat. proband. n.*261. Quia oportet ad eiusmodi speciẽ probationis, quod testes coarctent non solùm locum, & tempus, sed & totum locum, & tempus, Argumento text. *in §. item verborum* 13. *de inutilib. stipulat.* ibi: *Vel per testes idoneos approbauerit toto eo die, quo conficiebatur instrumẽtum, sese, vel aduersarium suum in alijs locis esse.* Facit *l. optimam* 14. *C. de contrahẽ. & commit. stipul.* & apud nostros, *l.*32. *titul.*11. *part.*5. expressiusque *l.*117. *tit.*18. *p.*3. illis verbis: *si aquel contra quien vsauan de la carta, dixesse, que no debe valer, ni ser creyda contra el; porque el queria probar, que en todo aquel dia que dezia la carta, en que el fizo pleyto, era tan luene de aquel lugar do dizen que fue fecha la carta, que ome del mundo, por ninguna manera esse dia non podria allegar en aquel lugar do dizen que fue fecha la carta, &c.* videndus Farin. *de falsi. & simul. q.*158. *per tot.*

Estque huic consentaneum, quod vt 125 furtũ iniuriaq; aduersus aleatorem cõmissa, sit impunita, oportet non solùm probare in domo ipsius hàc perpetratam,

ta, sed ipsa hora, & tempore ludi, *l. 1. in princip. ff. de aleatorib.* ibi: *Verum furtum factum domi, & eo tempore, quo alea ludebatur, licet lusor nō fuerit, quidquid eorum fecerit, impune fit.* Notat *ibidem* Gloss. & Bartol. *vers. Furari non potest, nisi tempore quo luditur.* Inde inferens, volentē se excusare à furto facto aleatori, non solum debere probare furtū factum fuisse tēpore, quo is retinebat ludum, sed etiam quod furatus fuit tēpore quo ludebatur, designando horam. Multis confirmat Prosper. Farinac. *quæst. 109. num.* 154. Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 25. num.* 101. Azeued. *in l. 3. tit. 7. n. 27. lib. 8. Recop.* & conciuis amicusque noster D. Petr. Pantoja de Aiala in Hispalensi, & demùm in Gallæciæ Senatu Regius Cōsiliarius, bonarum literarū, ac linguarū præsidijs satis instructus, *in cōment. ad d. l. 1. vers. siue quid eo tēpore. n.* 10.

126 Confert etiam, quod si iudex ex forma statuti tenetur sedere pro Tribunali, vel ad bancum iuris, vt aiunt, singulis diebus hora præscripta; illi incumbet onus probandi fuisse in loco, & tēpore debito, quia qui debet ad esse certo tēpore, & loco, id ostēdere obstringitur. Sic Bald. & Castrens. *in l. si quando, C. de statuis,* vbi inde admonent optimam cautelam esse, vt iudex quotidie faciat scribi in actis, qualiter hora iuridica comparuit ad bācum. Recenset Fulu. Pacian. *vbi proximè, n.* 103.

127 Subijciam itidem terminum viginti dierum superviuentiæ, ex forma *l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop.* desideratū, vt cuiuslibet publici officij, putà decurionatus, vel tabellionatus renuntiatio plenam vim sortiatur, non aliter ab ipso renunciationis die esse computandum, quàm si instrumento fuerit ipsius hora scripta, veluti affirmat Didac. Perez *in l. 22. tit. 2. vers. præterea dies, lib. 7. ordinam.* & exactiùs D. Alphōs. Perez de Lara (incō parabilis memoriæ, & infinitæ penè lectionis vir, & vt vno verbo omnes ipsius laudes cōplectar, dignissimus genitor D. D. Ioan. Perez de Lara, quōdā in Granatensi Senatu Consiliarius, nunc verò in Regio patrim. Cōs. cooptatus, cuius tanta in litteris claritudo, & æstimatio, vt nemo eum non suspiciat) de *Anniuersarijs, & Capellanijs, lib. 1. c. 9. n. 23. & seqq.* qui huius sentētiæ illā verissimam rationem subdit, quia dies 128 habito respectu ad vitam hominis, nō quidem à media nocte in mediam noctē calculatur, vt *in l. more 8. de ferijs*; sed à momento in momentum, iungendo partem diei natiuitatis, cum altera sequentis diei. Argumento *l. Gallus. §. ille casus, ff. de liber. & posthum. l. 3. §. minorem, ff. de minorib.* Vbi ætas cōputatur ab hora, & momento partus. Igitur cum viginti dies validitati renunciationis deputati, ex vita regulentur renunciantis, non ciuiliter, & de media nocte in mediam noctem, sed de momento in momentum computari debebunt.

Si tamen de hora factæ renunciationis non appareat, est inconcussum nō 129 posse præfatum dierum numerū ab ipso renunciationis numerari, sed à sequenti, ita vt totus ille dies maneat exclusus, veluti satis consequenter voluit Didac. Perez, ex Felino *in c. quoad consultationem, num. 27. de re iudicat.* & Alphons. de Lara, *supr. num.* 53. vbi meritò Didacum Perez ab impugnationibus Azeuedi defendit asserentis, etiam vbi de hora, & momento non apparet, renunciationis diem esse integrè computandum; quo nihil absurdius, cum tantùm post actum renunciationis viginti dies superuiuentiæ desiderentur. Ergo totus dies factæ renunciationis computari non poterit, dictio enim *post*, tempus præcedens excludit, maximè vbi terminus statuitur ante dictionē *diem*, ut in *d. l. 4.* ibi: *No vala sino viuiere veinte dias, des-* 130 *pues q̄ otorgare la tal renunciacion.* Tunc enim operatur, vt dies ille cui adijcitur, non comprehendatur in termino. Ita Gloss. *verb. Proponitur in cap. frequens, de restitut. spoliator. lib. 6.* & ibi. Archidiac. *num. 1. vers. post diem*: Eadem Gloss. 1. *in cap. quod à patribus 75. distinct.* multis cōfirmat August. Barbos. *de dict. vsufrequent. diction. 207. n. 2.* Nec magis potest dictū tēpus viginti

dierum computari à momento, & hora renunciationis hoc casu, cum de ea non appareat; vt expendit ipse Lara, *n.*41. ergo præcisè totus excludetur dies, & à sequenti fiet computatio.

131 In subhastatione etiam vectigalium, aut alterius rei Fiscalis hora est necessario adscribēda, vt ritè, & ex iure fiat. Idque ea de causa, quia subhastatio fieri debet ea hora, & tempore, quo homines in foro couenіant *l.*5.*tit.*11.*lib.* 9.*Recopil.* Ergo ni ex actis subhastationis de hora constet, nō rectè facta licitatio dicetur. Obseruat Alfarus *de offic. Fiscal. glos.*34.*num.* 75. inde subhastationis formulā eam esse debere subijciens: *Tali die, & tali hora in foro subhastatio facta est, per præconē asserentem, pro tali est tale pretium promissum, soluendum tali tempore; rem verò dandam plus offerenti, vel meliorem afferenti conditionem.* Quod & in reliquis iudicialibus subhastationibus ad creditorū instantiam factis pariter obseruandum, eadem expensa ratio, & communis vsus suadet.

132 Quod & ad duellum illiusque speciem (quā singulare certamen vocitamus) itidem producitur, nam vt regulare est, absque certi temporis, aut horæ assignatione indictū, duellum dici quo ad pœnas eius ratione inflictas haudquaquam potest. Ita communiter Doctores, presertim Lucas Floronus, *cap.* 5. §.1 *vers. tertium est.* Bonac. *de excōmunic. tom.*1. *disp.* 2.*q.* 6.*punct.* 1.*propos.* 1.*num.*15. Anton. Dian. *resolut. moral. p.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 1. *vers. dico tertio*, vbi etiam Gaspar. Hurtado adducit, qui omnes contra Peregrinum, *quæst.* 15.*n.*3.*cum seqq. & quæst* 20. *num.*3. id neruosè defendunt.

133 Nec est ab eiusmodi inspectione alienùm superstitiosam videri obseruationē certæ, & determinatæ alicuius horæ ad actus peragēdos, ex quibus faustum aliquid, si ea hora exequatur nonnunquam euenturū certo confiditur: Veluti affluentiam bonorum, salutem, felicitatem, & leta eiusmodi, si vel singulis, aut nonnullis diebus, nona, decima vel simili determinata hora preces effundātur; vel si certis diebus, authoris, aliquid inchoari, vel non debeat, *c. non obseruetis, cap. quis existimaret* 26. *q.* 7. conducunt tradita a Martino del Rio, *disquisit. Magicar. lib.* 3. *part.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 5. & docent Pater Sanchez, *lib.*2. *moral cap.*40. *num.*22. Fagund. *in primo præcepto Decalogi, lib.*1. *c.*34. *n.* 5. quibus subscribit Machad. *in perfecto confess. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.*7. *docum.*6.*n.* 4. Id aduersus perditissimos lusores statuēs, qui ex ludo certæ alicuius horæ maiorem solent prouentum, sibi vanissimè inaugurari, & *docum.*7. *num.*2. quod vel insipientiori satis constabit, cum vix suaderi possit fælicitatem ita certo illo temporis puncto esse alligatam, vt necessariò si eo fiat deprecatio, alea iactetur, aut iter suscipiatur, non possit non continuò faustum illud accidere.

Item quamuis regulariter exempti ratione priuilegij sint à coertione, & potestate Episcopi liberi, tamen ne Missam inconsuetis horis celebrent, sed certis tantum, & à iure permissis horis, potest illis ab Episcopo præcipi, eos pœnis, & censuris arbitrio suo in id compescendo, vt Tridentino definitur *sessione* 22. *de obseruandis, & vitandis in sacrific. Missæ*, cuius meminit P. Thom. Sanchez, *tom.*2. *consilior. moral. lib.*6.*c.* 9. *dub.*2.*n.*7. vbi appositè notat Societatem Iesu, post Conciliū obtinuisse priuilegium celebrandi per horam ante auroram, vel post meridiem. 134

Denique accedat, causam appellationis nō nisi horarijs dilationibus terminandam vbicumque a iudice à quo, & per horas fuisse actitatum constiterit, ex celebri doctrina Franc. *decis.* 520. asserētis, quod quādo propter grauiora delicta proceditur per horas; ita si appellatur, & per horas procedi debet. Vti & in praxi obseruatum in M. C. Neapolitana affirmat Nicol. Ant. de Palma *in praxi rerum notabil. iuris commi. part.*1.*glos.*9.*n.*53. in causa quorundam militū, qui castra deseruerūt, quorum cum fuissent capti quatuordecim 135

cim, & assignatis terminis de hora in horam, condemnati per M. C. pœna capitis; ad S.C. fuit appellatum, & idē processit etiam per horas, confirmādo sententiam dictæ M. C. adeo, vt vno eodemque die fuerunt capti, condemnati per M. C. & confirmata sententia per S. C. nocteque sequenti, circiter quartam horam suspensi in mole, siue portu ciuitatis Neapolis.

136 Quæ sententia summam habet rationem, siquidem appellatio non mutat naturā causæ principalis, & sicuti procedebatur coram iudice à quo, ita etiam procedi debet coram iudice ad quem. Sic Innoc. *in cap. cum speciali, numer. 6. vers. est & alia ratio, de appellat.* Bald. *in l. vnic. C. de his quæ pœnæ nom.* Mastrill. *lib. 2. decis.* 196. *num.* 32. quibus subscribit idem Nicol. Anton. de Palma, *d. loco, num.* 51: ex eo inferens, quod vbi de iure, vel ex delegatione causa est summaria, aut in ea certo modo proceditur, si fuerit prolata sententia, & ab ea appellatum, etiā causa appellationis erit summaria, & modus causæ principalis in ea seruan-

137 dus. Vt etiam prædixerat Angel. *in l.* 1. *ff. an per alium.* Nec mirum quippe quod tanta inter eiusmodi causas debeat similitudo, aut identitas versari, cum habeant se quasi mater, & filia, si Baldo credimus *in l.* 1. *in fine, C. si de moment. possess.* qui causæ principalis, appellationis causam filiā constituit, quare eandem esse causam principalē cum causa appellationis, & è cōuerso sensit Gloss. *in l. 2. verb. Mouisse, C. de iure dom. impetr.* quam sequitur Surd. *decis.* 147. *num.* 3 vnde vtriusque idem esse iudicium profert Gloss. *in cap. fin.* 31. *quæst.* 2.

138 Et, vt electio, aut quodvis aliud negotium ad Collegiū, vel Vniuersitatē spectans, possit à maiori parte, nō omnium, sed eorum, qui post legitimè factam citationē in loco solito conuenerunt expediri. Vocatio siue per nunciū præconem, aut campanam ad certam horam fieri debet, vt ex Gloss. *in l. sed ex dolo, §.* 1 *vers. facere, ff. de dolo* & *in c. cum nobis, de electione,* post Innocentiū, Corneum, Abbatem, Beroium, & Deciū, sentiūt Bellon. *consil.* 39. Mastrill. *de Magistrat. part. 2. lib. 5. cap.* 15. *num.* 40. *cum seqq.* & Nicol. Anton. de Palma *in praxi rerum notabil. iuris, part. 2. gloss. 9. num.* 22. qui ideò resoluit, vocatis omnibus de vniuersitate voce præconis, aut sono campanæ, prout iuris, & moris est, qui venerunt statuta die, & hora, etiam si ad duas partes omnium ciuiū non ascendant, posse eligere, vel negotiū cuius occasione fuerunt congregati, validè definire. Quoniam voces absentiū ob contumaciam venientibus accrescunt, veluti docet Bald. *in l.* 1. *num.* 34. *C. quando non pet. part.* Ias. & Rip. *in l. re coniuncti. ff. de legat.* 3. quod sufficit, vt electio ab vniuerso populo facta censeatur, ex doctrina eiusdem Glossæ *in cap. quorūdam, circa finem, verb. numero, de elect. in 6.* & *in cap. si à capitulo, verb. factum, de concessione præb. eod. tit.* & *in c. Apostolica* 56. *dist.*

Vocat item nos campanarum tinnitus, aut sonus, cuius nunc meminimus, 139
vt illum, etiam in Ecclesijs, Monasterijs, alijsve quibusvis locis pijs, nōnisi statis, & præscriptis horis liceat emittere, ex iure hic subnectamus. Sic de hoc dubio consultus, vti egregius Cōsultus respondit, & nonnullis stabiliuit Doctissimus mihique amicissimus vir Augustin. Barbos. *speciali hac de re opusculo,* quod inter ipsius Vota nonagesimū octauū locū sortitur, *dub.* 4. *num.* 91. Et mire probatur Extrauag. *vnic. de offic. custod.* vbi de cohibendo cāpanarum numero, maxime inter Religiosos Ordinum Mendicantium sedulò agens, post alia, hæc S. P. Ioannes XXII. cūctas alloquens Ecclesias verba profert. *Quod si forsan Communitas, seu vniuersitas aliqua Ecclesiastica, vel mundana, seu ijdem Religiosi pro illis in aliquo ipsorum locorum campanam aliā* (præter vnicam, cuius tātumdē vsum permittit) *haberent, vel nunc habent, non illam, sed aliam solam eorum specialiter vsibus deputatā pulsare valeant Horis diurnis, & nocturnis, Missis, & alijs consuetis.* Cuius cōstitutionis dis-

positionem adhuc vigere, nec contraria generali consuetudine fuisse abrogatam, vt placuit Vincentio de Castronouo, & Ioanni Stephano Durant. quibus relatis subscribit Ang. Roccha, *tract. de campanis*, *cap.* 16. contendit idem Barbos. *vbi proxime*, *num.*62.*& seqq.* Inde inferens immoderatum, infestumque campanarum pulsum posse, imò & debere à iudicibus Ecclesiasticis interdici; cum non tam excitationi fidelium ad sacra, quā illarum execrationi, & pulsantium, quatientiumque deseruiat: qui à summo mane, velut publicæ quieti, & somno insidiantes assiduo crepitu, nedum conturbant, sed & mortales omnes infestant. Idque adeò, vt quæri possint. cum Synesio: *Somni partem, quæ mihi forte obuenit, sæpe turbat tintinnabulum vigilum.*

140 Cui malo præcauere cum veteres optassent, vnius tantum campanæ vsū permiserunt; conijcio ex Anastasio in Leone IV. *Fecit etiam ibi*, scribit, *ipsum campanile, & posuit campanam cum malleo aureo.* Forte, vt auri blanda percussione minus soni molestia offenderet, quoniam vt æris campani circumscriptio habebat:

Os mihi semper hians, & pendens ferrea lingua est;
Vox est nulla, nisi prodita verberibus.
Ferri scilicet.

Quò respexisse nuperus quidam Poeta videtur, apud Nouarinum *Schediasm. Sacro-prophan. lib.* 1. *capit.* 27. *numero* 134. lepidissimo eo epigrammate:

Nux, asinus, campana, piger, sine verbere cessant:
Hæc dura, hic tardus, hæc tacet, illa iacet.
Sed simul vt ferri plagā sensere, vel vlmi;
Hæc cadit, hic pergit, hæc sonat, ille studet.

Insinuat vnius campanæ vsum, etiam in funeribus, Beda *lib.*4.*cap.*23. dum inquit: *Audiui notū campanæ sonū, quo ad orationes excitari, vel conuocari solebant, cum quis de hoc sæculo fuisset euocatus.* Et quamuis delatio diuitum ad sepulturam multiplici campanarum crepitu celebraretur, non magnæ molis, & in- 141 compositum sonū edentibus vtebatur, sed gestatorijs, & quæ Codonophorū manu portaretur, vt cōstat ex Budæo: *Ante ambulones atrati dici possunt, qui Græcè Codonophori, idest, tintinnabula gestantes: quod honoratiorū funera præcederēt cū tintinnabulis.* Ex quo similiter notat Aloisi. Nouarin. *supr. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 131. & confirmatur vnius campanæ pulsus, de quo noster sermo expresso iuris testimonio *in cap. nimis, de exces. lib. Prael. c. patētibus, de priuil. d. Extrauag. vnic. de offic. custod.* notat Barbosa, *vbi supr. dub.* 2. *à num.* 57.

Et licet hoc aliquando indesuetudi- 142 nē abijsset, illud tamen perpetuò apud omnes peræque gentes custoditum inuenitur; vt siue vna, siue pluribus campanis vterentur, non temporis longo spatio, sed breuissimo, ipsas concutiebant; eo vtique, quo opus erat, vt vel rei sacræ peragēdæ, vel fidelis alicuius decessum, quasi facto signo tantundem indicarent. Sic plane deprehēditur, ex *cap. solent* 50. *de consecrat. dist.* 1. *Solent plures*, inquit, *qui se ieiunare putāt, in Quadragesima mox, vt signū audierint ad horā nonā comedere.* A quo signandi munere breuissimo pulsu, cāpanas *Signa* dictas nonnunquam mihi in mentem venerat. Ita appellat Vvaldebertus Diaconus in vita Sancti Goaris Presbyteri: *Domorum turricula*, inquit, *de qua signa penderent.* Et iterum in translatione Sācti Liborij, Episcopi Cenomanensis, vbi sic scribit: *Eleuato feretro, sonantibus quoque signis omnium per vrbē Ecclesiarū.* Conducunt verba Auctoris vitæ Sancti Lupi, quæ ita legūtur: *Vt ipse suis manibus signum, vel cāpanā Ecclesiæ pulsaret.* Et paucis interiectis: *Mox Sancti Stephani signū manu tangit, quo Clerus ad Matutinas laudes celebrādas conuocetur:* etsi nō ignorē eo ab aliquibus signa dici cāpanas pro ferri, quia in eum finem pulsantur, vt sint signa tēporis, quo Clerici ad diuinas Horas recitandas, & fideles ad interessendum sacris debent conuenire. Quibus denique subscribit Augustin.

Bar-

Barbos. *loco vbi proximè, num.* 20.

143 Sed vt vt hæc sint, nullus difitebitur, vt in cæteris rebus, ita & in cāpanis pulsandis modū seruari oportere, nec inusitatis, sed congruentibus horis, tuncque nō diutius, sed per modicum tempus id fieri debere. Ne aliter ipsarum tinnitu, & nimia crepitatione iuxta Ecclesias degētes pertæsi cogātur non solū domos, sed & vicos, vrbesque deserere. Sic facere tanti sonitus impatiētes Moscobitas testatur Possevinus *in sua legatione ad eosdem*. Nam cū quibusvis Sāctorum vesperis sit illis in more positum campanas diu, vehementerque concutere; vt ipsarum molestiam effugiant, fugiunt & ipsi, aliaque loca

144 toto eo tempore incolunt. Quod forte verentes Hebræi in die Parasceue sex vicibus solummodo tubæ sonitu (cuius loco in sacris cāpanam successisse auctor est Leāder Galganet *de iure public. lib.* 3. *tit.* 62. *in fine* P. Herrera, *de origine offic. diuin. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 4. & 5.) Sabbathum venturū nunciabant. Sic legitur in tractatu de Sabbatho, vbi ita scribitur: *Quando Israel erat in sua habitatione, die veneris tubæ sex vicibus insonabant, vt populū ab operibus auocarent.* Est igitur campanarum pulsatio res seria, & quæ prudenti indiget iudicio, cum Dei misericordiam significet vti obfirmat Gabant. *in Rubric. Missal. part.* 1. *tit.* 20. *de præparat. altar. verb. Parua Cā-*

145 *panula.* Quo sensu Papinius *Thebaidos* 6. auxiliatrices gētium campanas edexit.

——— procul auxiliantia gentes,
Æra crepant.

Ex quo notat Alois. Nouarin. *d. lib.* 1. *c.* 27. *num.* 133. olim si qua vis ingrueret, campani æris tinnitu dari solitum indi

146 cium rei, & periculi imminētis. Quod diuinæ misericordiæ propriū, vel illud singulare ostendit, cuius fit mentio in Actis Sancti Meinulphi, Diaconi. Sic enim ibi legitur: *Tintinnabulū quoddam æneum benè sonorum in eodem Monasterio reuerenter asseruatur: Nam quoties aliqua ex eius Monasterij sororibus breui erat abitura è vita, absque vllo humano ministerio per se fortem redebat sonum.*

At egregiùs confirmat apud nostros propheticum illud æs campanū, quod a loco, *Vililla* dicitur, imminentia mala omnia bella, excidia, aliaque huiuscæ infelicitatis proprio motu, sonoque in id protendens, nedum vt præuisa minus feriant; quin vt & a nobis possint quodammodo cælesti præcaueri iuuamine. Veluti aduertit P. Herrera, *vbi proximè, cap.* 9. *num.* 7. Loquitur enim 147 plerumque campanis diuina pietas, adeò, vt ipsius Dei linguas, nec inepte dixeris. Quod vt denotarent Hebræi, legis volumen, vtpote diuinum eloquium, tintinnabulis exornabant: nam turriculas argenteas, inquit Alois. Nouarin. *vbi supr. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 134. duobus hastilibus imponunt, circa quæ legis liber voluitur, pendentque a turribus tintinnabula; vt frequenti eorum sonitu (ita suspicor) velut continuè pronunciari à Deo videatur, quæ in lege continētur. Sicque cū Ecclesiæ caput sit Deus, ijsdem æneis linguis, siue cāpanis loqueretur oportuit. Quandoque non alia ratione vestem Sacerdotis, quo Ecclesia significatur, campanulis exornari preceptū legamus, nisi vt eiusmodi linguis illam loqui intelligeremus. Ita exponit Sanctus Prosperus, *part.* 2. *de promission. c.* 3. *In quinquaginta verb. tintinnabulis*, inquit, *totidemque malis granatis linguæ sunt Ecclesiarum, quæ per Sanctum Spiritum die Pentecostes in specie ignis diuisæ discipulis insederunt: Vt enim numerus ipse ostendit, ex quo mala granata, omnis Ecclesia per mundū cōnexos, vt grana, intrinsecus continet populos in vinculo pacis, & gratiæ, vt vnū eos tegmē operiat charitatis.* Quod voluisse videtur Hugo Cardinalis, Psalmo 62. cum *per tintinnabula verba*, dixit, *per malogranata opera designantur.*

Nec tamen, quia Sacerdoti Eccle- 148 siæ figuram referenti quinquaginta cāpanæ permitutntur, easdē etiam, aut saltim plures figurato itē esse permittendas inferri licet. Quoniam vt ex S. Prosperi verbis colligitur, ideò tot campanis Sacerdos circumdatus incedebat, quia non vnam, sed omnes mun-

mundi Ecclesias significabat, quarum singulæ singulis denotātur campanulis; Et quidem exiguis, modicique, & suauissimi sonitus, vt linguas Ecclesiæ cūctis appareant cōuenit, nō garrulas. Inde apposite satis Iuuenal. Mulieris lo
149 quacitatem multis simul pulsatis tintinnabulis comparat eo carmine:

Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas
Pulsari ———

Ex quo tinnire dicūtur, qui acuto vocis sono garruli sunt. Vt mulierculæ, apud Plaut. Casinam:

Obsi iam satis vxor est, comprime te, iam nimium tinnis.

Et tinnula vocatur dicacitas ab Apuleio, vt testatur Gaspar Bart. *aduersar. lib. 33. cap. 5.*

Ergo ne tali vitio deturpetur Ecclesia, paucæ sint campanæ, hæque adeo sacratæ, vt non nisi reuerenter, & statis horis, ab honestis viris debito modera
150 mine pulsentur. Nam si maiorum statuto consulimus, ita composite ad hoc munus accedēdum constituūt, vt eos, qui cāpanas pulsant, sacris superpelliceis indui Conciliū decreuerit Coloniense, *part. 3. c. 31.* vt idem Gabant. refert, & P. Herrera, *d. lib. 1. de orig. offic. diuin. cap. 9. num. 4.* Decedet enim illis abuti, & ipsarum regimen puerorum indiscretioni relinquere, qui cum sono maxime delectentur, numquam resonare cessant. Inde Augustin. Barbos. *d. voto; & dub. 4. n. 90.* cum habendam esse rationem censeat vicinorum, ægrotantium, Ministrorum, aliorūque, quibus somnus, & quies necessaria in arbitrādo campanarum sonitu iuxta diei solemnitatē, & qualitatem defuncti pro quo pulsantur: hæc non esse relinquenda, optime subijcit, iudicio indiscreti campanarij, aut alicuius pueri, vel iuuenis otiosi, qui ad hanc campanarum pulsationem libenter concurrunt.

151 Maxime in Parochialibus, cæterisque Ecclesijs huius nostri Arhiepiscopatus Toletani, cuius Synodicis constitutionibus immoderata, & infesta cāpanarum pulsatio adeo districte prohibetur; vt sub interminatione pecuniariæ mulctæ, id Sacristis iniungatur ne fiat, *constit. 3. de offic. Sacristæ*, his verbis: *Iten mandamos, que los Sacristanes no sea demasiados en tañer las campanas; pues la demasia solo sirue de pesadumbre, y trabajo de los que las oyen: ni puedan tañer sino es para los oficios diuinos, segun la costumbre de este Arçobispado.* Sicque cum vicinus Parochialis Sāctæ Leocadiæ ciuitatis Toletanæ, nimia campanarum pulsatione offenderetur, & de ea re in Archiepiscopali Senatu porrexisset querelam; fuit decretum, Sacristam debere imposterum, modum in pulsandis campanis obseruare, ita vt non nisi congruis horis, & tunc per modicum tempus illas concuteret; vt dicta constitutione cauetur.

Quod equidem recte statutum lau- 152
do, nam licet sonitu consecratę cāpanæ, illi soleant impetrari effectus, quos in ipsius consecratione deprecatur Ecclesia: nempe vt vbicumque sonuerit campana consecrata, procul recedat virtus insidiantium; vmbra Phantasmatum; incursio turbinum, Percusio fulminum, Læsio tonitruorum, Calamitas tempestatum, omnisque spiritus procellarum; vt cum filij Christianorum, clangorem campanæ audierint, crescat in eis deuotionis augmentum. Tamen non ideo assiduus campanarum strepitus esse debet, vt falso sibi persuasit impudens ille Calumnicola Hospinianus, apud Iabob. Gretser. *de benedict. lib. 2. c. 46.* dum campanarum benedictionem exibilans, illiusque effectus irridens; *Cur non perpetuo pulsentur cāpanæ, si sonus iste huiusmodi virtutibus præditus sit?* à nobis sciscitatur. Cui tā lepide, quam docte sic respondit Gretserus: *Quæram & ego, cur Prædicantes Lutherani, & Caluiniani, indesinenter non prædicent, si auditus verbi Dei tātos & tam mirificos fructus profert; quantos Stentores isti celebrant, & decantant. Et quamuis campanas diu noctuque sine intermissione non pulsemus; haud tamen dubito frequentius eas pulsari, quam Prædicantibus; aut libeat, aut placeat: qui plerisque in locis, non tam campanas, quam* Nolas *habent, quas quo nomine Germani appellent; & quibus in Orgijs eas*

eas frequentent, Prædicantes non ignorant. Certè eorum exercitijs, vel potius opificijs, *magis conueniunt* Nolæ, *sensu Germanico acceptæ, quam campanæ.*

153 Etsi amplius hac de re hæsitauerit Hospinianus, Gretseri dictis subdam ipsum miserè decipi cum existimat, nostras campanas minimè perpetuò, sed aliquando sonare: Nam cum statis, & ab Ecclesia deputatis horis pulsentur, perpetuò semperque resonare citra dubium apparet. Non aliter ac qui septem Canonicas Horas tantùm recitat, tota die, & semper orasse dicitur, vt Dauid: Ipse enim Psalm. 70. septies in die duntaxat laudem Domino dixisse fatetur; & tamen alibi se tota die indesinenter orasse testatur. *Repleatur os meum*, inquit, Psalm. 33. *laude tua, vt cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam: Lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: Benedicam Dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo.* Quo testimonio ita obfirmāt post Diuum Augustinum, Stanislaus Hosius *can. 91. de cæremonijs*, Thom. Bossius *de signis Ecclesiæ, lib. 9. cap. 12. numer. 3.* Canisius *Catechism. §. 7. de oratione.* Alphonsus de Castro *contra Psallianos, lib. 11.* Et prius edixerat Sedulius *in cap. 1. Epist. ad Romanos*, his verbis: *Dicendum est eum semper orare, & non deficere, qui Canonicis orationibus quotidie, iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis, psalmodijs, precibusque consuetis Dominum rogare, & laudare non desistit.* Cui pene eisdem verbis postmodū subscripsere S. Eligius *Homil. 11.* Venerabilis Beda *Lucæ 18.* Suar. *tom. 2. de Relig. cap. 1. nu. 4.* qui ideò inquit nos dicere *semper studere*, de eo, qui nonnullis diei horis studet, & de puero intemperato *semper comedere*, & alij penes August. de Herrera *de origine, & progressu offic. Diuin. lib. 1. cap. 6. num. 1.* qui id nouissimè, & mirè confirmat hac serie: *Assi compartidas las horas en septem scilicet, de oracion de dia, y noche por los Sagrados Apostoles, cumplieron, no solamente misterioso, sino literal el consejo de Cristo S. N. que dezia, quanto les conuenia orar siempre. Y ellos añadieron: Que siempre, y sin interrupcion, y cōtinuamente.*

Idque planè sensisse videtur D. Hieronymus *in cap. numquam 33. de consecrat. dist. 5.* vbi postquam obligationem perpetuò orandi Sacerdotibus à Deo iniunctam his verbis refricasset: *Nunquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber: Dicatur Psalterium ad verbum: Oratio sine intermissione.* Statim, vt vigil Sacerdotis mens, nec varijs cogitationibus patens perseueret, ita subijcit: *Facito aliquid operis, vt semper te Diabolus inueniat occupatum. Vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus; sarriatur humus; areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ:* Si enim perpetuò, idest quibuscumque siue diurnis, siue nocturnis horis, Sacerdos Orationi vacare oporteret; nullam alterius operis distractionem admonuisset. Desiderat tamen, quoniam non integro die, sed certis tantùm, & statis ab Ecclesia horis recitando Sacerdos, consilium perpetuo, & sine intermissione orandi satis adimplesse videtur. Sensit eleganter ibidem Glossographus, *verb. Nunquam*, quo textus ad denotandam continuam orandi Sacerdotum necessitatem vtitur; quod ita explicat: *Nunquam, scilicet horis constitutis.* Argumento 36. *distinct. cap. si quis vult.* Vbi cum idem S. Hieronymus sententiam repetens dixisset: *Oret ergo, & Sacerdos Ecclesiæ, indesinenter.* Verbum *Indesinentur*, similiter exponit eadem Gloss. *Omnino, vel horis statutis.* Et expressius *in cap. hi qui 6. 21. quæst. 3.* vbi cum de Presbyteris scribat S. Cyprianus: *Ab Altari, & Sacrificijs non recedant: Sed die, ac nocte cœlestibus rebus, & spiritualibus seruiant.* Horis tamen interpolatis, ad id tantundem adstringi notat, *verb. Sed die.* Repetit *in cap. Sacerdotibus 2. 31. dist.* ipsius hæc verba declarans: *Sacerdotibus, vt semper Altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semperque castitas obseruanda præcipitur.* Et abstinentiam eiusmodi à venereis, quam

quam semper habendam à Sacerdotibus, text. exoptat, ad debitas tantùm horas restringit. Itaque accipiendum infert text. *in cap. si laicus 7. eadem dist.* Cuius series maximè proposito confert: *Si laicus*, hæc est, *& quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio cōiugali, Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: Si semper orandum est, ergo semper matrimonio carendum.* Carendum est etenim semper matrimonio, ex sententia Glossæ, vt semper orandum est, horis scilicet quibusdam. At cum Ecclesia Latinorum matrimonia Sacerdotum prorsus renuerit, eosque castos, & à carnalibus voluerit alienos; præfatæ interpretationi locus haudquaquam patet; imò vt verbi propria significatio expostulat, semper, & omnibus horis Sacerdotes officio coniugali carere debent, licet non ita semper, sed alternis horis ad sacrificia, & orationes teneantur.

Eodem sensu explicat prædicta Gloss. illud Apostoli ad Roman. 1. cuius fit mentio *in cap. Sacrosancta 2. 32. dist. Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius: quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Vbi sine intermissione accipit, *non tamē in quolibet instanti, sed horis constitutis.* Nec aliter intelligendum verbum *Assiduè* putat, *in cap. de quibusdam 12. 37. dist.* quo Magistros, & Doctores esse eligendos admonemur, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata *Assiduè* doceant. *Assiduè*, inquit, *idest horis competentibus.* Facit *l. si quis ita, ff. de cond. & demonstrat. & l. Mæuia, in princip. & §. 1. ff. de annuis legat.*

155 Et si hoc audacter detrectauerit Hospinianus, libenter præstauimus Christianorum campanas, non perpetuo, imò nec diutius pulsari, aut tale quid oportere, sed paulisper, & congruis Horis. Idque sufficere, vt sperati effectus cum Deo expedire videbitur, quasi ad sonum compellati accedant. Cacodæmonem ipsum in tantæ veritatis testem accersam duobus exēplis, quorum alterum auctoribus Grillando, & Binsfeldio, sic narrat Gretserus *supr. cap. 46. Anno M. D. XXIV mense Decembri, dum ipse Grillandus esset in quodam Castro Monasterij S. Pauli, apud Romanos ad instantiam Abbatis dicti Monasterij, vbi examinauit maleficas incarceratas, ex quibus vna fuit, quæ cum deferretur à Dæmone suo, reuertendo à ludis, in itinere, antequam peruenirent domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ, audiuit pulsari campanam manè pro* Aue Maria: *Sic Dæmon debuit eam deponere, & discedere. Quam deposuit statim iuxta ripam quandam, vbi erāt spineta quædam.* Alterum exemplum recentissimum esse scribit Binsfeldius, quod accidit circa Annum Redemptoris M.D.LXXXVI. siquidem cum eodem fere modo vir quidam à Diabolico conuentu reueheretur, ope Dæmonis vectoris destitutus est, audito matutino primo pulsu ad salutationem Angelicam. Si enim ad primum sacratæ campanæ pulsum, nocentium omnium obstinatior Dæmon, consternatur, & fugit; ad quid perpetuus, continuusque sonus desideratur, cum frustra fiāt per multa, quæ fieri possunt per pauciora? *l. fin. cū. adductis per glossam, C. de adopt.*

Ergo meritò ab Ecclesia immode- 156
ratus campanarum pulsus eliminatur, quasi non necessarius, & vicinis summè molestus. Nec aliud euincunt Carol. Maranta *controuer. iuris vtriusque responsion. part. 2. resp. 22.* & Ioan. Maria Nouar. *quotidianarum practicarumque forensium quæst. p. 2. q. 1.* qui planè fatentur decisum, sonum molestum cāpanarum nil obstare, quominus, etiam reluctantibus vicinis, possit turris, siue campanile de nouo extrui. Quia id in casu dictæ decisionis solummodo debet intelligi, vbi molestia campanarum proueniebat à sonitu etiam moderati pulsus, quia turris de nouo erigebatur à Patribus Societatis Iesu, iuxta Monasterium Monialium S. Claræ: non vero proueniebat dicta molestia ex nimio, & immoderato pulsu campa-

narum (vt casus est nostræ disquisitionis) cum statis, & congruis horis tantum pulsarentur à Societatis Patribus, veluti ex verbis dictæ decisionis, apud Marantam constat *num.* 43. ibi: *Deinde, quia campanarum sonitus continuus non est, sed statis quibusdam horis, & modico temporis spatio*. Qui quidem moderatus sonitus vti necessarius, & communi fidelium bono expediens, quamuis illis molestus, debet à vicinis patienter supportari. Vt in specie loquens resolutum affirmat Oldrad. pro patribus Dominicanæ familiæ *consil.* 228. *Quod fratres Prædicatores*, *num.* 8. veluti & in Rota, Seraphin. *decis.* 847. *num.* 1. quorum meminit ibidem Carol. Maranta, & subindicat Barbos. *d. loco, num.* 93. Pro quo & illud vrgebat, quod adderant alia Monasteria illi contigua, ex quibus Moniales simile impedimentum campanarum diu fuerant expertæ, & satis delicatæ auribus videbantur, quæ cum aliarum Ecclesiarum nolas perferant, has vnas Patrum pati renuerant. Et tandem, quia idem impedimentum sentiebant Patres ipsi Societatis Iesu, ex nolarum assiduo, & intempestiuo sonitu dictarum Monialium, maximè dum conciones habebant & populum erudiunt, non sine ipsius præiudicio, & notabili scandalo.



MINVTA HORÆ PRIMÆ.

VOD primum est Deo offertur, 1. & 4.

Prima Canonica, hora prima post Solis ortū persoluitur, 2.

Hora prima Christus ligatus coram Pilato stetit, 3.

Hora prima post Resurrectionem Christus conuiuium cum septem Discipulis celebrauit, 4.

Hora prima diei debet Prima Canonica recitari non solùm in choro, sed etiam in priuata cuiusvis Clerici oratione, 5.

Prima non ita præcisè debet hora Prima ab ortu Solis recitari, vt non posit paulò ante, vel post effundi, 6.

Paulò plus, vel minus in proposito, vsque ad tres Horas accipiunt aliqui, ibid.

Finitis laudibus, an possit dici Prima, 7.

Qui primam assignata hora non recitat, licet peccet, non tamen ab obligatione recitandi manet liber, 8.

Ordinatus, die suæ ordinationis non tenetur statis horis officium persoluere, sed ab ea tantum qua ordines suscipit, 9.

Iusta de causa, vt cum futura est processio, insignis concio, aut alicuius magni viri aduentus spectatur, potest Prælatus dispensare circa obligationem recitandi officium debitis horis in choro, 10.

Auroræ initium dicitur per horam, & quartum alterius ante Solis manifestationem, 11.

Aurora maxima est horarū circiter nouem, 12.

Aurora minima durat spatio vnius horæ,

ræ, & minutorum duodecim, ibid.

Ante Auroræ initium non licet Missam celebrare, 13.

Per horam, & quadrantem alterius, aut secundum aliquos per horam, & dimidiam, vel per duas horas ante Solis irradiationem, potest Missa inchoari, 14.

In moralibus non est locus mathematicæ mensuræ, 15.

Iusta causa intercedente, multo ante duas horas ab irradiatione Solis poterit Missa incipi, 16.

Quando Sacerdos est iter facturus, an liceat ante præscriptum tempus Auroræ Missam dicere, ibid.

Item ut operarij Missam audiant ad laborem profecturi. Ad communicandũ infirmum morti proximum. Nocte S. Natiuitatis. Ex dispensatione Episcopi. — *Licet Missæ celebratio, dicto ante tempore, ibid.*

Text. in cap. Nocte 48. in fin. de consecrat. dist. 1. explicatur, 17.

Vnius horæ spatium pro longa dilatione accipitur, 18.

Vnum alio prius dicitur ratione horæ, ibid.

Prætextu unius horæ tantum præuentioni est locus in omni actu, 19.

Bulla Gregorij XIII. de præcedentia inter Fratres Mendicantes habet locum in præcedentia unius horæ dũtaxat, 20.

In concursu ad hypothecam ille creditor potior habebitur, qui saltim per horam fuerit prior, 21.

Anterioritas possessionis sufficienter probatur per horam, 22.

Possessio anterior est manutenibilis, ibidem.

Illa possessio debet manuteneri, quæ alias per horam saltim præcedit, 23.

Testamentum ut à posteriori reuocetur dicitur prius, si per horam aliud antecedat, 24.

Filius per horam uiuens à morte patris, de iure communi ipsi succedit, 25.

De iure nostro filius ut patri succedat uiginti quatuor horas uiuere debet. 26.

Scholasticus, ut cursum lucretur singulis lectionibus, ex necessarijs unius horæ spatio adesse debet, 27.

L. 18. §. 6. tit. 7. lib. 1. Recopilat. quæ ui scholastici fori priuilegio potiantur duarum lectionum auditionem singulis diebus iniungit, explicatur, 28.

Canonici siue Cathedralis, siue Collegiatæ Ecclesiæ, qui singulis diebus lectioni Sacræ Scripturæ interesse debent, per horam ad id adstringuntur, 29.

Qui indebite cursus probauit, si ad gradũ peruenerit, nullis priuilegijs fruitur, nisi idoneus fuerit, 30.

Imperitus, quamuis legitime cursibus peractis, ad Doctoratus gradum accedit quacumque facultate, peccat, 31.

Ætatem impleuisse legitimam non uidetur, qui tantùm per horam ab ea distat, 32.

Parum pro nihilo non reputatur, ubi pro forma expletio desideratur, ibid.

Ta-

HORA PRIMA.

1 VOD primum est Deo offertur. Hinc *Exod. cap.* 22. primitias illi offerri præceptum; quia re vera cuiuslibet boni operis inchoatio Deo est adscribenda. Etenim absque diuina gratia nullum bonum opus perficitur. Ipse enim Dominus operatur in nobis velle, & perficere. Ergo rectè à *Prima Hora Canonica* exordiendum; quæ velut primitia nostrarũ precũ, ipsa prima diei hora persolvitur, imò &
2 persolvi debet. Sic post Durant. Nauar. *de Hor. Canonic. cap.* 3. *n.* 36. *&* 39. qui ideò per primam dicit intelligi vnã horam post Solis ortum. Mich. Thim. *de diuin. Offic. tract.* 4. *q.* 1. & nouissimè Theod. Rub. *in Horario vniuers. Eccl. c.* 17. *n.* 36. qui & *n.* 40. id probari inquit eius Hymno: *Iam lucis orto sidere*. Vbi cum loquatur de tempore perfecto, nõ est controuertendum de Aurora, vt aliqui voluerunt; sed prima proculdubio lucis hora recitanda, subindicant text. *in cap. presbyter* 2. 91. *dist. cap.* 1. *de celebrat. Missar.* Ex quibus dubia redditur sententia Cerolæ, *in praxi, ver sic. Dies, in princ.* & aliorum, qui diem, tã quoad esum carnium, quàm quoad recitationem Diuini Officij, à media nocte præcedentis diei incipere arbitrantur: cùm ex dictis satis liqueat, nõ nisi à Solis ortu debere dinumerari; quoad Primã scilicet, & reliquas minores horas. Nã quoad matutinũ secus ob seruatur, vt infra *Hora* 4. mõstrauimus.

3 *Prima ergo Hora* (vt inquit Rupert. Abb. *lib.* 1. *cap.* 2. *de Diuin. Offic.*) Creatori nostro *laudes referre debemus ante omnem curam corporis, qua scilicet Hora Dominus noster iam conspui us, & illusus, atque alapis cæsus, & adhuc sannis, & opprobrijs saturandus Pilato propter nos ligatus adstitit. Itemque rediuiuus stans in litore (cum captura piscium, à quibus retia rupta non sunt, significasset Ecclesiam, qualis futura esset in resurrectione mortuorum) mellitum cum septem Discipulis celebrauit conuiuium. Quia* 4
ergo primum quærendum est Regnũ Dei, *& cætera adijcientur nobis. Et in lege iubet Dominus, omne sibi primitium offerri; primam offeramus horam diei Nostro Redemptori, & quæramus Regnum eius, qui passus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Hactenus Rupertus. A quo nec dissentit D. Cyprianus *in exposit. orat. Dominic.* cum mane orandum esse, inquit, vt resurrectio Domini matutina Oratione celebretur: quoniam vt coniectari potest, ad Auroram fuit factum resurectionis mysterium. Quod & plurimi Patres sentiunt. S. Ignatius Epistol. ad Trallianos: *Illucescente Dominico Die resurexit è mortuis.* D. August. in enarrat. Psalm. 29. *Ideò Dominus Iesus Christus in matutino resurrexit de sepulchro, vt quod dedicauit in fundamento, hoc promitteret domui.* Sedul. *lib.* 4. Carm.

Cœperat interea post tristia Sabbata felix,
Irradiare dies, culmenque numinis alti,
A Domino dominante trahit, primusque videre,
Promeruit nasci mundum, atque resurgere Christum.

Con-

Consentit D. Thom. *in 3. p. q. 5. 3. art. 2. ad 3.* Horam expressit D. Antoninus *1. part. Histor. tit. 5. cap. 7.* vbi asseuerat decimam fuisse noctis iuxta antiquam diuisionem: sequitur P. Franc. Suarez *in dictum locum D. Thomæ disp. 46. sectione 2.* Etsi D. Hieronymus *Epist. 150 q. 6.* affirmet: *Surrexisse Dominum qua hora voluit, quæ nulli mortalium cognita est.* Similes rationes connexius Durandus *lib. 5. cap. 5.* quas repetunt lodocus *lib. 2. de Prima Hor.* & Michael Thimot. *d. q. 1.* Versus tamē non prætermittam, quos ibidem refert Glossa nostra *in d. c. 1. de celebr. Miss.* & ex ea Nauar. *vbi sup. n. 27.*

Hæc sunt septennis propter quæ psallimus horis,
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis:
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipartit:
Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Quidni ergo primam lucis horam ipsius Creatori deuoueat Ecclesia? cū & gentilium vana superstitio id ipsum erga falsa numina sua effecerit: Adsit Plautus in Curculione:

Nunc ara Veneris, hæc est ante horum fores,
Me infere Veneri voui iam ientaculum.

Hoc est, vt exponit Lambinus, voui me Veneri prima luce sacra facturum, quo tempore pueri ientant: vel vt Simeon Bosius, quo tempore ientacula venduntur, iuxta illud Martialis *lib. 14.*

Surgite iam pueri, vendit ientacula Pistor.

Et licere etiam eo modo interpretari cum eodem Simeone Bosio placet Gulielmo StucKio *antiquitat. conuiuialiū, lib. 1. c. 7.* voui me ante alios omnes Veneri sacra facturum, quæ sint ei pro iētaculo.

5 Cæterùm quod de hac Hora recitanda in prima diei diximus, non solū de ea accipi oportet, quæ publicè in Ecclesia cantatur, aut recitatur; sed & de ea, quæ priuatim vnusquisque Clericus recitat in ea, vel extra eam, aut domi suæ, cum etiam debeat præscripta, & designata hora effundi, & non diuersa, nisi aliud iusta causa expostulauerit. Vt optimè aduertit Nauarr. *d. c. 3. num. 44.* quia ita præcipitur, *in dict. cap. Presbyter,* & *in d. cap. 1. de celebrat. Missar.* (vbi expressè admonent Ostiēsis, & ferè omnes Glossographi) cui, & alias subiungit vrgentissimas rationes, quæ id planè euincunt, & vulgaris illius nostræ parœmiæ sententiam stabiliunt; quæ habet: *Visperas de noche, y Maitines de dia, ni placen a Dios, ni a Santa Maria.* Faciunt tradita à Fusc. *de Visitat. lib. 2. cap. 2. num. 19.* Pelagio *de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 27.* Aniba le Rochio *de Visitat. ad Breue Gregorij XIII. versic. Debito, pag. mihi 269.* Antonino Diana *resolut. moral. p. 2. tract. de Horis Canonicis resolut. 14.* Et si non me lateat contrarium de priuata recitatione aliquos sensisse, vt Azor *lib. 10 cap. 10. q. 1.* Suarez *tom. 2. lib. 4. cap. 24* & *de Horis Canonic. cap. 1. num. 2.* Bonacina *eodem tract. disp. 1. q. 3. puncto 4. n. 2.* Vazquez *in opuscul. tract. de benefic. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4.* Acunha *in d. c. presbyter, num. 2.* qui indistinctè asserunt probabile esse, recitantes extra designatas diei horas minime peccare. At eiusmodi ita dissidentes opiniones rectè cum S. Fausto *lib. 2. de Horis Canon. q. 193. vers. quam doctrinam,* conciliat Escobar *eodem tract. q. 3. nu. 129.* sentiens *Primam* opinionem, in notabili perversione horarum procedere; *Secundam* verò in leui & modica, quæ nec veniale crimen potest inducere; *Immoderatæ tamen postpositionis, aut antepositionis* pro exemplo subijcit, vt cum summo mane omnes recitantur horæ, vel Completorium ante prandium, vel Matutinum ad Vesperas; *moderatam, vel consuetam dilationem, seu anticipationem* vocat, recitare Primam vna hora ante Solis ortū, vel per duas, vel tres horas ab ortu Solis simul cum cæteris horis minoribus.

Ego tamen nec improbabiliter af-

affirmare auderem hodie ex communi consuetudine (cui in proposito standũ esse, *ex Nauarr. Sancio, Filliucio, & Bonacina*, obseruat D. Ioan. de Escobar *sup. num.* 128.) indistinctè licere Sacerdotibus, priuatim Horas Canonicas quacumque diei parte persoluere, etiam notabiliter illas anticipando, aut postponendo præscriptis Horis, aut nulla interueniente iusta perversionis causa; quia id fieri vbique passim videmus, & ab omnibus ita obseruatum multis ab hinc annis communiter accepimus.

6 Sed stando priori sententiæ, si ipsa magis complaceat, prænotatum velim non ita strictè accipiendum, vt Prima incipi debeat præcisè in fine primæ partis diei artificialis, sed cum aliqua latitudine morali, ita vt satisfaciat illam recitans, vel paulò ante, vel paulò post ab hora præscripta veluti de omnibus Horis Canonicis loquentes apertè docet Angel. de Clauasio *vers. Hora*, §. 22. Silvester *eodem vers. q.* 9. Nauarr. *d. cap.* 3. *num.* 76. qui hanc latitudinem arbitratur circiter mediæ horæ ante, vel post, ita quòd qui recitaret Primam media hora ante, vel post finem primæ partis diei, censeretur recitasse hora primæ. Idem docent Sanchez *in opuscul. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 35. *num.* 4. doctissim. Antonin. Diana *resolut. Moral. p.* 4. *tract.* 4. *Miscellan. resolut.* 9. *versic. notandum est.* Qui hoc parum ante, vel post designati temporis, etiam ad tres quadrantes, vel ad vnicam horam extendũt; imò & ad tres horas, si Bonacinæ opinioni standum est *de Horis Canonic. disp.* 1. *q.* 3. *num.* 9. Vbi excusari, inquit, ab omni culpa recitantem Primam cum Tertia, Sexta, & Nona tribus horis post Solis ortum. Tum quia hæc est moderata, & consueta postpositio. Tum quia tempus à iure præscriptum non consistit in indiuisibili, sed magnam habet latitudinẽ, vt ex consuetudine patet. Qui & aduersæ opinionis fundamentis satisfacit. Sequitur Escobar *d. tract. q.* 4. *regul.* 9. *num.* 127. & 136. Quo & illud admoneam Clementem VII. S. P. Constit. 13. vt habetur *tom.* 1. Bullar. Laerc. Cherub. *pag. mihi* 578. Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ indulsisse facultatem recitandi Horas Canonicas, & alia diuina Officia, anticipatis, vel postpositis horis. Vti & Referendarijs vtriusque Signaturæ *Paul.* III. *Const.* 23. fuit elargitũ, vt *in eodem tom. pag.* 650. elucet.

Et quamuis inde inferrent nonnulli, quod cum Matutina cum Laudibus recitatur in Aurora, ea finita protinus posset dici Prima, quasi iam tunc esset hora debita: Hoc tamen omnino displicet Nauarro *ibidem*, quia Prima Hora non est in ipso Solis ortu, qui est initium primæ partis diei, sed in fine illius partis, vt initio cum Theod. Rubeo insinuauimus. 7

Hanc igitur latitudinem si in Prima recitanda Clericus, aut quiuis alius obstrictus excesserit, culpam saltim venialem minimè effugiet, & tandem ad Primæ recitationem tenebitur, quamuis hora illi à iure præscripta effluxerit; quia lapsus horæ peccatum inducit, sed non excusat ab obligatione recitandi, dum adhuc dies duret, vsque ad mediam noctem, quo finito proculdubio excusaretur. Quoniam vt optimè ratiocinatur Nauarr. *d. cap.* 3. *num.* 78. eiusmodi præceptum tantùm respicit horam, vt à veniali excusset, non verò ab obligatione sub mortali, quæ per integrum diem perseuerat. Vt etiã nouissimè considerat Machad. *de perfect. Confessore, tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 2. *docum.* 6. *num.* 1. & si contrarium magis placuerit Cosm. Guimier. *in pragmatic. sanction. titul. quando Horæ, vers. Sincopando*, vbi indistinctè affirmat expirante hora deputata lectioni Horarum expirare etiam obligationem illas recitandi. Ductus authoritate Ancharrani *in cap.* 1. *de celebrat. Missar.* qui cum verbo *Termini* ad Horas recitandas loquatur, dicens elapso termino lectioni Horarum designato, finiri obligationem illas recitandi; de termino diei, & non Horæ esse subaudiendum putat *dicto loco* Nauar. 8

Excipiendi tamen erunt à regula 9

su-

superius præscripta Clerici, Religiosi, & Beneficiati illa die, qua incipiunt recitationi precum Canonicarum esse obnoxij, qui non Præfatis statis horis, sed ab illa prima suæ obligationis preces solvere tenetur; ex sententia P. Suar. *lib.* 4. *de Horis Canonic.* c. 27. *n.* 8. Castr. Palaus 2. *tom. tract.* 7. *disp.* 2. *puncto* 4. *nu.* 3. *vers. difficultas.* Quibus consentit nouissimè Escob. *de Hor. Can. q.* 4. *reg.* 9. *n.* 132.

10 Nec illud in proposito negligam, iusta interueniente causa posse Prælatum dispensare circa obligationem recitandi Officium debitis Horis in Choro, vt si futura sit processio, insignis concio, aut spectetur illustris aliqua persona, vel quid simile acciderit, quia tunc cessat ratio scandali, quæ prohibet dictam precum inuersionem, vt post Nauarr. *de Orat. cap.* 3. *num.* 55. Regin. *lib.* 18. *nu.* 179. Suarez *de Horis Canonic. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 13. S. Faust. *lib.* 9. *q.* 19. Trullench 1. *Decalog. cap.* 6. *dub.* 18. *cap.* 5. obseruat optime D. Ioann. de Escobar *d. tract. q.* 4. *regul.* 9. *num.* 134.

11 Quibus consectariè subiungitur Auroræ initium diei per horam, & quartam alteriùs horæ partem ante Solis manifestationem: Ita expressè Scotus *in* 4. *distinct.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. Gabriel *in lect.* 14. *in Canon.* Azor *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 25. *quæst.* 5. Scorc. *de Sacrific. Missæ, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. Cardinal. Brancatius apud Antonin. Dianam *Resolut. Moral. part.* 6. *tract.* 8. *Resolut.* 40. *vers. vt autem clarius.* Quibus quasi subscribens Theodor. Rubeus *in Horario Vniuersal. Eccles. cap.* 16. *numer.* 24. *versic. responsio.* Auroram

12 inquit minimam (quoniam maxima Aurora est Horarum circiter nouem, vt in eleuatione poli graduum 80. in gradu 6. Piscium, & gradu 24. Libræ, vt idem Theodorus agnoscit *ibidem cap.* 19. *num.* 18.) durationis esse saltim horæ vnius, & minutorum duodecim. Et si Bonacina *de Sacram. Euchar. tom.* 1. *disput.* 4. *quæst. vltim. punct.* 9. *num.* 5. Malit crepusculi, siue Auroræ tempus esse vnius horæ, cum dimidia ante Solis ortum, toto ferè anno; Martio ac Iunio mensibus exceptis, quàm communem Theologorum, & Astronomorum sententiam dicit Cardinal. Brancatius *loco vbi prope adducendus.* Videndus Martinus Stephan. *lib. de Templo Salomonis, pag.* 160. Ioann. Bustamant. *in Ceremonial. lib.* 1. *capit.* 4. *Rubrica* 15. *num.* 7. qui breuissimam tabulam describit, qua sciri possit, qua hora singulis anni diebus incipiat crepusculum. Quod exactiùs, & accuratiùs designat Theodor. Rubeus *in suo Horario*, vbi id delineatis secundùm eleuationem cuiuscumque Prouinciæ tabulis, vniuersaliter demonstrat. Cui opinioni illud optime suffragatur, quod de hora Auroræ circunferri solitum obseruat Aloysius Nouarin. *Schediasm. Sacro-prophan. lib.* 11. *c.* 2. *n.* 15. computari scilicet duabus, aut tribus horis:

Hora vna Auroræ tres valet, atque duas.

Vnde cum de iure communi priuilegio secluso, ante Auroræ initium non liceat Missam celebrare (nam quæ ante Auroram fiunt, nocte fieri dicuntur Cald. Pereir. *de empt. & vend. c.* 4. *num.* 20.) vt est omnium vulgare placitum; à quo non dissentiunt D. Thom. *in* 3. *p. quæst.* 83. *art.* 2. *ad* 4. Suarez *in* 3. *p. tom.* 3. *quæst.* 83. *art.* 2. *sectione* 4. Scort. *de Sacrific. Missæ lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. Frat. Ioann. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 6. Bonac. *de Sacram. Euchar. tom.* 1. *disp.* 4 *q. vlt. punct.* 9. *n.* 5. pluribus relatis Aug. Barbos. *in collect. ad Concil. sessione* 22. *in Decreto de obseru. & euitand. in Sacrific. Missæ n.* 29. & his relatis Cardinalis Brancat. *vbi supra* in eleganti, & sancto viro digna dissertatione *de priuilegijs Cardinalium*, *quo ad celebrationem Missæ in eorũ Capellis.* Quibus addendus AEgidius Trullench *in expositione Bullæ Cruciatæ lib.* 2. *§.* 5. *dubio* 3. *num.* 3. & nouissime P. Leander *quæstion. moral. part.* 2. *tract.* 8. *de Sacrific. Missæ disp.* 6. *quæst.* 1. 13

1. Proculdubio per horam, & quadrantem alterius (quam Auroræ terminum esse diximus) antequam substantia Solis super terram radiet, quod prima diei hora contingit; quam duodecimã vocat Iacob. Mandel. *consil.* 83. *n.* 25. computato die ab vno Solis occasu, ad alium; eiusmodi Sacrificij celebratio erit permissa, vtpote in prima diei parte, *c. necesse* 51. *de consecrat. dist.* 1. *cap. solent. in fine ead. dist.* consentit *Rubr.* 15. *Missalis*, & D. Thom. 3. *part. quæst.* 83. *art.* 2. *ad* 4. qui primam diei partem pro Missæ celebratione secundum S. Leonem *in d. cap.* intelligit de Aurora, quãdo primum Solis radiorum claritas apparet, & dicitur *dies vulgaris*; cũ vulgus diem appellet ab initio Auroræ vsque ad finem crepusculi vespertini. Sic Theod. Rubeus *in horar. c.* 19. *num.* 4. qui hanc diei primam partem, mane primum esse ait, de quo Iudic. 9. *Primo mane Oriente Sole*. Vt Auroram veteres appellare solebant. Idque significari Marci 16. *Et valde mane* (id est primo mane) *vna Sabbatorũ veniunt ad monumentum orto iam Sole.* Vnde in quit, cum hoc sacrum Missæ Sacrificium, in principio Auroræ posſit celebrari, non est spectanda claritas. Et ita S. Congregatio Cardinalium declarauit *ad Trident. sesion.* 22. *in Decreto, de seruandis, & euitandis in celebration. Missæ.* Quòd tempus, prosequitur, est satis opportunũ pro artificibus, & rusticis, qui ad laborandum, & agros colendos summo mane surgunt; & etiam pro puellis, & similibus personis. Vt propterea S. Episcoporum, & Regularium Congregatio sub die 18. Februarij 1592. Ordinauerit cuidam Episcopo (qui sub pœna excommunicationis præceperat, vt puellæ audirent sacrũ in diebus festiuis) vt excommunicationem reuocaret; & admoneret parentes dictarum filiarum, vt Sacrum audirent. Et subiungit, quòd Episcopus faceret Missam celebrare in Aurora, vt eò facilius possent audire, hoc est, vt notauimus, per horã; & quadrãtem alterius ante ipsam Solis irradiacionẽ: ita in specie resoluunt Scort. *vbi proxime n.* 3. Rosel, *vers. Missa num.* 2. Azor. *instit. moral. lib.* 10. *c.* 25. *quæst.* 5. Rodrig. *tom.* 4. *quæst.* 43. *art.* 3. quibus accedit Brancat. *ibidem*, subdens ampliari hunc terminum vnius horæ cum quadrante a nonnullis Theologis ad horam cum alterius dimidio; præsertim à Suarez *vbi supra, vers. Secũdò inquiri potest.* vbi, vt occuratur scrupulis, tenet non esse curãdum de quadrante, ad quem vltra horam tempus Missam inchoandi producimus, cum in moralibus non sit locus mathematicæ mensuræ, quo circa sesquihoram pro quadrante illo constituit, vt sic intra horam & dimidiam ante Solis ortum liceat Missam celebrare; idẽ tenet 15 Stephan. Durand. *de ritib. Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 7. Bartol. ab Angel. *de Missa §.* 647. Bonacina *vbi supr.* Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 5. *à num.* 111. & alij, quibus accedit August. Barb. *de iure Ecclesiast. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 25. & *in collect. ad Concil. sessione* 22. *de Sacrific. Missæ cap.* 8. *num.* 29. Quod non nihil protendunt Palud. apud Suarium *d. loco*, Victoria *in summa num.* 97. Layman *tract.* 5. *de Sacrific. Missæ cap.* 4. *num.* 2. scilicet, vt posſit Missa inchoari dimidia hora ante crepusculum siue Auroram, sic vt Missæ finis collimet cum initio Auroræ, vel crepusculi quam sententiam in proxi. seruandam admonet Suar. *dicto loco. vers. Tertia exceptio*, & Trull. *vbi sup.* Bustamante *in ceremon. lib.* 1. *c.* 4. *Rubr.* 15. *num.* 2. & multorum testimonijs Anton. Diana 2. *part. tract.* 14. *resol.* 33.

16 Qua opinione admissa, tuta, & probabilisſima (vt placet eminentisſimo viro) infertur, cuicumque Sacerdoti licere per duas ferè horas ante Solis candorem, siue Auroram, Missæ Sacrificium exordiri, vt consequenter voluit Suarius *ibidem*, & Hieronym. Rodrig. *in comp. quæst. Regular. resol.* 25. *de celebrat. Missar.* Eminent. Gard. Lugo *de Sacram. disp.* 20. *num.* 32. & *seqq.* Moure 3. *p. c.* 5. *§.* 14. *num.* 3. Pitigian. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. & nouisſimè P. Leand. *quæst. moralium in sept. Sacram. tract.* 8. *disp.* 6. *q.* 2. vbi ex Nauarro, AEgi-

AEgidio, Fagund. Layman & Philiberto subiungit, in Gallia, Germania, & Belgio Missam celebrari tempore hyemis, tribus vel quatuor horis ante Solis ortum. Quod & de Hispania ex antiquissimo more Toletanæ nostræ Ecclesiæ adtestari possumus cum in ea singulis diebus prædicto tempore antelucanum hoc Sacrificium; non sine fidelium concursu, & deuotione à Sãctissimo Ildephonsi præsulatu sine intermissione celebretur, vt notissimum est, & ex antiquis monumentis accepimus, quorum fidem nec parùm iuvant Illustrissimi viri D. D. Didaci de Castejon & Fonseca Episcopi Turasonẽsis absolutissima scripta *de Primatu S. Ecclesiæ Toletanæ contra Bracharensẽ part.* 1. *cap.* 1. §. 7. *pag.* 432. vbi in proposito hæc leguntur: *Deben los Fieles à Ildephonso la Missa, que la Santa Iglesia de Toledo en su Capilla haze celebrar todos los dias al romper de el Alba: dotacion llena de piedad, y de prudencia; porque preuino à la deuocion de los menesterosos, poniendoles este soberano Sacrificio en hora que sin verguenza le pudiessen gozar sus desaliños; y sin faltar al trabajo cotidiano, de que los pobres necessitan y paraque le gozassen tambien los pasajeros, sin perder tiempo para hazer su camino.*

Refert præcedẽtis sententiæ nonnullos Card. Branc. *vbi sup.* quibus ex animo subscribit, inde ad priuilegiatos inferens, quid dicendum? Sed cum hoc ad Secundam Horam spectet, ibi vt propriori loco discutiemus illud tamen non reticeam, quod in proposito admonet AEgid. Trullench. *vbi proxime num.* 5. videlicet præfatam resolutionem procedere regulariter, vbi nulla iusta causa intercedit; quia ea interueniente, poterit etiam ante præsignatum tempus Missa celebrari. Veluti *Primò* quando Sacerdos est iter facturus. Et si hoc non admittant Lay. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 4. *n.* 3. & Diana *d. resol.* 33. vtpote cõtra canonem, & consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ. De Episcopis id affirmat Nauarr. *c.* 25. *n.* 85. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 5. Fag. *præcepto* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 16. Azor. *lib.* 10. *c.* 25. *q.* 5. Hurtado *disp.* 4. *diff.* 4. *Philib. tract.* 3. *p.* 3. *c.* 7. *n.* 11. nouissimè P. Leand. *d. tract.* 8. *disp.* 6. *quæst.* 6. qui idem etiã permittũt Cardinalibus licet non sint in itinere: cæteris autem presbyteris, quamuis itinerantibus negat ipse Leand. *quæst.* 1.

Secundò, prosequitur Trullench, adhuc in ipsis tenebris celebrari poterit, vt operarij ad laborem profecturi Missam audiant; non solum diebus festiuis, quibus ex præcepto ad Missam tenetur, & tamen si necessitas postulaverit post ipsius auditionẽ possunt labori incumbere; vt ex illis satis liquet, quorum meminit Summa oper. Dianæ *part.* 1. *vers. festum seruare.* Sed quibusvis alijs diebus nõ festiuis, vt id obiter notem, cum his omnibus saltim ex honestate, consilio, & deuotione expediat Missam audire ad Spirituale lucrum, & interiorem consolationem, quæ ex inde nec minima oritur teste B. Chrisostomo *homil.* 69. Innoc. & alijs citatis a Gabriele *in Canone Missæ lection.* 29. *in princ.* Et teste omni exceptione maiore experientia, iuxta Nauar. *in manual. cap.* 21. *num.* 1. *in fine*, & alios apud Ferdinand. Paez *in repetitione c. Missas, vers. Die Dominico, n.* 31.

Tertio, licet ex temporaneam Missam dicere *ex Trullench*, ad communicandum infirmum morti proximum, quod etiam contra Henriq. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 5. docet Victor. *de Euchar. n.* 95. Laym. *vbi sup.* & cum Gaspar Hurtado, Diana *d. resol.* 33 multisque alijs Leander *d. tract.* 8. *quæst.* 5. vbi ex hac causa posse celebrari statim post mediã noctem affirmat, etiam, citra licẽtiam Episcopi si absit, vt subnectit Trullench *ibidem.*

Quartò, permittitur Sacratissima Natiuitatis nocte, *c. nocte, de consecr. dist.* 1. qua adeò ante Auroræ initium Missa decantatur, quod etiam ante diei principium, & duodecimam noctis soleat in Põtificia Capella. Idque consequenter, & à non ieiuno Sacerdote, vt satis colligitur ex verbis P. Garsiæ; *de excellent. Sacerdot. tract.* 3. *dif.* 5. *dub.* 2. *punct.* 3. *num.* 27. vbi hæc

satis

satis ad rem profert: *De lo dicho se colige; que pues este ayuno es Eclesiastico, como hemos visto, puede dispensar el Pōtifice en el; y sabemos que lo han hecho: porque quenta el P. Fr. Ioseph de Siguença en las Coronicas de nuestra Orden tom. 3. lib. 1. cap. 37. que Iulio III. dispensò con Carlos V. y dispensa cada año el Pontifice la noche de Nauidad, en la qual celebra vn Cardenal en la Capilla de el Papa delante de el despues de Maytines, y acaba antes de media noche: con lo qual es visto que no celebra ayuno, pues comio la Vigilia de Nauidad. Respōde empero Lugo vbi supra num. 57. que no dispensa el Papa en que este celebre no ayuno, ni es tal su intencion, sino anticipar el dia de Nauidad vna hora, ò hora y media, pues no ay termino fixo de quando comiença el dia, y puede la Iglesia señalarle, como de hecho le señala en este caso el Pontifice a las diez y media, ò onze.* Alioquim plura inde sequi absurda infert *ibidem* Lugo, quibus nō refragantibus contrarium magis arridet Pasqualigio *decis.* 311. *n.* 24. vbi illis sigillatim recensitis inquit, *quod licet hoc accutissime excogitatum sit a Lugo, non est tamen verum, sed contra praxim; quia Pontifex quotanis dispensat cū Cardinali celebraturo, vt possit non ieiunus celebrare, expediens super hoc speciale Breue, & proinde supponitur, quod sit celebraturus intra diem præcedentem, neque anticipatio, quam ponit Lugo habet fundamentum*, vt latius apud ipsum.

Et tandem quinto ex dispensatione Episcopi Missam dictis horis decātare concludit *ibidem* Trullench, ex doctrina P. Ledesm. *in summ. tract. de Euchar. cap.* 19. *conclus.* 8. & 9. Nec di-
17 ctis aduersatur text. *in d. cap. nocte* 48. *posterioribus verbis, de consecrat. dist.* 1. vbi excepta nocte Sanctæ Natiuitatis Domini, reliquis temporibus prohibet celebrationem Missarum ante horam tertiam diei. Quia hæc dispositio de Missis publicis, & popularibus subaudienda est, quæ ante dictam horam celebrari non poterant, non vero in peculiaribus procedit, etiam prima diei parte permissis, vt egregie deducitur *ex c. & hoc* 52. *d. dist.* 1. *attendendum est*, inquit Augustinus, *vt Missæ peculiares, quæ per dies solemnes a Sacerdotibus fiunt non ita in publico, fiant, vt propter eas populus a publicis Missarum solemnibus, quæ hora tertia Canonica fiunt abstrahantur*, consentit Guil. Durand. *in ration. diuin. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 20.

Verum enimvero ne a proposito 18
cursu discedamus, vnius horæ spatium pro longa dilatione frequenter vsurpari in iure conspicitur. Hinc vnum, alio prius ratione vnius horæ vocatur text. optimus *in l. si quis eum.* 16. *§. si suo testamento, ff. de vulgar. & pupil. substit.* vbi eadem die pater fecit sibi testamētum vna hora, & alia hora pro filio impubere testamentum ordinauit, & tamen vtrumque non dicitur eodem contextu conditum, sed prius paternum: de hinc vero pupillare notat *ibidem glos. & in l. si ex pluribus §. fin. ff. de solut.* Bald. *in l. Imperator la* 1. *vers. & nota quod dies, ff. de stat. hom.* Fel. *in cap. Pastoralis, num.* 5. *de rescript.* Rip. *in l. si debitor. num.* 10. *ff. de pignor.* & alijs relatis Laçar. Fænuc. *de momento tempor. cap.* 17. *num.* 6. subnectens, non solum ratione vnius horæ, & particulæ, sed etiam ratione momenti; & puncti vnum diei prius alio, ex Decio *in cap. Pastoralis, in princ. num.* 5. facit glos. 1. *in l. non solum, ff. de in integr. rest.* Tiraq. *de primog. quæst.* 2. *num.* 2. Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 36. *num.* 102. & colligitur ex doctrina Bart. *in l.* 2. *§. creditū, ff. si cert. petat.* quam sequitur Purpurat. *ibid. num.* 49. asserentis prioritatem minoris temporis unius horæ esse incōsideratione, facit *l. Arethusa, cum sequenti, ff. de stat. homin. l. ter enixa. de verbor. significat.* & aliarum cumulus apud Menochium *de arbitrar. iud. casu* 48. *num.* 3. Et saltim quod ratione vnius horæ dicatur quid altero prius, vel posterius, vt præmisimus, est quidem extra controuersiam positum, innumerisque iuris & scriptorum testimonijs euictum a Tiraquello *de primog. d. quæst.* 2. *num.* 2. & *tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, inter casus quibus modici ratio habetur, vers. Septimo*

com-

commendatur. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 4. *num.* 792. Anton. Peregrin. *de iure Fisci lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 35. vbi id etiam rerum contra Fiscum admittit, cui ratione vnius horæ priuatum, vt antiquiorem esse præferendum concludit Petr. Barbos. *in l.* 1. 2. *part. num.* 7. & 8. *ff. solut. matrim.* Stracha *de mercat. tit. de Doctorib. vers. postquam num.* 13. Mieres *vbi sup. num.* 101. Hocque sensisse videntur Gagnol. *tom.* 3. *pagina mihi* 695. *num.* 4. & Bernard. Pandius *de præsent. instr.* 4. *par. declarat.* 19. *num.* 121. cũ horæ supputationem despuendam non esse affirmãt, quinimo inquit Pandius, quod licet statuto caueatur nullam haberi rationem horarum, adhuc si de horis constet præuentioni, & prioritati esse deferendum.

19 Ex quo prætextu vnius horæ præuentioni esse locum, siue in materia beneficiali, siue in alio quolibet actu, contendit glos. *vers. die obligauit. in d. l. si ex pluribus* 89. §. *fin. ff. de solut. & in c. duobus* 14. *vers. si non appareat, de rescript. in* 6. Bald. *in l. Imperator.* 1. *lect. num.* 4. *ff. de stat. homin. & in l. præscriptione num.* 15. *C. si contra ius, vel vtilit. public.* Franc. *in cap. si a sede num.* 4. *de præb. in* 6. Felin. & Decius *in d. cap. Pastoralis, in princ. de rescript.* Ioan. de Silua *de benef.* 3. *part. quæst.* 5. *num.* 13. Casador. *decis.* 20. *num.* 1. *de Præbend. & decis.* 4. *in fin. super regul.* Puteus, *decis.* 172. *num.* 3. *lib.* 3. Menoch. *de adipiscenda remed.* 4. *num.* 791. expressius docet Franc. Marc. *quæst.* 496. *num.* 1. Petr. Gregor. *in præludijs optimi Iurisconf. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. vbi in concursu Ordinarij, & Summi Pontificis, illum præferri, cui prius per horã collatum fuit beneficium, docet consentit Gãbar. *de potest. legat. lib.* 3. *n.* 668. *cum seqq.* & Aloisius Riccius *in praxi, variar. resol. resol.* 103. *in princ.*

20 Qui quidem inde meritò colligit Bullam Gregorij XIII. de præcedentia inter Fratres Mendicantes, vt præcedant illi, qui antiquiores, & priores fuerint in loco, debere intelligi etiam de antiquitate vnius diei, vel horæ tantum, quia prioritas, seu præuentio causatur ex vna hora prioritatis, quod respectu processionum erit subaudiẽdum, de quibus tantum dicta constitutio loquitur, non vero respectu sessionũ in Concilijs, & generalibus congregationibus, aut priuatis vti ex eadem Bulla deducitur, vbi subditur: *Præterea, quia inter prædictos ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Concilijs generalibus, & alijs actibus publicis, siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuis dictorũ ordinum quo ad præcedentias huiusmodi, quæ proprijs ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aliquod præiudicium generari.* Obseruat Fel. Contelorius *de præcedentia num.* 77. qui *& num. sequent.* admonet, post prædictam constitutionem, Sacram Cõgregationem Eminentissimorum & RR. Cardinalium, negotijs Episcoporum, & Regularium præfixam, ad tollendas omnes lites anno 1593. statuisse approbante Sanctissimo, vt in posterum in processionibus, cæterisq; actibus illud seruetur inter Regulares, quod in vrbe Romana seruatur; non obstante Bulla Gregorij XIII. vtpote ex ipsa declaratione constat quam refert Stephan. Quaranta, *in summa Bulla rij vers. Præcedentia*; quæ est etiam impressa *in priuilegijs Ordinum Camaldolensium fol.* 218. & *in collectione priuilegiorum facta per Ioannem Baptistam Confectium fol.* 188. *impressionis Florentinæ.* Et meminit etiã Ioãnes Alois. Riccius. *decis.* 131. *num. fin. part.* . Sequitur Rota *in Salernitana præcedentiæ* 14. *Martij* 1622. corã R. Caualerio, quod & ad reliquas Ciuitates extra Romanam esse produbendum non dubito, ex vi rationis, quæ vbique procedit, nẽpe, vt lites & discordias tollantur.

Quod item & in hypotheca procedit, ad quam si duo concurrunt creditores, quibus eadem die fuisset pignus addictum, ille profecto erit præferendus, & alterum præcedet., cui prius, saltim per vnius horæ spatium constiterit obligatum. Elegans text. *in l. si fundus,* 16. §. *final. ff. de pignor.* vbi 21

vbi ideo cum eodem die simul vtrique creditori pignus datum est, separatim soluitur, quia diuersis horis vnicuique fuerat suppositum, interpraetatur Eustachius *de tempore*, & ex eo L. Charond. *nota marginali*: Obseruat glos. *in l. si ex pluribus*, *§. fin. ff. de solut.* Felin. *in d. cap. Pastoral. num. 5. de rescript.* Afflict. *decis.* 387. & ibi *Addit.* Corras. *tom. 1. pag. 736. num. 3.* Alois. Riccius *d. resolut. 103. num. 2.* Felician. *de censib. lib. 3. cap. 5. num. 16.* qui quasi regulam cōstituens, sufficere ait, vnius horæ prioritatem, vt vnus creditor alteri præferatur. Marc. Anton. Peregr. *de iure fisci d. lib. 6. tit. 6. num. 35.* Carrascus *in nonnullas leges Recop. cap. 11. part. 3. num.* 180. Cald. Pereyr. *de emptione & vendit. cap. 4. num. 17.* nouissime Carol. Rota *in florilegio practicar. conclus. conclus. 31. num. 2.*

22 Cui finitimum est, anterioritatem possessionis sufficiēter probari per horam, illamque antiquiorem diei, quæ hoc saltim spatio aliam antecedit. Vnde cum iuris sit manifesti possessionem antiquiorem esse manutenibilem, posteriorique præferri, vti clandestinæ ex iuris præsumptione, *cap. licet causam* vbi communiter Doctores, *de probat.* Bartol. *in l. si duo num. 4. ff. vti possid.* cum alijs relatis per Menochium *de retin. possess. rem. 3. num. 725.* Quo ad ef-
23 fectum manutentionis illa dicitur antiquior possessio, quæ vna hora est alia possessione anterior argumento eorū, quorum prope meminimus, tradit in specie Ferret. *consil. 3. num. 8. in fine*, Rota *decis. 19. n. 2. & 3. par. 2. diuersor.* vbi quia constiterat Ioannem cæpisse possessionem capellaniæ, de qua lis vertebatur, priusquam Andræas per horam, vel circiter; resolutum fuit Ioānem, & non Andræam in possessione dictæ capellaniæ manutenendum esse. Riccius *in collectan. decision collectan.* 1507. Viuius *decis. 411. numero 31. lib. 3.* Barzius *decis. 46. num. 11.* & pluribus decisionibus confirmat Ludouic. Posth. *de manut. Obserbat. 71. n. 9. & decis. 49. n. 2. & 3.* Nec mirum, cum vt *in d. decis. 19. diuersorum, num. 3.* fuit deductum, non solum vnius horæ prioritas, verum & cuiuslibet puncti ipsius in idem sufficeret, ex Viuio *supr. intrigliolo decis. 35. n. 3.* & Posth. *vbi proxime.*

Eoque pertinet illud testamentū haberi prius ad reuocationem alterius, quod vel per horam antea scriptum probatur, cum etiam in testamentis prioritas vnius horæ locum habeat. Glos. celebris *in d. l. si ex pluribus. §. fin. ff. de solut.* quā mirifice extollit Bald. *in d. l. Imperator, cas. 1 ff. de statu homin.* quibus expresse adstipulatur Franc. Marc. *d. quæst. 496. num. 1. ad finem.* Conducuntque superius notata, *num.* 18. & probari videtur *ex l. si quis cum 16. §. si suo testamento. ff. de vulgar. & pupil. subst.* Ex qua hanc elicit sententiam antiquissimus Eustachius *de tempore & interuallis, vbi de Hora*, quam sic è Græco originali Latine donauit sedulitas Ioannis Leūclauij 2. tom. iuris Græco-Romani, pag. mihi. 209 *Si quis alia quidem hora sibi testamentum authenticum condiderit, alia vero pupillare fecerit adsumptis in eo quinque testibus: testamentum pupillare valet, & veluti tempore posterius authenticum rescindit Digestor. lib. 28. tit. 7. Dig. 16. Bas. lib. 35. tit. 10. cap. 17.* 24

Vnde inferendum succedit, quod vti inspectio, & descriptio testamenti absque die, & Cōsule fieri præcipitur, *l. 2. §. diem, ff. quemadmod. testam. aper. l. 3. C. eod. l. 5. tit. 2. p. 6. facit. l. 112. tit. 18. par. 3.* ita & absque horæ manifestatione fieri debet, si forte hora fuerit testamento adscripta, quoniam illa ratio dicti *§. diem*: *Namque etiam inspectio materiam falsò fabricandi instruere potest.* Etiam in horæ testamenti inspectione, seu editione procedit, siquidem cognita ipsius hora, certius poterit de falsitate cogitari aliud scilicet testamentum, veluti sequenti hora conscriptum subijciendo, quod vltimum appareat, & antecedentis saltim per horam, reuocatorium.

Cæterum conuincitur vnius horæ spatium pro longa dilatione accipi, quandoque de iure communi infantē 25

satis

ſatis poſt mortem patris vixiſſe creditur, quo ad tranſmiſsionem hæreditatis in ſuos, cum per horam tantum in humanis degerit, Bald. *in l. vnica, §. in nouiſsimo, de caduc. tollend.* Iaſſon *in l. nõ tantum, num. 2. C. de legat.* Sebaſt. Medic. *de regul. iur. regul. 5. p. 2. n. 39.* Lazor. Fœnut. *de momẽto tẽpor. c. 32. n. 8.*

26 Dixi hoc ex iure communi procedere, quoniam patrio iure attento, ex diſpoſitione *l. 13. Tauri*, vita ſaltim viginti & quatuor horarum naturalium eſſe debet, vt filius legitime natus, & ſucceſsionis capax habeatur, vbi vulgo admonent interpretes, præſertim Alph. Carrança, *in notis peculiaribus, ad d. l. poſt tract. de partu, ſubdens num. 8. & 17.* huius legis deciſionem correctoriam fuiſſe antiquarum ll. videlicet, *l. 17. & 18. tit. 2. lib. 4. fori Iudic.* quibus decem dies in idem erãt præſcripti, vt infra hora 24. latius apparebit, quod reſpectu filij ſanguinolenti, & recenter nati ſubaudiendum vellim, is enim, vt matri, vel patri ſuccedat, & eorum quamlibet hæreditatem trãſmittat, horis ſaltim viginti quatuor perduret, & viuat oportet, computatis ſcilicet a puncto ipſo natiuitatis, non vero ab inſtanti mortis illius parentis, de cuius ſucceſsione agitur, quoniã ſi ætatis fuerit viginti quatuor horarum, licet ſaltim per horam, aut momentũ parenti ſupervixerit, illi ſucecdet, & in alterũ hæreditatẽ trãſmittet, argumẽto *l. qui duos 10. §. ſi Lucius, ff. de rebus dubijs, & probat Fœnut. vbi ſup.*

27 Indeque ſuperius pronunciatũ eluceſcit, quia Scholaſticus, qui vt curſũ lucretur, cõſiderabili temporis ſpatio lectionibus adeſſe obſtringitur, veluti ratio ipſa euincit, & cauetur Salmanticenſibus ſtatutis, *tit. 21. §. 28. & tit. 28. §. 27.* Complutẽſibus, Vallisoletanis, & noſtris Toletanis etiam; non minori ſpatio vnius horæ cuilibet lectioni ex his, ad quarum auditionem, vt curſum adquiras teneri placuit, intereſſe debet. Quoniam vt optimè concludit Alphonſ. de Eſcobar, *de Pontific. & Regia iuriſd. in ſtudijs general. c. 32. num. 52. & ſeqq.* non aliter vtroque foro Scholaſticus curſum iuſtè probauit, quam ſi cum Magiſtro toto tempo electionis ita adfuerit, vt neceſſario cum ipſo egrediatur, & non antea, vnde cum tempus lectioni deputatum vnius horæ, fere in vniuerſis Gymnaſijs agnoſcatur, eo præcisè adſint Scholaſtici operæpretium erit ad curſus probationem.

Iuſta quæ erit accipienda apud noſtros, *l. 18. §. 6. tit. 7. lib. 1. Recop.* vbi inter alia, vt ſtudioſus fori priuilegio potiatur, maxime præerequiritur, vt audiat: *dos lectiones cada dia*, quod interpretandum eſt ſecundum mentem Alphonſi dẽ Eſcobar *vbi, proxime, nu. 49.* ex verbis illis ſequentibus: *De manera, que hagan aquello porque deben gozar*, & conſequẽter, vt ſi ex vniuerſitatis ſtatutis ſtudioſus, vt curſum conſequatur, non niſi vnã lectionem audire debeat, ex huiuſce legis præſcripto ad duarum auditionem non compellatur, cum legis ea fuerit mens, vt ſtudioſus id faciat, quod ad curſum recte probãdum facere debet, ſiue duas, ſiue vnã, dũtamen muneri ſuo ſatisfaciat, lectiones audiat, ipſiſque deſignato temporis ſpatio adſit, videlicet, vnius horæ in qualibet lectione. Quod etiam de omnibus Canonicis, tam Cathedralis, quam Collegiatæ Eccleſiæ dictum velim, qui cum ex munere, Sacræ Scripturæ lectioni ſingulis diebus ſua Eccleſia intereſſe debeant, ad idque ab Epiſcopo poſsint compelli; vt cenſuit Sacra Congregatio Cõcilij, teſte Auguſtino Barboſ. *de Canonic. & dignitat. cap. 27. num. 28.* per integram horam lectioni aſsignatam, vt infra pateuit, adeſſe debent. 28 29

Qui vero aliter curſum probauerit, priuilegijs non fruetur, & ſi ad gradũ eo modo conſcenderit, ipſius intuitu nullis honoribus, aut immunitatibus gaudebit, ita Nauar. *in ſumm. cap. 28. ad dit. ad num. 58. cap. 25.* & alij quorum meminit Sanch. *in opuſc. tom. 1. lib. 2. c. 1. dub. 57. num. 8.* Niſi ita fuerit idoneus, & litteratus, vt merenter gradũ ſuſceperit, quoniã vbi eſſentialia inueniuntur, defectus ſolemnitatis actũ 30

 non

non viciat, veluti in proposito mauult Couar. *in regul. peccatum 2. p. §. 3. n. 9. & in cap. cum esses, de testam. num. 5. & 8.* Lopez, *1. par. instr. noui, cap. 164.* P. Sanchez, *d. loco num. 14.* quibus nouissime accedit Machad. *in Perfecto Cōfessore tom. 2. lib. 6. par. 6. tract. 2. docum. 6. n. 2.* vbi numeris sequentibus de illis
31 agit, qui, & si post debitum tempus, & cursus ex integris lectionibus constātes, imperiti tamen & ignorantes gradus susceperunt; & cōcludit eos mortaliter peccare, qui saltim maiores gradus vtputa licentiæ, aut Doctoratus, siue in Sacra Theologia, iure Canonico, aut Ciuili, vel medicina notabili insufficientia assumpserunt, ex multis, quos ibi adducit.

32 Quibus accedit, illum non videri requisitam ætatem impleuisse, qui saltim per horam ab ea distat, vnde P. Basil. *de matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1.* inquit; quod si vna hora desideretur ad ætatē alicui actui præscriptam, actus viciabitur, siue fuerit professio, ordo, matrimonium, aut similis, quoniam cū ius prefinijt tempus, exigitque illud esse completum, non est locus, nec vnius horæ supplemēto, vtpote iam expendimus. *Nostris annalibus de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno 22. q. 1. & anno 23. quæst. vnica num. 5.* nouissimè subscribit Ferrus Manriq. *quæst. moral. 46. par. 2. num. 1.* & prius *quæst. 42. num. 11.* aduersus Anton. Dianam, qui *part. 2. tract. 2. miscell. resol. 29.* cum Ledesma contrarium etiam probabile dicit, & ita in facti contingentia consuluisse, initiatum sacris ordinibus mane illius diei, cuius vespere, aut nocte legitimam ætatem implebat, non fuisse suspensum, quoniā licet sit in prouerbio, *parum pro nihilo reputari, & quod parū distat, nihil distare videtur*; hoc vtique nequaquam potest verificari, vbi pro forma, & de præsenti requiritur certa ætas ad actui validitatem, tunc enim necessariò de momēto ad momētum adimpleta actum præcedat operæpretium erit, ex sententia Nauar. *tom. 1. de tempor. ordinand. consil. 9.* Villalob. *in sum. tom. 1. disp. 11. num. 2.* Graf. *decis. aur. lib. 2. cap. 93. num. 30.* & Ferrus Manriq. *d. quæst. 43. num. 7.* ideo ex Flamin. Paris. *de resig. lib. 4. quæst. 9. n. 20.* Vega, *in sum. par. 1. c. 36. cas. 5. & 21.* Garc. *par. 7. de benef. cap. 4. num. 84.* Rodrig. *in sum. tom. 1. cap. 30. num. 1.* concludit Squillant. *de priuil. Clericorū cap. 4. num. 81.* prouisionem beneficij factam nō habenti legitimam ætatem, saltim ex defectu vnius horæ esse irritam.

Hæc cum ita ex iure sint, quis non 33
mirabitur P. Leandrum, *quæst. moral. in sept. Sacram. 2. par. tract. 6. disp. 6. quæst. 8.* adeò pro contraria sententia pertinaciter pugnantem, vt nèdum probabilem, sed & probabiliorem contendat; meque quasi crimine insimulet, proferentem, *anno 22. annal. iuris, q. 1. num. 10.* quam defensaturus erat partem, omnino improbabilem videri? Quid enim potuit incertius in iure dici, quam vesperam vnius diei, trahi ad mane alterius? nam & si fuerit indubitatum, vespere, & mane coalescere integrū diem, vt *Genes. 1.* hoc de vespere antecedentis diei (liceat sic loqui) non sequentis, vt Leandro placet, subaudiri oportet, hoc enim vesperum non ad præteritum mane, sed ad sequens spectat, ergo qui matutino tempore illius diei, cuius meridiano legitimam agit ætatem, ordines suscepit, potius alio die, quam ipsomet implementi ordinatus videtur; aut saltim nō eo, quo impleuit, sed quo erat impleturus si viueret, quod nemo prudēs ratū admittet, imo quilibet detestabitur, vt in simili fecisse videtur P. Azorius, *part. 2. lib. 6. c. 2. dub. 5.* cui subcinens Vincēc. Candid. *disquis. moral. tom. 1. disq. 18. art. 10. dub. 1.* tāti viri auctoritate, nec ratam, nec firmam beneficij adeptionem, seu impetrationē dicit, illius qui non sit prima tonsura ordinatus, etiā si cras certo eam suscipiet.

Nec minorem admirationem meretur, præfatum virum alias in excutiēdis, expungendisque aliorum allegationibus sedulissimum, me ipsum etiam pro sua opinione adduxisse, *anno 25. q. 55. num. 5.* cum ibi potius, vt & superio- 34

riori loco contrarium insinuarim asserendo, ex Panormitano, Mandosio, Sancio, Naldo, & Diana illum, qui hodie: verbi gratia (hæc sunt verba:) *Implet ætatem viginti & quatuor annorum posse statim post mediam noctem, Sacerdotem creari; quia iste* re vera dicitur attigisse vigesimum quintum annum, siue quod idem est, primam diem anni vigesimi quinti hoc quid aliud importat, quam obfirmare ætatem ordinationis tempore impletam adeò esse debere, vt nec momentum deficiat, etsi per momentum tantum impleuisse, vel attigisse, vbi cepta requiritur sit satis.

35 Sub hæc autem nec illud singulare in proposito negligam, cuius Auctor est Sforc. Oddus *de rest. in integr. q.* 2. *art.* 9. *num.* 54. & Thom. Sanch. *in sum. lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 3. videlicet fauore minoris, si non cōstaret de hora natiuitatis spectandum esse totius diei exitum; & si nec de die constet, sed de solo mēte; expectandum totius mensis exitum; quod si nec de mense, expectandum totius anni exitum, sequitur Squillant. *de priuileg. Cleric. cap.* 4. *num.* 81. *vers. sicuti.*

Ideo antiquis obseruatum compeerio, vt integre de ætate; maxime, post obitum alicuius constaret, ipsius vitæ cursum cum expresione item mēsium, & horarū tumulo inscribere sic in illa:

VALERIA TROPHIMA. FILIO DVLCISSIMO. ET PIENTISSIMO. ET FRVGALISSIMO. VIXIT ANNIS. XXIX. MENS. VIIII. DIEB. XVI. HORIS VII.

Cuius testis Ioan. Kirchmanus *de funeribus Romanor. lib.* 3. *cap.* 20. ita consentit: *Solemne quoque erat, spatium vitæ eorum, qui tumulis condebantur exiliter ad calculos reuocare, & quot annos, menses, & eo amplius quot dies ac horas vixissent, sepulchro inscribere, vt ex innumeris monumētorum inscriptionibus, quæ in omnium passim manibus versantur intelligimus.* Fortèque hac de causa, vt exactius, & de momento ad momentū ætas probetur, horæ mortis rationem haberi indicat Nicolaus Ant. Gizzarellus, *decis.* 9. *in addit. num.* 8.

36 His finitimū est satis inchoasse ætatem dici, qui legitimam, & requisitā saltim per horam fuit ingressus. Ideoque ad Sacras Ordines, quibus ætas incepta sufficit, rectè promoueri poterit vltimi anni primam horam agens, cū hæc sola ætatis salutatio, vt ita dicam, vera sit inchoatio, adeò, vt inficiari nequeat esse in vigesimo tertio anno, v.g. ad Diaconatum præscripto, qui illius, vel vnam horam excessit, veluti affatim ostēdimus, *locis vbi proxime nostrorum annalium*; & multis probat Roder. Acunha *in c. subdiaconus* 4. *& in cap. nemo*, 2. *n.* 2. 78. *dist.* Ferr. Manriq. *d. disp.* 42. *num.* 11.

Quod etiam & de ætate ad testamēti factionem requisita philosophandū erit, nam cum incepta, siue quatuordecim annorum in masculis, siue duodecim in fœminis sufficiat, rectè illā egisse dicetur, qui quæ vè vltimi anni primam horā fuit ingressus. Hancque fuisse consulti mētem, *in l. à qua ætate* 5. *ff. qui test. facer. poss.* ipsius hæc posteriora verba manifeste conuincunt: *plus arbitror: etiam si pridie Kalendarum* (erat enim Kalendis natus) *fecerit post sextam horam noctis valere testamentū, iam enim complesse videtur annū quartumdecimū, vt Martiano videtur*, cauetur Basil. *lib.* 7. *tit.* 17. *c.* 8. & explicat Eustath. Græcus interpres *de tempor. interuall. ipsius operis initio*, & ferè omnes glossographi *in d. l. à qua ætate*, vtpote notauimus, *annalibus nostris anno* 14. *quæst.* 46. *num.* 18. *& seqq.* 37

Hæc vero ita subaudiēda admoneo, dum ætas ab ipsa natiuitatis hora, non vero conceptionis dinumeretur. Nam etsi non ignorem aliquibus, maxime in fauorabilibus placuisse, à momento conceptionis esse computandā, veluti glossæ, *Reg.* 17. *Cancellar.* Sforc. Oddo. 38

 de

de in integr. rest. quæst. 2. art. 7. n. 48. id tamen omnino improbabile, & a ratione deuium apparet, cum indistinctè sit verum, & generali consuetudine receptum, ætatem semper a natiuitatis hora numerari, vtpote, quæ mensura est hominis viuentis, qui non antea dicitur, quam in lucem prodierit, *l. in falcidia 9. ff. ad leg. Falcid. l. 2. ff. de mort. infer. l. cum inter 14. C. de fideicõm. libert.* iunctis alijs, quibus eandem rem plenius elucidauimus *nostris Annalibus, de ætat. ad omn. human. act. requis. anno 1. quæst. 2. num.* 20. quare eiusmodi computandæ ætatis initium omnes vna confessione præfingunt; præsertim Couar. *in epit. de sponsalib. 2. part. cap.* 8. *§. 2. num.* 5. vbi contra dictam glossam *Regulæ 17. Cancellariæ*, inquit, frequentissimum esse ætatis annos a natiuitate, non a conceptione connumerari. P. Molina *de iust. tom. 2. disp.* 573. *circa principium*, Garcia *de benef. tom. 2. part. 7. cap. 4. num.* 89. Aldaña *in comp. Canonic. resol. lib. 1. tit. 10. num.* 15. vbi sic a Rota decisum testatur in vna Cotronensi sub die 4. Decembris 1627. cuius etiam meminit Barb. *in collect. ad Concil. sess. 24. cap. 12. num. 3. & sess. 23. de reform. cap.* 12. *num.* 4. *& tract. de Canonic. & Dign. cap. 13. num.* 18. Quintil. Mandos. *de ætate minori, cap. 1. num.* 24. Thom. Sanch. *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 35. num. 4. & tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 33. num.* 8. Bonac. *de suspensione in particulari disp. 3. quæst. 1. num.* 6. Ioan. Selius, *in selectis, canon. cap. 14. num.* 8. Ego ipse *d. tract. anno 25. quæst. 64. num.* 2. nouissime P. Leander, *quæst. moral. in sept. Sacram. 2. part. tract. 6. disp. 6. quæst. 4. vers. nota hic.* Qui omnes dictæ glossæ, & Sforciæ opinionẽ falsam vocitant: & meritò, si enim in fauorabilibus, in quibus singulari quodã beneficio ætas incepta, habetur pro cõpleta (veluti in susceptione ordinũ, latissime *Nostris Annalibus Iuridicis* mõstrauimus) à cõceptionis instãti, siue momẽto ætas numeraretur, duo specialia circa eandẽ causam cõcurrerẽt, quod iura prohibẽt, vt de ætate ad ordines loquens expendit Ferr. Manriq. *q. moral. & Vicarial. part. 2. q. 42. n.* 8.

In vsucapionibus verò, non ita de momento ad momentum computatio exigitur, vt si à necessariæ possessionis tempore, vel vnica hora deficiat, vsucapio claudicet, *l. in vsucapionibus 6. ff. d. vsucap.* vbi Vlpianus: *In vsucapionibus* (inquit) *non a momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus*; quasi diceret, in vsucapionibus scrupulosam momentorum obseruationem non haberi, sed a primo momento vltimi diei, totum postremum diem computari: *Idest*, elapso primo ipsius momento, totum diem elapsum quo ad implementum vsucapionis videri, vt explicat Venuleius, qui perperam contrarius videri solet, *in l. in vsucapione, 15. in princ. ff. de diuers. & tẽpor. præscript. Dum in vsucapione* (ait) *ita seruatur, vt etiam si minimo momento nouissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur vsucapio: nec totus dies exigitur ad explendum constitutum tẽpus.* ¶ *Ideoque* (prosequitur Vlpianus *in l. 7. sequenti*) *qui hora sexta diei Kalendarum Ianuariarum possidere cepit: hora sexta noctis pridie Kalendas Ianuarias implet vsucapionem*, quo sensu prædicta loca accepere Cujatius *in d. l. 6.* latissimè Donel. *lib. 5. comment. cap.* 19. vbi Osuald. *liter. D.* & alij apud Nicol. de Passerib. *in conciliat. legũ, pag. mihi* 466.

39

Nec dictis obsistit *l. in omnibus 6. de obligat. & action.* vbi Paulus: *In omnibus tẽporalibus actionibus* (profert) *nisi nouissimus totus dies compleatur, non finit obligationem*, loquitur enim de temporalibus actionibus, quæ cum tẽpore excludantur, non nisi omni eo perfectè, & a momento in momentum transacto id fiat operæpretium est, at vsucapio non tam tempore perficitur, & rem à vero domino aufert, quã certi tẽporis possessione (vnde frequẽter possessio pro vsucapione accipitur, *l. 2. cũ simil. ff. de vsucap.*) cuius ea natura est, vt vel minima cuiuslibet rei parte possessa, tota res possessa videatur per extẽsionẽ, *l. possideri 3. in princ. ff. de acq. possess. cap. 2. de consuet.* qua ratione, & qui

40

qui primo instanti vltimi diei possedit, eodem extensionis beneficio, & totum diem possedisse creditur, quia cum possidendi actus quàm maxime ex animo pendeat, qui vel minimo vltimi diei momento naturaliter possedit, cætera ipsius momenta, & animo possedisse iam videtur, argumento *d. l.* 3. §. 1. *verſ. non vtique ita accipiendum eſt, vt qui fundum poſsidere velit, omnes glebas circumambulet, ſed ſufficit quamlibet partem eius fundi introire, dũ mente & cogitatione hæc ſit, vti totum fundum vſque ad terminũ velit poſsidere*, & *l. ſi cui res*, 57. *ff. de legat.* 2. vbi Gaius: *Sicut res* (inquit) *legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit ſuam eſſe, totam acquirit*, & hanc puto dictarum ll. verissimã cõcordiã, quidquid aliter excogitarint Cujat. Donel. & Nicol. de Passer. *ſup.*

41 *Vtrũ* (autem) *probationis annus vnius horæ defectum vicietur, ita vt integer quoad profeſsionis valorem minimè cenſeatur?* quæstionis est non inelegantis, in qua negatiuam, vtpote securiorem tenuerunt Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *c.* 413. *num.* 22. Campan. *in diuerſor. iuris Canonici rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 4. *in fine*, asserentes annum probationis, maximè post professionem non esse computandum de momẽto ad momentũ, quia hoc esset nimis rigorosũ quo circa Eminẽtissimi S. Concilij Interpretes sub die 2. Februarij 1631. censuerunt illũ, qui professione tribus horis ante expletum probationis annũ emissa, a religione discessit, postea regredientem teneri factam professionem ratam habere.

42 Sed nihilominus contrariã sententiã potiorẽ arbitrãtur quã plures, quibus incõperto est annũ probationis ex mẽte Cõcilij Tridentini, *ſeſ.* 35. *de regular. c.* 16. de momẽto ad momentũ esse necessario cõputandũ, ita Graffis *tom.* 1. *conſ. lib.* 3. *conſ.* 6. *n.* 2. *de Regul.* Zanard. *in direct. Theol. par.* 2. *cap.* 26. *numer.* 12. *verſ. nota autem*, Læsius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 59. Sanchez, *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *num.* 2. Suarez, *de relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 1. & quã plures alij, quorum meminit August. Barbos. *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 101. *num.* 22. *in fine, & de iure Eccleſ. lib.* 1. *c.* 42. *num.* 118. *& iterùm in collect. ad Concil. d. ſeſs.* 25. *de Regul. cap.* 16. *num.* 24. vbi inquit annum probationis numerari debere ab hora ipsa diei, in qua habitum quis suscepit ad horam vltimi diei eiusdem anni, quibus addo doctissimum P. Basilium *de matrim. lib.* 7. *cap.* 65. *numero* 1. expressè affirmantem vnius horæ defectum integritatem necessariam anni probationis vitiare.

43 Dixi enim hoc dispositioni S. Concilij maximè congruere, quoniam non minori spatio, quam vnius anni nouitium in probatione esse debere statuit, at quis dubitabit sanctæ Synodi mentem fuisse integro anno, tam professuro, quam religioni prospicere, vt dum ista nouitij mores, indolem, corporisque & animi robur inquirit, ille regularem obseruantiam, austeritates, & cætera incommoda experiatur? integrum enim non 44
nisi de eo dici potest, cui nec minimum deficit, vt docet expresse Caldas Pereira, *de empt. & vendit. cap.* 9. *numero* 5. Rebuf. *in l. nominis & rei, in fine, de verb. ſign.* & alij, quibus id iterum probabimus *infra.*

45 Hinc meritò inferunt Bonac. *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. vnic. puncto* 5. *num.* 15. *& de clauſura, quæſt.* 2. *puncto* 10. *diffic.* 2. §. 3. *numero* 4. Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 573. *verſ. atque vt a minori ætate* Sanchez, *de matr. lib.* 2. *diſp.* 24. *numero* 22. *verſ. ſimiliter credo*; & litteratissimus August. Barbosa, *locis vbi proxime*, quod si nouitius expleat annum probationis die 24. Februarij anni bissextilis, non videbitur expletum annus, nisi secunda die intercalari, quæ etiam vocatur vigesima quarta, etsi vere sit vigesima quinta dies Februarij, vt probatur *ex l.* 3. §. *minorem, ff. de minor. cap. cum biſſextus, de verb. ſign. cap. quæſiuit, eodem titulo* & ita declarasse S. Congregationem

Cōcilij ex Iulio Laborio testatur Barbosa, *vbi sup.* & si nō me lateat contrarium tenuisse Fornerium *de ordin. cap.* 3. *num.* 4. Riccium, *in praxi verb. for. Eccles. post resol.* 76. *in notabili, de materia Sacramenti Ordinis, vers. quò ad interstitia*, Barth. à S. Fausto *in Thesaur. Relig. lib.* 5. *quæst.* 151. verius arbitrantes ad professionem emittēdam anno bissextili satis esse, habuisse probationis trecentos & sexaginta quinque dies.

46 Quibus parum obsistit declaratio Eminentissimorum Cardinalium *sup. num.* 41. à Gratiano, & Campanilio pro muniēda sua cōtraria sentētia adducta; quia ipsius fides vel ex eo satis suspecta redditur, quod iuris dispositionibus, & communi Doctorum traditioni opponitur, quibus cauetur integritati anni probationis à nouitio renuntiari non posse, vt per Nauar. *cons.* 33. *tit. de Regul. in antiq. aliàs cons* 62. *n.* 5. *eod. tit. in nouis*, Emanuel Rodrig. *tom.* 3 *quæst.* 14. *art.* 7. & *in sum. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. Azor, *lib.* 12. *inst. moral. cap.* 4. *quæst.* 4. Thom. Sanch. Barth. à S. Fausto, Roder. Acūha, & alios apud Aug. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 101. *num.* 32. & *in collect. ad c. ad Apostolicam, n.* 3. *de Regul.* & *de iure Eccles. d. c.* 42. *n.* 132. & tandem *in collect. Concilij vbi supr. num.* 42. Ergo cum in dicta declaratione supponatur annum probationis ex eo inutilem fuisse, quia triū horarum defectu laborabat, quo circa professionem postmodum emissam, vt nō præuio legitimo nouitiatus anno, consequenter nullam, & ratificatione indigentem pariter agnoscitur: Hoc vtique vitium anni nouitiatus, vt renuntiatione, nec ratificatione (quæ hac casu absque renuntiatione illius defectus trium horarum fieri nequit) illius, qui hac de causa nulliter fuit professus subsanari potest, cum tūc solum possit nulla professio rata haberi absque iteratione anni nouitiatus, quando iste integer & continuus præcessit, vt docent Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 45. Peregr. *in const. Clericor. Regul. part.* 2. *cap.* 1. *lit. C.* §. 2. & Barb. *de iure Eccles. d. cap.* 42. *n.* 110. & *in collect. ad Conc. d. loco, num.* 22. & tandem si dicta declaratio attentè perpēdatur, potiùs nostram affirmatiuam sententiam confirmat, ex quo aperte testatur professionem eo casu nullam, quia illo anno probationis fuit emissa, ex quo tres horæ deficiebant, alioqui frustra ipsius ratificationem desiderasset.

Implicatioris autem negotij videtur illa inuestigatio; *An* (videlicet) *annus iste probationis ita continuus esse debeat, vt saltim vnius horæ interruptione vitietur?* Sane nonnullis satis esse probatur si integer annus fuerit, licet non continuus: inde existimantes validè professurum, qui ex pluribus temporibus discontinuis & interpollatis, integrum annum nouitiatus absoluit. ita Specul. *tit. de stat. Monac.* §. 1. *nu.* 43. *quæst.* 37. *glos. verb. eum qui, in cap. eum qui, de regulis iuris lib.* 6. vbi etiā Barth. Brixien. *nu.* 6. Card. *in cap. ad Apostolicam, de Regul.* Bonif. *in Clem. eos, eod. tit. vbi* Imola, *num.* 9. Bald. *in l. non solum in princ. per text. ibi ff. de excusat. tutor.* Ludouic. Roman. *in l.* 1. §. *quoties de public.* & *vectig.* Paleot. *cons.* 54. *n.* 2 & 19. *lib.* 4. *inter consilia Alexandri*, Minsinger. *de tempore vtili cap.* 3. *num.* 9. *vers. sed reddeundo ad casum*, Anton. Gomez, *in Bull. Cruciatæ claus.* 5. *num.* 7. Rota *decis.* 5. *de Regul.* aliàs *decis.* 286. *in antiq.* vbi resoluit ingredientem religionem si intra probationis annum exierit, & iteratò post ipsius lapsum, aut alium intervallum ad eundem redeat Monasterium; non teneri post secūdum ingressum annum probationis nouiter incipere, sed tantùm id quod restabat supplere. Cuius etiam decisionis meminit Marta *in Compil. decis. tom.* 6. *verb. professio, cap.* 9. 47

Quorum sententia multis instruitur fundamētis. *Primò*, auctoritate Consulti, *in l. seruus qui* 14. §. *seruus cum hæredi, ff. de stat. liber.* vbi seruus cui libertas sub illa cōditione, *Vt per septenium seruiret* relicta est, paruisse videtur, licet intra triēnium fugam arripuerit, si postea totidem dies quot abfuisset, seruisset pro complemento septenij 48

per

per quem textum idem tenuit gloss. *verb. continuus, in l. 1. C. si mancip. ita fuer. alienat.* etiã illo casu vbi conditio posita fuit, & grauatus seruus annis continuis seruire, explicans enim verbum *continuis* eiusdem *l.* 1. subijcit: *Si aliquo tempore fugerit, tantumdem temporis postea debebit seruire.*

49 *Secundò*, pro eadem sententia conducit vulgaris illa regula, quæ habet, *Media Tempora non nocere*; deducta ex *l. sed & in conditione 6. §. solemus, l. si alienum 49. §. in extraneis, ff. de hæred. inst. l. 1. §. exigit, ff. de bonor. possessione contr. tabul.* vbi vulgò notant omnes: vnde si quis, cum ab aliquo stipulandi animo interrogaretur, discessisset, & post tempus reuersus præbuisset respõsum, contrahit nihilominus obligationem; quia medio illo intervallo non impeditur, *l. 1. §. qui præsens, ff. de verbor. oblig. cõtinuus actus*, inquit, *stipulantis, & promittentis esse debet.* Ergo mediũ intervallum, nec annũ nouitiatus, nec professionem vitiabit.

50 *Tertiò*, quia *c. ad Apostolicam, de Regular. & c. 1. eod. tit. lib.* 6. ibi: *Per totum annum*, iuncto *cap. 15. sess. 25. de Regul. S. Concil. Trid.* Solùm annum nouitiatus requirunt ad professionem validè emittendum, nec continuationis necessitatem adijciũt, nec expostulãt, quasi id non videatur necessarium; nam quod Patrum sanctionibus non est statutum, superstitiosa inuentione non est præsumendum, vt profertur *in cap. cõsuluisti 2. quæst.* 4. quia si id canonum latores voluissent, vtique expressissent, *cap. ad audientiam, de decim.* & cum lex non distinguit, nec nos vtique distinguere debemus, *l. 1. C. de iure deliber. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst.* At cum annus probationis integer sit, ac totus compleatur ad numerum 365. dierum, nil substantiæ detrahitur, si non continuus, vel interpolatus fuerit, cum equidem, qui ita peregit, verum est quod per annum asperitates Religionis fuit expertus, vt & nouitij mores ipsa Religio integro anni cursu.

51 Sed nihilominus contraria sententia, vt verior & probabilior communiter recipitur, & quasi ab omnibus profertur, annũ, *Nepe* probationis, itã cõtinuum esse debere, vt nec per horã debeat intercidi. Hoc sentire videntur quotquot temporũ coniunctionem ab anno probationis excludunt, & continua serie perfici debere constituunt; vt Bartol. *in l. interdũ, §. quoties, n. 2. ff. de public.* (vbi Angel. Bald. Iacobo de Bel bis, & alij) idem Angel. Paul. de Castro, Imol. Roman. & Alex. *in l. si idẽ, in princ. ff. de iurisd. omnium iudic.* idem Angel. & Imola, *in l. quoties in stipulationibus, ff. de verbor. obligat.* Bartol. *in l. 2. §. 1. de condition. instit.* Abbas *in d. cap. ad Apostolicam n. 10.* Ioan. de Lign. *in d. Clement. eos, de Regul.* Decius *in l. si idem, cum in eodem num. 9. ff. de iurisd. omnium iud.* Iason, *in l. admonendi num. 266. ff. de iure iurand.* Lapus, *allegat. 46 num. 2.* & ibi Mandos. *verb. tempore*, vbi ipse Lapus, *num.* 4. dicit, hanc opinionem esse veriorem de iure, vtpote quæ difficilioribus, & inconuincibilibus rationibus comprobatur. Alex. *consil. 34. num. 1. lib. 5.* Socin. Senior, *consil. 118. num. 6. lib.* 4. Anchar. Archid. & Franc. *in cap. 1. de regul. lib.* 6. Raym. de Farol. *in l. quod dicitur, §. fin. ff. de test. milit.* Angel. *in procem. Digestor. §. fin. & in l. fin. §. 1. de cond. inst.* Marc. Ant. Bardus, *tract. de tempore vtili & contin. cap. 3. num. 2. & seqq.* Siluest. *in sum. verb. Religio. 5. quæst. 4. n.* vbi inquit, *Indubitate sic tenendum esse*, Henriq. *in summ. lib. 13. c. 40. §. 2. in medio*, Flam. Paris. *de resign. benef. lib. 3. q. 13. n. 11.* Carol. de Tap. *de Relig. domib. c. 4. n. 9.* Nauar. *cõs. lib. 3. tit. de Regul. cõs. 17. & consil. 19. num. 4. & cons. 28. n. 5. & cons. 34. num. 2. & cons. 41. num. 1. & seqq. & cons. 89. num. 1. & cons. 29.* vbi ait: *Hanc sententiã cõmunẽ, & receptiorẽ esse*, eamq; vidisse in Sacro Pœnitẽtiariæ Prætorio obseruari, *& cons. 32. n. 1. vers. 3. vbi & n. 3.* item inquit, *Quod per duos, vel tres dies, quibus nouitius foras exijt, & extra monasterium mansit, interrumpi nouitiatum*, Steph. Grat. *discept. forens. tom. 1. cap. 66. numero 14. & seqq.* Nicol. Garcia *de benef. part. 11. cap. 9. numero* 7. qui ampliat etiam

etiam in eo, qui ex voto Religionem ingreditur, & in alijs casibus: Hipol. de Marsi. *tract. de Bannitis, verb. annis, n.* 3. vbi magis communé opinionem esse affirmat. Quòd in Nouitiatu requiratur tempus continuum, nec fiat coacerbatio temporum; Manuel Rodrig. *in sum. cap.* 8. *tit. de los nouicios, num.* 4. *& tom.* 3. *quæst. Regul. quæst.* 15. *art.* 8. vbi hanc esse veriorem opinionem dicit, & communiter teneri Rebuf. *cons.* 68. Azor, *lib.* 12. *instit. moral. cap.* 2. *quæst.* 8. Thom. Sanchez, *in præcept. Decalog. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Aug. Barb. (qui innumeros alios refert) *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 121. *& in collect. ad Concil. d. sess.* 25. *cap.* 15. *num.* 30.

52 Quæ vtique sententia procedit etiá si interruptio sit modica, secundum Nauar. *d. cons.* 42. *num.* 4. *de Regul.* Galet. *in margar. casuum consc. verb. Nouitius* 2. Sanchez, *d. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 31. Suarez, *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 3. Barth. a S. Fausto, *lib.* 5. *quæst.* 164. Barth. de Bechis. *in praxi seruanda in admit. ad Relig. stat. nouitios disp.* 11. *dub.* 3. *numero* 7. Peregr. *in const. Cleric. Regul. par.* 2. *cap.* 1. *liter. E.* §. 8. *vers. sed quid.* Roder. Acunha *in c.* 1. *num.* 17. 54. *dist.* Aug. Barb. *vbi sup. & de potest Episc.* 2. *par. de alleg.* 101. *n.* 25. Vbi id mordicus defendit contra Læsium, qui *lib.* 2. *de instit. cap.* 41. *dub.* 7. existimat paucorum dierum interpollationé non officere, & cótra Sorb. Lorich, & Naldum, idem putantes, quorum sententiam item refellit iudicio Eminétissimorum Cardinaliũ dubijs Regularium præpositorum; *Qui de vno, qui a Religione S. Francisci de Paula per spatium viginti horarum extra Monasterium sine habitu permansit, inutilem Nouiciatum & professionem censuerunt*; vt refert *d. cap.* 42. *iuris Ecclesiastici num.* 124.

53 Et expressiùs, quod interruptio tãtum *Vnius Horæ* annum probationis vitiet, tenet Andr. Alciat. *paradox. lib.* 1. *cap.* 3. idque Lap. *d. allegat.* 46. *num.* 1. *in editione Venet. anni* 1006. consuluit pro nullitate professionis, in cuius nouitiatus anno quatuor horarum, vel circa interruptio adfuit, quibus adhæret Thom. Sanchez *d. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 32.

Fulcitur auté hæc pars validissimis rationibus. *Primò*, quia lex, quæ de tempore aut anno simpliciter mencionem facit, regulariter de continuo, non autem de vtili, vel interpolato subintelligitur; *text. optimus ind. l. cum hæres* 4. §. *Stichus, ff. de stat. lib.* ibi: *Quærendum est annus quomodo accipi debeat, an qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constet, an quibuslibet? sed superius magis intelligendum Pomponius scripsit, l.* 3. *iuncta gloss. ibi, ff. de vsucap. l. nunquam,* §. 1. *eod. tit. cap.* 1. vbi Ioan. And. *de vita & honest. Cleric. lib.* 6. *C. laudabilem, & ibi glos. de frig. & malef. glos. in rubrica, ff. de diuers. & temp. præscript.* Abbas *in cap. fin. circa finé, de elect.* Lap. *allegat.* 46. *incipien. in Dei nomine, num.* 3. AEgid. Bossius, *tit. de iniurijs, num.* 25. iunctis alijs, quos congerit Carol. de Tapia, *tract. de Religios. rebus, cap.* 4. *n.* 14. Ant. Bard. *tract. de tempore vtili & cont. cap* 3. *nu.* 9. *& seqq.* Thom. Sanchez, *in sum. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 31. 54

Secundò facit, quia mancipium, aut servus dicitur nouitius, qui nondum anno seruierit; postquàm verò completum consequitur nomen veterani, si sanum illum continue seruiendo transegerit, vt probat Consultus *in l. interdum* 16. §. *quoties, ff. de publican. & vectig. Sunt autem* (inquit) *veterana, quæ anno continuo in vrbe seruierint: Nouitia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum seruierint*, eleganter plura *ex Pignorio, & Popma*; Rynthelen, *in obseruation. iur. Sect.* 12. §. 2. *num.* 18. *&* 26. & Brenc. *memorab. & Elector. iur. cap.* 2. *num.* 74. ergo vix perficiet nouitiatum, qui annum continuũ probationis absque vnius horæ interruptione intra claustra non habuerit. 55

Tertiò, quoniam regulariter non fit coacerbatio temporum; vnde si famulus seruire promittat per annum, & seruierit per sex menses, indeque à Dominica domo discesserit, si postea reuertatur 56

tatur paratus seruire reliquũ semestre, in arbitrio Domini erit illud admittere, quia factũ vnius tẽporis differt à facto alterius, ex Iacobo de Sancto Georg. *in l. si idem, cum eodem, ff. de iurisd. omn. iudic.* quem sequitur Carol. de Tapia *d. tract. de Relig. domib. cap. 4. num. 13.* licet famulus ipse compelli possit ad cõuentum seruitij tempus explendum, & poenis ob discessum affici, *l. 2. in fin. tit. 20. lib. 6. nouæ Recol.* quantumuis iracundiæ calore à Domino expellatur, Neuiz. *in Sylua nupt. lib. 6. num. 49.* Hipol. Bonacosa *tract. de seruis & famulis, quæst. 265.* quidquid aliud sit in expulsione libera, & spontanea, *d. l. 2. Recop.* Bonac. *ibid. quæst. 109.* & Didac. Perez, *in l. 1. tit. 2. lib. 1. ord. vers. est & alia, pag. mihi 63.*

57 Cui & exemplum subiungo de statuto præcipiente, quod Bannitus in centum possit impunè offendi: Nam si Bannitus sit in quinquaginta ex vna causa, & ex alia in totidem, non dicetur Bannitus in cẽtũ, quia nõ cumulãtur summæ, nec tũc quinquaginta, & quinquaginta cẽtũ efficiunt, vt Bannitus possit impuni offendi, veluti nõnullis alijs exẽplis prosecuntur Hypol. de Marsil. *d. tract. Bannit. verb. annis, n. 4. & seqq.* Siluest. *in summa, verb. Religio, 9. q. 9. n. 4.* Carol. de Tapia, *de Relig. domib. in Auth. ingressi cap. 4. num. 10. & seqq.*

58 *Quartò*, facit *d. cap. 1. de regul. in 6.* ibi: *Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanserit.* Quo textu ad probationem non solum annus simpliciter requiritur, verùm quòd sit totus & sequens. Non enim totus annus sequens dicitur, qui vel Vna Hora discontinuatur. Totum enim dicitur, quasi integrum, consistens ex omnibus suis partibus Cald. Pereir. *de empt. & vend. cap. 9. num. 5.* Rebuf. *in l. nominis, & rei, ad finem, ff. de verb. sig.* Euerard. *Centur. legall. oco 80. vers. istud argumentum,* Bertazol. *de clausul. claus. 27. glos. 19. num. 2.* Monach. *decis. Lucens. 53. n. 36. & decis. 72. num. 1.* quos sequitur Aug. Barb. *de dict. dictione 353.*

59 *Quintò*, id etiam suadent verba *dicti cap. 1. de Regular. lib. 6.* & S. Concilij Trid. ibi: *Per annum*, nã dictio illa *per*, ex sui natura importat continuationẽ, vt ex textu *in cap. graue, de præbend. & cap. præsentiam, 7. quæst. 1.* tradunt Ioan. Andreas, *in cap. cum contumacia, in glos. per annũ, de Hæret. lib. 6.* Quintil. Mand. *in Regul. Cancell. Regula de annali, q. 21. l. vrbana prædia, 166. vers. pærnoctare, ff. de verb. sig.* vbi Rebuf. *vers. pernotãdũ,* Octauian. Vulpel. *de præpos. & ad verb. dictione* Per, *in princ. vers. & significat.* Aug. Barb. *de dict. dictio. 213. n. 1.* vbi plures adducit, & in terminis seu in ipsa specie nostra, ita tenuerunt relati per Lapum, quibus ipse consentit, *dicta alleg. 46. num. 3.* & Quint. Mand. eius Additionator *ibid.*

Sextò, quia (vt præmisimus) de iure communi, & iuxta decretũ S. Trid. Synodi, annus requiritur ad probationem nouitij pro forma præcisa, & sub poena nullitatis professionis; sed in his, quæ pro forma exiguntur obseruatur rigor, vt traddit Ruinus, *Rubr. de noui operis nunciat. numer. 9.* Farinat. *tom. 1. decis. nouissim. decis. 175. num. 2.* Steph. Grat. *discept. for. cap. 166. num. 16. tom. 1.* Sanch. *in præcept. Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 32.* Ergò in proposito ita strictè annus cõtinuus desidera ri debet, vt nec hora discõtinuetur. 60

Septimò, quia cũ hic agatur de eruẽda mente Concilij Trid. & dubiæ illius voluntatis, quæ exinde finita illa anni expressione resultat, standum est declarationibus Sac. Congregationis Eminentissimorũ Cardinalium, quibus illud explicare datum est. Quæ sanè Congregatio expressè censuit annum probationis, continuum esse oportere, & non interpollatum, vt explicans verbum illud, *per annum*, ita edixit: *Continuum scilicet in probatione intra claustra, non autẽ interpollatum; nec priuilegiũ aliquod suffragatur, cum censeatur sublatum, infra cap. 22.* retulerũt Farin. *d. cap. 15. de Regul.* Ioan. Soteallius, & Marcilla, *lib. 1. tit. 12. cap. 16.* super verb. *ante decimum sextum annũ completum.* Et iterùm eadem S. Congregatio decreuit, vt in nostro declarationum Cardinalium Romano, & 61

aut

authentico manuscripto habetur, his verbis: *Cum Michael Angelus dubitaret, an validè professus esset, cum tres in Monasterio menses moratus, inde exierit; & postea reuersus, & alios tres mēses itidē moratus superveniēte infirmitate rursus exierit, eaque liberatus ad Monasterium reuersus post nouē mēses in manibus Ministri professionem emiserit, habitum professorum susceperit, quem decem & octo mēses gestauit? Congregatio cēsuit professionem expressam non valuisse, quia intra annum facta, nec tempora posse cōiūgi, sed requiri annum continuatum, indicatum tamē fuisse tacitam ex lapsu anni, & gestatione habitus professionem per tātum tempus.*

62 Quo circa si quis per sex menses cōtinuos extiterit in Monasterio, & ob aliquam causam, vel quia placuerit Monasterio exierit, ac postea pœnitēcia ductus (cum præceps consilium sequatur pœnitentia, iuxta Philosophi dictum) reuertatur ad Monasterium, vbi per alios sex mēses perseuerauerit, non dicetur ideò legitimè probationis annū expleuisse, ac proinde professio irrita erit, ex proximè dictis, & ex Bartol. *in d. §. quoties, & alijs sup. relatis n. 56.* & in expresso tradit Marc. Ant. Bardus *d. tract. de tempore vtili, & cont. cap. 3. num. 8. & seqq.*

63 Scio tamen multis placuisse, quod si egresio Monasterij intra annū probationis, non solùm per horam, sed & per aliquot dies fuisse ob necessitatem ineuitabilem, vtputa infirmitatis Nouitij, qui, vt medelam adhiberet, ex licentia superioris paternam domum petijt: tunc annum non censeri interpollatum, vt eademmet Eminentissimorū Cardinalium Congregatio censuit, *d. cap. 15. sess. 25. de Regul. Hoc anno probationis durante* (inquit) *si nouitia curandæ valetudinis causa de licentia superiorum a Monasterio exierit, & postea reuertatur, eodem tempore professionem emittet perinde, ac si nūquam egressa fuisset,* quod iuris regulis consonum videtur, *l. cum hæres 4. §. Stichus, ff. de stat. liber. Sed et si quibusdam diebus* (ait Consultus) *aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento fuerit quominus serviat: & hi anni imputandi sunt,* quibus cōueniunt tradita per Accursium, & Bartol. *in l. arboribus 13. §... num. 25. ff. de vsufr.* Innocent. *in c. propter sterilitatē, de locato,* Didac. Perez, *in l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordin.* Hipol. Bonacos. *tract. de seruis & famul. quæst. 103. per tot.* Petr. Greg. *Sintagm. iuris. lib. 47. cap. 9. num. 8.* Petr. Surd. *de aliment. lib. 1. cap. 13. num. 44.* Parlador. *differ. 130. §. 9. num. 1.* Sousa *in repet. §. actionum, num. 75. part. 4. inst. de action.* Nauar. *lib. 3. consil. tit. de Regular. cons. 32.* vbi acriter defendit

64 nouitium, qui de licentia superioris extra Monasterium resedit in quadam Curia magni momenti negotia peragendo, non interrūpisse annum nouitiatus, sed post cursum legitimum illius anni professionem rectè emisisse, ac si à Monasterio non discessisset: Itaque respondisse ex cōsultatione S. Cōcilij Tridentini testatur, *ex c. insinuante, qui Clerici, vel vouentes,* & dictam Congregationem ita sensisse reperio in nostro *Manuscripto Romano declarationum Cardinal.* his verbis: *An valeat professio eius, qui sex menses anni nouitiatus tantùm mansit in Monasterio, & residuo illius anni tempore, de licentia & mandato Prælati, sub cuius obedientia extitit, in quadam Curia agendo sui Monasterij negotia, & in fine per procuratorem professionem emisit? Congregatio censuit valere; præsertim per cap. insinuante, qui Cleric. vel Monach. consentit* (pluribus aductis) Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. c. 42. num. 125. & de potest. Episcopi, alleg. 101. num. 27. & demùm in collectan. ad Concil. d. cap. 15. num. 37.* & Ioan. Machad. *in Perfect. Confess. 2. tom. lib. 5. part. 1. tract. 2. docum. 1. n. 7.*

Idque ipsum idem Nauar. extendit 65
ad alios similes casus; quibus Nouitius *cum licencia Superioris,* in stationem, vel peregrinationem piam proficisceretur, aut in domum paternam iret; vt etiam tenet Barb. *vbi proximè.* Secùs verò si prolibito voluntatis, nulla necessitate cogente, monasterium exiret; quoniam tunc absentiæ tempus non computabitur in anno; vt *in d. l. cum hæres, 4. §. fin.*

fin. de stat. liber. ibi: *Ei, qui seruire iussus est anno, illud tempus, quo in fuga sit, vel in controuersia, pro libertate non procedere.* Etsi hoc casu sufficeret, si totidem dies, quot abfuisset, postmodũ seruisset, *d. l. seruus qui 14. paulò ante finem, ff. de stat. liber.* quod in probationis anno nequaquam admittitur; imò si quis ita resarcire sarciendum curasset, sicque profiteretur, nullius momẽti esset professio: Oportebat enim priùs alium integrũ annum probationis haberi, quod inchoatum interpretari poterat post dies interruptionis, Nauar. *d. cons. 32. num. 1. vers. tertio*, Siluester. *verb. Relig. 5. quæst. 4. n. 4.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 1. c. 166. n. 14.*

66 Hincque quam plures inferunt, superioris licentiam tanti esse hoc casu, vt nulla absentia nouitij à Monasterio permissu Prælati probationis annũ interrumpat; cum ipsius vis ita protendatur, vt etiam tunc nouitium, quasi intra claustra in habitu & obseruãtia cõseruet; vt post antiquum Abbatem, tenet Abbas Panorm. *in cap. ex rescripto. col. 2. de iure iurando*, Nauar. *d. cons. 32. num. 3. & cõment. 4. de Regul. in cap. statuimus 19. quæst. 3. num. 74. & cons. 41. num. 3. & cons. 10. de Cleric. non resid.* Flamin. *d. quæst. 13. n. 12.* Manuel Rodrig. *de Regul. tom. 3. q. 15. art. 8.* Vega, *respons. cas. cõscien. part. 4. casu vlt. in fin.* Quoniam frequenter licentia operatur præsentiam, vt pluribus latè ostendit Stephan. Grat. *decis. 200. per tot. & discept. forens. d. cap. 166. per totum*, inde inferens nouitiũ, de licentia Superioris Monasterium exeuntem, dehinc reuersum posse coniungere primum tempus cum sequenti, ita ut annus habeatur pro continuo, vt per Sãctam Congregationẽ fuisse declaratum, testatur Gonçalez Mend. Vasconcel. *lib. 2. variar. iuris, argum. cap. 15.* relatus ab eodem Gratiano, *ibidem.* Id limitans in

67 nouitia, quæ infirmitatis curandę gratia, de licentia Abbatissæ fuit Monasterium egressa, quæ si reuertatur non potest annum cõtinuare, sed de nouo illũ inchoare debet, cum habuerit licentiã ab ea, quæ cõcedere non poterat, quia Abbatissæ non est cõcessum, vt monialibus possit similes licẽtias indulgere, etiam ex iusta causa, cum id Generali, vel Prouinciali reseruetur, ex Paris de Puteo *de sindicatu, verb. licentia, num. 3.* Surd. *cõs. 42. lib. 1.* & alijs relatis per Gratian. *d. cap. 166. num. 16. & d. decis. 200. nu. 2.* plura apud Ascan. Tamburin. *de iure Abbatissar. disput. 23. quæsit. 3.* & Gibalin. *de clausura, disquisit. 1. de clausura Sanctimonial. cap. 4. §. 5. cõsectario 1. num. 16. & 17.*

At hæc, quæ de licentia diximus, 68
parum tuta mihi videntur, nam cùm eiusmodi probationis annus debeat esse continuus intra Monasterij claustra, ita vt nec frangi, aut discontinuari vllo momento, aut prætextu possit, & consequenter pro forma sit inductus in subsidium humanæ fragilitatis, tamque Nouitij, quam Monasterij fauorem respiciat, vt interim istud mores ingressi, & ille Religionis incõmoda experiatur, *d. cap. ad Apostolicã, de Regul. cap. non solum, eod. tit. in 6.* planum est nõ satisfieri iuris dispositioni, quamdiu Nouitius procul a Regulari disciplina, & à Prælati conspectu in domo paterna, aut alibi blandè, beneuolè, & fortè delitiosè, agit, cum forsitan illis diebus, aut horis, quibus extra Monasterium degit, occurreret in Religione aliqua asperitas, vel austeritas, quam vel nollet Nouitius sufferre, vel non posset; ob quam animũ à Religionis proposito retraheret, præsertim cũ maxima omnium austeritatum, ipsa cõtinuatio vitæ relgiosæ sit. Sicut experimur in eo, qui cum difficultate ieiunat quadraginta diebus continuis, id 69
tamen consequitur, si inter diẽ, & diẽ ieiunij, alium refectionis, vel licentioris prandij interponat, vt expẽdit Siluester *in summa d. verbo Religio 5. quæst. 4. num. 4.* Emanuel Rodrig. *d. quæst. 15. art. 8.* & Suarez, *dicto cap. 4. n. 31.* Non aliter ac viator faciliùs iter perficit, si requiem aliquam interposuerit medio in itinere, qua possint membra defessa refici, qui si vno cursu deambularet, vel percurreret, imbecillis forsan, & sine spiritu maneret.

Quæ

70 Quæ ferme rationes adduxerunt Rotam Romanam in vna Granatensi professionis anni 1609. corã R.P.D. Lugdunen. quã sillabatim refert Prosper. Farin. *tom. 1. nouissim. decis.* 175. (& in alia coram Pamphilio 175. *part.* 1. quã recenset Marta *in compil. decis. tom.* 6. *verb. Professio. c.* 15.) vt proferret Nouitium Monasterij B. Mariæ Redẽptionis Captiuorũ (quæ de Mercede dicitur) inualidè fuisse professum ob tẽporalem existentiam in paterna domo, ex causa infirmitatis, & de licentia superioris, quam opinionem, veriorem reputat Steph. Grat. *discept. forens. d. cap.* 166. *num.* 16. *vers. quamuis*. Vbi reprobat opinionem contrariam Vascõcelli, & aliorum.

71 Nec potest dici, licentiam superioris efficere, vt licet Nouitius sit extra Monasterium, iudicetur intra illud permansisse; cum verè extra monasterium fuerit, nec veritas ista imagine naturæ obumbrari possit, *l. filio quem pater.* 23. *ff. de liber. & posth. l. liber homo* 128. *& ibi glos.* 1. *de verb. obligat. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid.* siquidẽ vt Nauarrus ipse (contrariæ opinionis assecla) inquit, *consil.* 68. *d. lib.* 3. *de Regul. n.* 1. manens extra Monasteriũ de licentia superioris, nõ potest citra mẽdaciũ dicere, se egisse in Monasterio.

72 Minusque huic nostræ sententiæ repugnat, hic agi de causa religiosa, pia, & fauorabili; qua regulariter admittitur temporum coacerbatio, nec continuatio desideratur; vtpote in libertate statutũ legimus, *in l. Paulus, §. Caius, ff. de liber. caus.* Decius *in l. d. si idem, cũ eodem, num.* 6. Tapia, *vbi sup. num.* 16. *&* 17. Nam respondetur hoc casu non agi de re fauorabili, imò de re odiosa, & nociua, cum agatur de præiudicio Nouitij, vt perpetuo religionis vinculo maneat obstrictus, absque congrua, & sufficienti austeritatum probatione, vt etiam expendit Carol. de Tapia *de Religios. dom ib. c.* 4. *num.* 17.

73 Et demùm nec officit Constitutio Iulij II. S. Pontif. qua disponit, quod cùm aliqui fratres in Ordine Minorum annum probationis inceperint, si postea ad eundem Ordinem reddierint, tempus prioris receptionis habitus, cũ tempore posteriori sibi computari, vel non computari possit, iuxta determinationem suorum prædecessorum, vt habetur in monumentis Ordinis, *in secunda impressione pag.* 127. *const.* 283. & refertur ab Emanuel Rodrig. *d. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 8. vbi etiã tenet, hoc priuilegium Iulij II. non esse reuocatum per Concil. Tridentinum, *dicto cap.* 15. *sess.* 25. *de Regul.* idem putat Sorb. *verb. Nouitius, vbi de Nouitiorum professionis emissione, vers. sed Iulius*, quibus aduersatur Thom. Sanch. *tom.* 2. *in præcept. Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 35. Lud. Miranda, Bartol. à S. Fausto, & F. Bartol. de Bechis, quos refert & sequitur Augustin. Barb. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 123. *& in collect. ad dict. locum Concilij, num.* 33. *&* 34. & si vtramque opinionem probabilem dicat Machad. *in Perfect. Confes. tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 1. *tract.* 2. *docum.* 1. *n.* 6.

Tum, quia Constitutio prædicta Iulij II. loquitur solum in Ordine Minorum, præcipue ante constitutiones generales Toletanas illius Religionis, cùm per eas etiam sublatum videatur ius vtendi illo priuilegio, iuxta ea quæ tradit ipse Emanuel Rodrig. *vbi proxime*; nõ vero procedit in alijs Religionibus, præsertim Mendicantibus, quibus nondum invaluit similis consuetudo, vt expẽdit idẽ Emanuel Rodrig. *d. art.* 8. *in fin.* 74

Ergo planè euincitur, annum probationis, vel vnius horæ recessu à claustris Monasterij interrumpi, maximè si tũc habitũ religiosum Nouitius exuerit, quo casu, proculdubio discontinuatur Nouitiatus annus, quo, id præcipuum experimentum intenditur, vt Religioni addicẽdus, de ipsius habitus continua, & incõmoda dilatione, quæ nec minima austeritas est, certioretur, vnde fit, quod nec sufficiat, si alterius Religionis habitum detulerit; vt post glos. *in cap. super eo, de Regul.* tenet Siluest. *d. verb. Religio.* 5. *quæst.* 5. *n.* 5. Nauar. *dict. lib.* 3. *tit. de Regular. consil.* 76. *num.* 2. 75

Quæ

76 Quæ habitus delatio cùm non ita strictè in Clericis, ac Religiosis desideretur, ipsius neglectus *per Horam* nullius culpæ reatum inducet. Quia licet Clerici etiam non possint habitum mutare sine causa rationabili, vt docet Sayr. *lib.*11.*clauis Reg.cap.* 12. *num.*4. *§. quod intelligendum est*, Salon.2.2. *quæst.*5.*art.* 6. *de domin. contr.* 1. *paulò post secundum conclusionem, vers. vbi non desinum*, conducunt tradita ab Aug. Barb. *de iure Eccles. cap.* 40. *num.*65. Hoc tamen subintelligitur respectu téporis considerabilis, non verò modici, vt vnius horæ quod adeò probatur Vincentio Candido, *disp. moral. tom.*2. *disp.*26.*art.*13.*dub.*13. vt à mortali excuset Clericos, qui habitu dimisso larvales ludos, quos nostri *Mascaras* vocitant, non maiori spatio, quã vnius horæ agunt; aliter de Religiosis sentiens, quibus strictiùs, & sub censuris larvarum vsus interdicitur; *cap.* 2. *ne Cler. vel Monachi lib.*6.

Et iuxta hanc sententiam subaudiẽdi erunt, text. *in cap.* 1. *cap. nullus*, *cap. Episcopi*; *cap. sine ornatu*, *& cap. fin.*21. *quæst.*4. quibus strictissimè precipitur, vt sine ornatu Sacerdotali extra domos Sacerdotes apparere non audeant, prohibuisse quippe videntur cõsiderabilem, non vero momentariam vt sic dicam, vel horariam secularium & fulgidorum vestimentorum delationem, quæ vt modici temporis, quasi nulla negligitur, est ergo legislatori Ecclesiastico hac in re longi solummodo téporis cura, vt vel satis ex dicto *c. Episcopi*, colligitur, vbi incessus absque operimento, non nisi cum longo tempore in itinere anbulauerint, Sacerdotibus permititur; brevissimi tamen invsus, vt cum in ciuitate, in via, aut in plateis sine operimento ambulatur, prorsus interdicuntur.

77 Quod etiam & ad ludum producendum crediderim; nam licet ille sit Clericis, siue in maioribus, siue in minoribus cum beneficio cõstitutis districtissimè prohibitus, *cap. Clerici* 15. *de vita & honest. Clericor. cap. inter dilectos* 11. *de excess. prælat.* Concil. Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 2. *& sess.*24. *etiam de reform. cap.*12. *l.*57. *tit.*5. *part.*5. obseruant Vinc. Cand. *vbi sup. dub.*14. & plures relati à Barbosa, *d. cap.*40. *num.* 66. *& d. cap.*1. *Trid. n.*5. Eiusmodi constitutiones in ludo modici temporis, vt vnius horæ non sunt admissæ: maximè vbi luditur sine scandalo, recreationis, & non auaritiæ causâ, velut nobis sentit Vinc. Cand. *dicto loco, vers. dico vigesimò octauo* iuncta dicta, *dub.*15. Id amplians etiam ad illos Clericos, crebrò ludis operamdantes, dummodò id secretò, absque scandalo aliorum, modicum quid, gratia solatij, & recreationis, & ad breue tempus luserint, adducit Caietanum, 2.2. *quæst.* 168. *art.* 3. *§. ad dubium tertium, vers. de circunstãtia autem personæ*, Læsium *lib.* 2. *de iust. cap.*26. *dub.*1. *num.* 6. Lopez *par.* 2. *instruct. cap.*31. *§. sit ergo sexta propositio, verb. secus est si secluso*, Salon *vbi proxim.* quibus addendi plures congesti à Barbosa *locis initiò designatis*, necnon & Toletanus noster D. Petrus Pãtoja de Ayala, *Floridissimo tract. de aleatoribus, l. fin. vers. sed solutum reddatur*, *nu.* 10. *pag.*172. qui licet de breui tempore loquantur, in hac materia ludi, breue 78
tempus intelligit Cand. *dicta dub.* 15. *vnius horæ spatium*, & Bonac. *tom.* 2. *tract. de rest. disp.*2. *quæst.*3. *puncto* 1. *n.* 17. conducunt tradita per Fœnut *de momento tempor. cap.*19. *num.*15.

Nec omittendum in proposito illud 79
dici *Incontinenti* factum, quod fit vno impetu, quamuis rixa duret per horã, vtpote ex Vlpiano deducitur, *in l. quod ait lex* 23. *§. quod ait lex* 2. *ff. ad leg. Iuliam, de adult.* eo periodo: *Quod si non affectauit, sed dum adulterum occidit, profugit filia; & interpositis horis adprehensa est à patre, qui persequebatur: in continenti videbitur occidisse*, vbi notat Bart. *in princ.* Iul. Clarus, *in §. homicidium, vers. ex proposito, circa finem.* Menoch. *de arbitrar. casu* 361. *n.*20. Rynthel. *in obseruation. Iur. Sect.* 7. *§.*2. *num.*27. Helfrid. *in Spicileg. Iur. cap.* 14.80. *num.*18. & Lazar. Fœnut. *dicto tract. cap.*11. *n.*24.

Accedat elegans resolutio Baldi *in*

l. qui furem, ff. de stat. homin. quam mirificè extollunt Ang. de Arimin. *in addit. ad* Angel de malef. *glos. & vestem cæleste* Hippol. de Marsil. *cons.* 136. *num.* 15. Boer. *decis.* 13. *num.* 47. quibus calculum adijcit Lazar. Fœnut. *dicto tract. c.* 31. *n.* 19. videlicet furem, vno loco furatē, & in aliū rē subreptā transferentē non posse ibi puniri, si nec per horā illic moratus discesserit; & si ad integrā diē id produxerit Frater noster D. D. Alphonsi de Narbona primā in litteris celebritatē iure vindicans, *ad 3. part. Recop. l.* 10. *glos.* 2. *n.* 24. *tit.* 6. *lib.* 1.

81 Quibus annectenda videtur singularis illa quæstio; *Vtrū appellatio interposita vltima die termini, sed prima hora noctis, de iure subsistat?* in qua securè tenendum erit, appellationem valere. Cū quia dies in appellatione, vtpote & in alijs actibus iuris, non ab ortu, ad occasum Solis, & duodecim horarum computatur; sed à media nocte vsque ad aliam dimidiam, & sic viginti & quatuor horarum, *l. more Romano* 8. *ff. de ferijs.* Tum etiam, quia & si non ci-
82 uiliter, sed naturaliter, vel artificialiter calculari in appellatione deberet dies, is propriè dicitur, & durat quousque vnus alium discernere potest, licet Sol non videatur oculis nostris, quia illa claritas primæ horæ noctis, siue crepusculi resultat ex Sole, *cap.* 3.
83 *vbi notant omnes de homicid.* optimè Angel. *d. tract. de malef. vers. de nocte.* Et tandem, quoniam & si harum rationū nec tanta vis esset, vt rem planè expedirent, illam tamen maximè dubiam redunt; in dubijs autem pro appellatione iudicare debemus, ne manet deserta, vt consuluit Castr. *in l.* 1. per illum textū, *ff. si quis caution.* vbi etiam Alex. & Iasson Felin. *in cap. significaverūt, paulò post principium, de testib.*

84 Ex quibus in vna Cataniensi coram D. Petro Vortio ita iudicatum per Dominos de Rota, testatur Ludouic. Gomes *decis.* 22. vbi etiam non obstare dixerunt appellationem noctu fuisse interpositum, quia licet de nocte pronuntiari non possit, ex notatis in *cap. consuluit, de Offi. delegat.* quibus addenda sunt; quæ late congerunt Polidor. Ripa *de nocturn. tempore c.* 134. *à num.* 9. *cum seqq.* & Petr. GilKer. *in l. non minorē,* 20. *num.* 3. *& de incest, C. de transaction.* prouocari tamen & appellari potest, ut docet Angel. *in d. l. more, ff. de ferijs,* Bald. *in authent. hodie, circa finem, C. de appel.* Felin. *in cap. fin. de appel. vers. quæritur, & in cap. cum M. n.* 34. *de Const.* faciunt tradita per Ripam *de nocturn. temp. cap.* 136.

Cui consequens videtur, adeò sententiæ prolationem noctu prohiberi, vt 85
nec *Prima Hora* noctis facta subsistat, ex Signorolo *consil.* 52. *incip. Quæritur an sententia, in princ.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 62. Card. Tusch. *practicar. conclus. iuris, littera I. conclus.* 384. *num.* 2. vbi communem dicit, quibus meritò subscribit Polid. Ripa, *d. c.* 134. *num.* 9. etenim cum ideò sententia nocturno tempore; vtpote incongruo ferri interdicatur, *d. cap. consuluit, de offic. delegat.* vt falsitatis, vel simulationis quæuis occasio auferatur; & insuper quia partes, quæ necessariò ad eam citari debent, noctu oberrare non cōuenit, vt vtrumque in proposito optimè considerauit Ripa *d. cap.* 134. *num.* 17. hæ vtique rationes, æquè in prima, ac in cæteris nocturnis horis vrgent; cum *Prima Hora* Noctis ad nocturnum tempus referatur ex Iasson *cons.* 50. *placet constitutio num.* 1. *vol.* 3. Decio *cons.* 354. *in casu proposito num.* 4. *vers. & dicit Angel* Bertazol. à contrario sensu *consil* 378. *num.* 8. *vers. & tanto magis vol.* 2. & Polid. Ripa *vbi sup. cap.* 3. *num.* 61.

Quod subintelligendum est, exceptis casibus, de quibus per Polidor *vbi sup. d. cap.* 134. præsertim inueteratæ, & antiquæ consuetudinis nocturnò tēpore proferendi, vt nonnullis Curijs obseruatur, maximè in Romana, vt testis est Hostiens. *in summa de iudic. §. qualiter,* Marc. Ant. Eugen. *cons.* 48. *incipienti, contracta societate num.* 37. *vers. quia ea opinio, lib.* 1. & Ripa *dicto loco,* & forte ea de causa inualuit apud nostros eadem consuetudo in Tribunali Illustrissimi Nuntij Apostolici, quo frequen- 86

quenter litiū expeditiones noctu fiunt. *Commendanda quippe Obſeruatio, & merito à reliquis inuidenda Iudicibus*, ſi eo fuiſſet inducta, quo & olim apud Areo pagitas, qui litium controuerſias noctu & obſcura luce, nunquam die iudicabant, vt procul ab omni affectu, qui animam indiuerſum agit, tantummodò facta cognoſcerent, perſonas non viderent, vt Lucianus *in Hermotimo* refert, & Alex. ab Alex. *dierum genial. lib.*3.*cap.* 5. vbi ſtatim ſubijcit: *Quod æque apud Romanos ferè cōperimus, quibus ante horam decimam, de abſente iudicare ius non erat*: ante horam ſcilicet noctis decimam, quia hoc tempore iā Nox exacta cenſebatur, cuius non niſi Auroræ & dubiæ lucis duplex hora ſupererat; veluti infra *Hora* 10. *num.* 2. apparebit: alioqui ſecum pugnaret ſententia, nec Plinio congrueret, *lib.* 4. cum ex iure Romanorum: *Actionē meam* (inquit) *nox, vt prælia ſolet, diremit*, idemque deducitur ex celebri illa prima contentione Papirij Dictatoris cum Q. Fabio Magiſtro equitum, apud Liuium *lib.*8. vbi dicitur; quod Nox, veluti in prælia, certamini finem fecit. Hinc Senatuscōſulta, quæ facta eſſent poſt diem Solis occaſu clauſum, irrita omnino & nulla erant, confirmat Frāc. Pollet. *Hiſtor. for. Rom. lib.* 1.*c.*11.*in fine* vbi & aliquādo factū memorat, ſed no uo more, & extra ordinē, vt etiā in noctē diceretur, ita Suetonius in Auguſto: *Ipſe ius dixit aſsiduè, & in noctē non nunquā*, & Plinius auctor eſt Theophanē in cauſa Baſsi dixiſſe in noctē, atq; illatis lucernis. Itaque futurum finale, & vniuerſale Mundi Iudicium, media nocte, vt Rupertus coniectatur *lib.*1. *de diuinij officijs cap.*8. ibi: *Media nihilominus nocte venturus aſſeritur*, & igne lucernarum loco immiſſo; vt vtriuſque ſatis Virginum illo ſimili admonemur. *Forte, vt vel eadem hora fiat Iudicium, & Iuſtitia, qua fuit pietas, & miſericordia Natiuitatis ipſius Chriſti operata*, ſicque ſecundus ipſius aduentus primo in hora reſpōdeat; vt & in die reſpoſurū, teſtātur Petrus Bungus *de miſter. numer. Num.*25.*in princ.* his verbis: *Eadem die Vnigenitus Patris filius, cum ineffabili modo luce vigeſima quinta Decembris natus, omni ſuo in carne defunctus eſſet officio, de Cruce pependit, Mundumque renouauit, præterea quidam Beatorum, & diuino inſtinctu prædictorum patrum, eadem die alterum filij Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti aduentū fore pronunciarunt, quo de omni anima eſt iudicium acturus; quippe futurum ſæculum rurſum ab hac ipſa die inchoandum exiſtimantes.*

Cæterū & inſtituto cōuenit Iuriſ- 87
conſulti Pauli ſententia *lib.*15.*ad Plautiū, in l. ſi ſic conſtit uta* 7. *in fine, ff. quemadmod. ſeruit. amitt.* vbi ex Seruij opinione ſcribit, eum qui alternis horis, vel vna hora quotidie ſeruitutem habet, perdere eam non vtēdo conſtituto tempore, quia id quod habet, quotidianum ſit; nam licet alternis horis, vel vna hora tātum ius vtendi habeat; id tamen ſingulis diebus fieri poteſt, quod ſufficit, vt ſeruitus quotidiana & continua dicatur, non aliter ac diſtributiones quotidianæ dicuntur, quæ non omnibus horis diei, ſed aliquibus tantùm diuinis intereſſentibus præſtā tur, *cap. fin. de reſcript. lib.* 6. *c. vnic. de Cler. non reſid. eod. lib. cap. vltimo de conceſ. præb. eod. lib. extrauag. cum nonnullæ, c.* 1. *§. præterea, de præb.* notat Aug. Barb. *de Canonicis & Dign. cap.*21.*num.*3. vbi quotidianas dici obſeruat, ex Couar. Moneta, Zenedo, & alijs, quia quotidie diſtribuuntur, ſiue potiùs, quia diſtribuūtur ijs, qui quotidie Horis Canonicis, diuinisque Officijs interſunt.

Quibus non repugnat eiuſdem legis verſiculus: *Si verò alternis diebus*, quo etiam affirmare videtur Conſultus ſeruitutem alternis diebus conſtitutam, vt ſcilicet quis vnoquoque tertio die ea vtatur, quotidianam eſſe, vti & quæ alternis horis vniuſcuiuſque diei competit; cum tamen non quotidie, ſed quibuſdam tantum diebus competat, ideoque & diſcontinue, quia vt initio prēmonuit Conſultus: *Non eſt continuū tempus, quo cum vti non poteſt, non ſit vſus*, quotidianum verò non eſt niſi cōtinum, vt dicta conuincunt; & ex Vitrucio notant Gaſp. Barth. *aduerſar. lib.*24.*cap.* 12. Brenc. *Memorabil. & Elector. Iur. cap.*8.*num.*22. & Helfrid.

in Spicileg. verd. c. 14. *num.* 39. *&* 40. Sed hoc equidem nec quidquam obsistit, quia neglecta allucinatione Antonij Fabri *in rationali ad hunc textum*, vtpote, quæ obscurat magis, quã explicat, tenẽdũ erit seruitutẽ alternis diebus, eò in *d. vers.* dici continuã, & quotidianã, quia singulis diebus erat cõstituta, sed alternatim die, aut nocte, vel vno toto integro die, ciuili viginti & quatuor horarum, & illo elapso, non nisi tantum nocte diei sequentis, sicque hoc alterno ordine in perpetuũ veluti planè indicare videntur ipsius verba: *Si vero alternis diebus, aut die toto, aut tãtum nocte*, quorũ proculdubio hic verissimus sensus, quem miror accutissimo Fabro absconditum.

Et hanc item esse Vlpiani mentem coniicio in *l.* 1. *in principio, vers. ea quoque, ff. de aqua quotid. & æstiua*, vbi aquam quotidianam definiens Consultus; *ea quoque dicitur quotidiana* (inquit) *cuius seruitus intermissione temporis diuisa est*. Alternis scilicet horis, aut die tantum, aut nocte tantum; vel alternis diebus, semel toto integro die ciuili vignti quatuor horarum, & iterum nocte, vel luce tantum alterius diei, sicque alternatim alioqui nequáquam quotidiana dici posset, non ex quo ipsius seruitus temporibus diuisa est, quotidie ea vti non liceret, etiam si vellet, quod saltim necessarium præsupponit Vlpianus, vt aqua posit quotidiana dici ibi: *Quotidiana autem aqua non illa est, quæ quotidie ducitur: Sed ea, qua quis quotidie possit vti si vellet: quam quã quotidianam interdum hyeme ducere non expediat, & si possit duci.*

Maiorem difficultatem ingerit text. in *l. qui tertiana* 53. *ff. de ædil. edicto*, qua expresse Iabolenus definijt tertiana, aut quartana febri, aut podagra vexatum etiam illis horis, vel diebus quibus morbus vacat, & eo liberatur morbosum dici, cum tamen non singulis diebus, sed alternis tertio, aut quarto dicta febris ingruat, ergo quia continuum etiam dicitur, & quotidianum, quod alternis diebus habetur. Sed nec hoc aduersatur, cum non hac ratione morbosus, item illis horis & diebus, quibus a morbo vacat, dicatur, tertiana aut intermittẽti alia febri laborans; sed quia licet vexatio sit alternis diebus, causa autem quotidiana est, & perpetua, sic sensisse videtur Bart. Cepola *ibidem num.* 4. vbi inquit, quod quantũ ad actionem redhibitoriam, vt ipsa competat, seruus venditus si vexetur febre tertiana, vel quartana, vel podagra, & est male sanus, & morbosus etiã illis diebus, quibus non vexatur prædictis morbis, locus est edicto prætorio, & potest redhiberi tanquam male sanus, & illam reddit rationem, quia non requiritur ad hoc, vt sit morbosus, quod semper, & continue patiatur morbum, sed satis est, quod habeat in se, causam scilicet morbi, aut repetentiæ ipsius: *Quod* verum putat quãtũ ad actionẽ redhibitoriã, & quãto minoris: non vero quoad alios contractus, ad quorum obseruantiam si vocetur in iudicium eo die, quo non vexatur febre tertiana, quartana, aut alia comparere tenetur, *l. quæsitum* 60. *ff. de re iudic.* nã & si eo die etiam sit morbosus, nõ tamẽ morbo sontico laborat, id est, impedienti suarum rerum curã, & gestionem, vt ad id requiritur, quod possit tute iudicio non adesse, *d. l. quæsitum*, ibi: *Sonticus autem existimandus est, qui cuiusque rei agendæ impedimento est*, vnde morbum sonticum Gassius definit, qui perpetuo nocet, *l.* 1. *§.* 1. *de ædil. edict.* notat Iacob. Cuiacius, qui in proposito nonnulla congerit, *lib.* 5. *edicti Saluij Iuliani in explicat. d. l.* 60. & Thom. Accius *de infirmitate legal. part.* 1. *c.* 4. *à num.* 8. *cum seqq.*

Ex dictis profluit verissimã esse opinionẽ eorum, qui (vt tutissimum docent) ea infirmitate laborantem, quæ statutis horis accedit; veluti *Quartana*; non liberari illa die ab obligatione recitandi, si ad id ex ordine, beneficio, aut quoquo modo tenetur, quinimo ad totius officij recitationem teneri, si accedit vespere, anticipatè: si mane postposite: quia obligatio currit per totum diem; ita Villalob. *tom.* 1. *tract.* 24. *diffic.* 16. *num.* 7. Bonacina

disp.

disp. 1.*quæst.*6.*punct.*1.*num.* 2. qui viginti Auctores pro hac sentẽtia adducit. Macign. *de Hor. Canon. cap.* 14. *num.* 2. AEgid. Trullenc. 1. *decalog. cap.* 7. *dub.* 27. *num.* 2. *&* 5. Ant. Diana, *resol. Moral. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 10. *& part.* 7. *tract.* 11. *resol.* 14. Summa Diana, *verb. Horæ Canonicæ num.* 65. D. Ioanes de Escob. *de Horis Canonic. quæst.* 6. *num.* 63. & nouissimè P. Hieron. Garç. *de cellent. Sacerd. tract.* 2. *diffic.* 8. *n.* 3. vbi etiam de leui tertiana, capitis, dentiũ, & stomachi dolore affectis idem sentit.

Nec tamen diffitear, contrarium aliquibus etiam probabilem videri, vt Cano *de pœnit. par.* 5. *dub.* 31. Henr. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 7. *& in glos. lit. Q.* vbi hanc sententiam communem dicit, quod negat Diana *d. resol.* 10. & si eam probabilem fateatur, at oppositam communiorem vult probat Lælius *de iust. lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 8. *num* 43. & eo relato Bonart. *de Horis Canon. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 8. eaque mituntur ratione, quia ius anticipandi & postponendi Horas, est priuilegium, quo nemo inuitus vti compelli potest, cum iuris sit vulgari placitum, *beneficium non reddi in nolentem & inuitum.* Sed hęc ratio solùm cõcludit febre, tertiana, aut quartana laborantem illis horis, quibus vexatur esse immune ab illa Officij Diuini parte, quæ illis recitari debeat, vt si mane quartana accedat, liber sit à Matutinis, aut si vespere, à vespertinis, ex quo nec postponere, nec anticipare Officium tenetur, non tamen in totum, sic ægrotantẽ ab integro illius diei penso diuinarum precum absoluit, vt par erat.

Escobar *vbi sup.* nec primæ, nec secundæ opinioni accedendum putat, imò duce experientia, nullam circa tertianam, vel quartanam certam excusationis regulam hac in re posse constitui affirmat, quo circa relinquẽdum, inquit, valitudini, & dispositioni ipsius infirmi, cum aliquando medijs illis horis inter febrem, & febrem magis defessus, & defatigatus inueniatur, quàm ipsius febris tempore, & hac in dispositione existente, nemo sanæ mẽtis tũc illum ad recitandum constringet, vt & placet Trullench. *vbi proxime d. n.* 2.

Mihi tamen, & si hoc nõ displiceat, illud quasi pro regula generali, hac in parte præfigi posse videtur, vt prima opinio in veteri quartana, aut tertiana laborantibus locum habeat, cum hæc eo negligi soleat, quo nullis rebus agẽdis præstet impedimẽtum, nec propriè sit morbus, vnde qui illam patitur, non reducitur, *l.* 1. *§. sed sciẽdũ, vers. proinde, de ædil. edicto*, nec vt morbosus si de crimine sit suspectus, à tortura excusatur, maximè in grauissimis delictis, ve luti ex Franc. Marco *decis.* 790. resoluit Hort. Caualc. *de brachio Regio part.* 5. *num.* 127. asserens, laborãtem febre, quartana posse in casibus grauissimis torqueri ea die, qua non laborat dicta infirmitate. Etsi morbum esse velis, leuiusculus erit, adeòque salutaris, vt nec in se periculũ habeat, nec alterius magni morbi simul admittat; iuxta illud Hipocratis 6. *epid. sect.* 6. *text.* 7. *Quartana laborantes magno morbo non capiuntur.* Ideòque nec peste inficiuntur, vt Parei auctoritate *lib.* 21. *c.* 17. refert Paul. Zachias *Medico legal. lib.* 4. *quæst.* 1. *n.* 30. his verbis: *Imò testatur Pareus, vbi proxime cap.* 17. *quod mirũ duxeris, gallico morbo affectos, cancros, ac vlcera Phagædenica habentes, quartanarios, & huiusmodi farinæ homines obseruatum esse, à peste seruari immunes.*

Secunda verò oppinio, quæ a diuini officij recitatione quartanarios illis horis excusat, quibus non vexantur, respectu eorum sit subaudienda; qui graui tertiana, aut quartana opprimũtur, & ea, quæ propriè *morbis sonticus*, ideò dici potest, quia perpetuò, idest, *siue in accessione, siue in remissione, aut vacatione* fatigat, *l. animi, §. quoties, ff. de ædil. edicto* quia ita quis post vexationẽ lasus, & defesus remanet, vt quasi vexari adhuc, & absque intermissione videatur, quo sensu morbum sonticum eũ esse puto definisse Casium *in d. l. qui perpetuò nocet, cum tamen in l. quæsitum* 60. *ff. de re iudic.* quælibet febris, siue continua, siue intermittens (ut rectè ibidẽ placet Cujacio) pro sontico morbo

 accep-

acceptetur. Quidquid dicat Paul. Zachias, *vbi sup. part.2.tit.3. quæst.* 4.*n.* 29. nescire quid sibi voluerit lex in dicta definitione.

In Fanaticis vero indistincte venit asserendum eos, nullatenus morbosis annumerandos, & si certis horis extra métẽ rapiãtur: *l.*1.*§. apud Viuianum, ff. de ædil. edicto.* Est enim *Fanaticus* (vt explicat Paul. Zach. *sup. lib.* 2.*tit.*1.*q.* 18.*num.*8.) *qui vel ex supernaturali, vel ex naturali causa, per vices quasdam futura vaticinatur, vel vaticinari videtur, & extra mentem rapi*, quod quia in fanis, hoc est, *templis aliquibus* eueniebat, idcirco fanatici sunt appellati. Ideoque *num.* 21. fanaticos similes esse ebrijs inquit, & vbi habent intermissiones; veluti sani existimandi, aut non aliter quam ij, qui semel, aut bis, aut pluries inebrietatẽ inciderunt toto vitæ curriculo, nã interdum ij vnicã patiũtur accessionem non multo tempore durã tem[...]entit Torquat. *in Necyomant. iuris dialogo* 88. *nu.* 1. conducunt tradita a Bris. *lib.*2.*antiq.c.*13. & D.D. Franc. Amaya *obseruat. iuris lib.*3.*c.*6.*n.*42.[...] Et quãuis Budeus *in d.l.*1. *§. apud*, exẽpli fanaticos antiquitus Dæmoniacos esse voluerit, quasi dæmonio afflati vaticinarẽtur, hoc tamẽ displicet Paulo Zachiæ *d. loco*; quia dæmoniaci quatenus tales non vaticinantur, neque id proprium habent, licet & ex illis sint, qui vaticinentur, cum hoc, quod obsidentur a malis spiritibus, id quod in fanaticis non habet locum, cum etiam à Deo impulsus, vel a naturali quoque causa vaticinari quis possit, quare dæmoniacos non fanaticis, sed magis melancholicis, & maniacis assimilandos putat; nã licet intermissiones habeãt, tamẽ sẽper in se habẽt insaniæ causam.

Ergo consectariũ euadit Arepticios, Energumenos, etiã illis horis, quibus ab spiritibus non vexantur dæmoniacos dici, vtpote qui & tũc illis intermissionibus a fœdis spiritibus possidẽtur, vnde qui semel hoc genus vexationis diabolicæ passi fuerunt, & si postea quieuerint, ordinari prohibentur, *cap. maritum* 2. ibi: *Neque illum, qui in furiam aliquando versus insaniuit, vel afflictione diabolica vexatus est*: facit text. *in cap. communiter* 3. *cap. clerici* 4. his verbis: *Clerici, qui in adolescentia à dæmonibus cognoscũtur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt, cap. vsque adeo* 5. 34.*distinct.* notat expresse Suarez *de cẽsuris disp.*51.*sect.*1.*n.* 7. Sayr. *d. tract. lib.*6.*c.*9.*num.*14. Viuald. *in candelab. aureo, tract. de irregul. n.* 181. latissimè D. Valenzuela, *consil.*25.*n.*2. *& seqq.* & Roder. Açunha *in d. cap. communiter* 3. *n.* 2. qui omnes eiusmodi dæmoniacos semel vexatos, & adhuc libertate, siue quiete fruentes si ordinati existãt, ita ab ipsorum exercitio suspendunt quousque vnius anni spatio per discretionem Episcopi inueniãtur ab incursu dæmonum liberati; vt cauetur *in d. cap. communiter* 3. *in fine*. Quod item & in laicis simili infelicitate affectis subaudiẽdum videtur, vt possint ad communionẽ, & Sacram Eucharistiam admitti, alioqui nisi per longũ tempus a diabolicis incursibus liberi agnoscantur, & deuotionis, nec leuia signa ostẽderint, nequaquam erunt ad communionẽ admittendi; vt satis indicari videtur illo Arausicani Concilij *cap.* 13. his verbis: *Energumeni baptizati de purgatione sua curantes, si se solicitudini Clericorum tradunt, monitisque obtẽporant, omnimodis communicent sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu dæmonis quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vitæ purgatio*, refert Burchard. *lib.*4.*cap.* 53. quo loco, & si nulla de vexationis intermissione sit mentio, ipsa tamen æqualitatis ratio suadet eamdem in laico, ac in Presbytero energumeno, quoad sumptionem Eucharistiæ fore necessariam.

Nec ab instituto deuiat reum, quãuis de crimine vehementer suspectum, non posse vltra vnius horæ spatium à iudice torqueri; *vt Constitutione* 58. *Pauli III. S.P.* cauetur illis verbis: *Nec reus vltra vnius horæ spatium torturæ detineatur*, quæ & si intra vrbem solummodo loqui videatur, ipsius tamẽ æquitas suadet vbique seruandum, sic Alderete, *de disciplina tuenda lib.*1.*cap.*17 *n.* 23. & nouissimè P. Petrus de Angelis 88

in

in cõpendio Ordin. iudicior. par. 1. *c.* 24. *n.* 7. vbi id maximè inter regulares seruã dum admonet, prius docuerat Flamin. Cartarius *in prax. interrog. reos, lib.* 4. *c.* 1. *n.* 113. & Prosp. Farin. *tom.* 1. *praxis criminal. quæst.* 38. vbi propositis quinque torturæ gradibus. *Primò* (inquit *num.* 40.) cum leuia sunt indicia, reus spoliarij, ligari, funi applicari, & in ordine poni debet, ita vt nihil aliud deficiat, quam sola eleuatio. *Secundò* verò, quando magis vrgent indicia, & clarius patent, quam in primo casu, sed sufficientia ad torturam non videntur; reus tortura eleuatur medio tempore, videlicet, per vnam *Aue Maria*, per vnum *Paternoster*, vel per vnum *Miserere* ad summũ, absque tamen vlla squassatione. *Tertiò*, si indicia sint plena, & plenè probata, at delictũ sit leue; aut si est atrox, reus sit nobilis, honestæ familiæ, & bonæ famæ, suspensus detinetur in tortura per spatiũ duorũ *Miserere*, vel paulò plus, absq; tamẽ squassatione. *Quarto* igitur gradu cõuictus de atroci legitimis, & vrgẽtioribus indicijs hisq; plenè probatis, si robustus inueniatur, diutius detinetur in tortura, videlicet per tertiã partẽ vnius horæ, vel per mediã, vel per duas tertias partes, vel etiã per horã integrã, cũ vno, duobus, vel pluribus ictibus funis, vel squassationibus (cuius sentẽtia firmari videtur, ex traditis à Nicolao Intrigliolo *decisio. Siciliæ lib.* 1. *decis.* 12. *n.* 5.) Et denique *vltimo gradu*, quando reus atrocissimi delicti in tortura suspensus pertinaciter negat, non nisi vnius horæ spatio, aut paulò plus etiam torqueri poterit, nec enim licebit per duas, vel tres horas ob criminis magnitudinem reũ opprimere, ita expressè Ghir-
89 lan. *tract. de quæstion. & tortura, q.* 4. *num.* 4. Foller. *in prax. crimin. verb. Rei indurati torquentur num.* 16. ex quibus idem resoluit Farinac. *sup. n.* 54. illud subdens: *Et quidem, vt verum fatear, in quocũque enormissimo crimine apud nos rarò vidi torturã adhibitã vltra horã & si fuit adhibita vltra horã, nõ excessit quartã partem secundæ horæ*, quem hac de causa perperã lenitatis accusat Ant. Quesued. *d. tract. de indic. & tortura* 2. *p. c.* 1. *num.* 6. & si regulariter sentiat reum vltra horam, vel ad summum vltra horam & quartũ aculeo detineri nõ posse, nec iudicis arbitrium longius hac in re progredi.

Vtrum autem Iudex possit torturam ita diuidere, vt sæpius reum torqueat modico tẽpore, dum tamen in omnibus squassationibus, siue ictibus vltra dictam horam non egrediatur? quæstionis est nõ inuenustæ, quã affirmatiuè resoluit Hort. Caualcan. *de brachio Regio part.* 3. *num.* 138. asserendo iudicem posse diuidere si ei videbitur torturam, seu illam in plures vices dispartiri, siue eadem hora, siue eadem die, vel altera sequenti, vt pluries seruauit, qui etiã tenet *num.* 60. vt de tempore quæstionis appareat 90
an legitimum fuerit, necne Horologiũ puluerinũ, cum distinctionibus medij, quarti, & quarti integri, tertij, & dimidij horæ, & horæ integræ debere stare præ oculis iudicis, vt penes acta, qualitas & quantitas torturæ constet.

At si Horologium non adfuerit, ex scriptis à Tabellione apparere poterit, an vltra horam durauerit tortura, vt singulariter obseruat Farinac. *consil. crim.* 10. *num.* 39. vbi inde infert tortũ fuisse reum maiori spatio horæ, quia ex actis cõstabat ea Notarium scripsisse octo folia.

Huc etiam spectat campanam quie- 91
tis, quam vbique locorum pulsandam singulis noctibus præcipit nostra, *l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 6. *noua Recol.* per integrum vnius horæ spatium sonare debere, vt ex Regalibus iussionibus in eam rẽ editis, obseruat Bobadilla *in polit. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 52. eorum sententiam improbans, qui hoc solùm in ciuitatibus, & amplissimis locis custodiendum existimant, non verò in municipijs, & opidis, quorum exigui termini, quasi illis sufficiat quilibet, & si breuissimus sonitus: quoniam nostræ legis dispositio, quæ generalis est, & in omnibus, & quibuscumque locis extat scripta, vt ex ipsius verbis patet, vbique seruari debet.

Cui finitimum est ob errantem cũ 29
ar-

armis nocturno tempore, post horam, qua statuto id prohibetur cum sono campanæ nullã incurrere, si nõdũ campana sonitũ ediderat, nisi elapsa iã vna hora ab ea, qua campana pulsari consueuerat, fuerit deprehensus, quoniam post tantum tempus efficitur ignorantia crassa, quæ neminem excusat, *l. nec supina, ff. de iuris & facti ignor.* cuius auctoritate ita in proposito animaduertit Polid. Ripa, *de noct. temp. cap. 5. n.* 21. & expressius *num.* 30.

93 Si verò duo actus, siue contractus fiant vna eadéque hora, censetur nihilominus correspectiui, id est, vnus factus gratia alterius. Curc. Senior, *cõs.* 55. *vers. & hoc maxime*, Ant. Gabriel, *comm. cõclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus.* 13. *num.* 5. non aliter ac, quando facti inueniuntur vno eodemque die, vnde si à Pontifice, vel Rege data sit licentia Prælato, vel communitati faciendi certam emphyteusim, & constiterit fuisse factum, eodem die, quo & licencia concessa; nec constare possit, an præcesserit licentia, vel emphyteusis, præsumitur licẽtiã præcessisse, sub sequutumque fuisse emphyteusim, quia ex duobus actibus eadẽ die factis, ille præsumitur præcessisse, qui debebat esse præambulus ad alterũ, vt probat Alex. *cons.* 81. *lecto & discusso laborioso processu, num.* 7. *vers. cum fuerit dicta licentia, vol.* 3. Fel. *in cap. Pastoralis, vers. & hinc est, de rescript.* Alciat. *præsumpt.* 42. *n.* 1. *reg.* 3. & alijs adductis Fuluius Pacian. *de probat. lib. 2. c. 25. n.* 21. qui & *num.* 23. ex eo confirmat, quia vbi ad essentiam substantialem actus aliquid debet esse prius altero, si vtrunque reperitur factum eodem die, præsumitur in dubio præcessisse illud, quod actum facit valere, ex Felino *vbi sup. verb. ad identitatem.* Idemque docet de donatione, & mancipatione simul eadẽ die facta, iuxta Bald. *in l. cũ in testamento, §. hæc verba, in fine, ff. de hæred. instit.* vti & de testamẽto & emãcipatione eiusdem diei. Iason *in l. fin. num.* 35. *vers. Nota tamen in prædictis, C. de edicto Diui Adriani tollendo*, qui semper emancipationem priorem præsumunt, & aliud prætendenti, aut alleganti, incumbit vnus probandi, vt similibus alijs confirmat Pacian. *numeris seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. cap.* 12. quod procedere inquit *num.* 29. nõ solùm si eodẽ die, licet alia hora fiant successiuè actus, verùm & si sequenti die alter actus celebretur, secundũ Crauetam *cons.* 298. Anchar. *cons.* 434. Sed receptius est, non aliter actus dici correspectiui, quam si vel intra vnam horam, vel saltim intra vnum eundemque diẽ expediantur, vt optimè notat Sesse, *decis.* 19. *num.* 9. *qui & num. sequenti* subdit; idem temporis interuallum considerari, vt quid dicatur factum in cõtinenti ad effectum, vt insit priori cõtractui, & sumatur pro eodem actu, vbi & id subintelligendum, ex Tiraquelo, Menoch. & alijs notat, quãdo illi duo actus se compatiuntur, aut sunt circa eandẽ materiã; vel nullæ extant coniecturæ voluntatis contrahentium, ex quibus præsumatur voluisse distinctos, & diuersos actus efficere; vel tandem quando nullum adest tertij præiudiciũ, cũ correspectiuitatis præsumptio solũ aduersus contrahentes locũ habeat.

Accedat etiam horam captiuitatis, & redditus, siue captiuitatis, & mortis, subtilissima legis Corneliæ fictione, & commento ita coniungi, vt nõ plures, sed vna tantum hora credatur: Captiuumque post redditũ, aut obitũ apud hostes; vel ipsa captiuitatis hora redemptum, vel mortum haberi, *l. iusto 44. in fine, ff. de vsucap. l. in omnibus 18. ff. de capt.* adnotat acutissimè Iacob. Cujat. *lib. 29. quæst. Papiniani in l. 7. §. quod sequitur, ff. vnde liberi.* 94

Non quidem præambula captiuitatis hora, vel antecedenti ipsam captiuitatem, vt placuit Emanueli Acostæ 95 *in cap. si pater 2. part. §. testatore mortuo, num.* 15. existimanti legis Corneliæ, fictionem ipsa captiuitatis hora locum habere non posse, veluti ea, qua ab hostibus captus, iã sit seruus effectus, *l. naturalem 5. ff. de acquir. rer. dom. §. item ea, instit. de rerum diuis.* quoniam, vt eruditè satis reprehendit vir mihi vnicè charus, omnibus honore prosequen-

quędus D.D. Melchior de Valent. *Castellæ in Suprem. Conuentu Regio Senator* (& factus longè carior ex deguſtatis ingenij monimentis, & ob incredibilē morum comitatem) *illuſtrium quæſt. tract. 2. cap. 5. num.* 31. cum captus ab hoſtibus non antea ſeruus dicatur, vel ſit, quam in præſidia deducatur, interimque ciuis Romanus perſeueret, *l. poſtliminij* 5. *§. vlt. l. poſtliminium* 19. *§. poſtliminio. ff. de captiuis, l.* 26. *tit.* 26. *part.* 2. rectè lex finxit ea hora deceſiſſe qua captus eſt, quia tunc adhuc liber, & ciuis Romanus erat.

96 Congruit hoc loco ſingularis illa doctrina Placent. *in praxi iudic. Inquiſit. verſ. incarcerare.* Quam amplectitur Proſp. Farin. *tom.* 1. *praxis criminal. q.* 27. *num.* 8. videlicet, eum cui ad horam aliquem detinere permittur.; detinere & ligare non poſſe: quoniam ligandi poteſtas illi tantùm conceditur, qui vniuerſaliter habet diſponere de actibus & vita alterius. Vt marito, cuius in vxorē tanta poteſtas, vt ferè patriā æmuletur, ſic ex Iulio Cæſar, *lib.* 6. *comm. de bello Gallico*, Tiraq. *ad ll. connubial. gloſ.* 1. *part.* 1. *num.* 6. Senator Supremi Senatus D. D. Ioan. Solorçan. (vir nunquam ſatis laudatus) *tract. de parric. crim. lib.* 2. *cap.* 13. *in princ.* D. Ioſeph. Vela, *diſſertat.* 1. *num.* 43. huic enim ligandi vxorem, facultatem iura concedunt. *cap. placuit* 10. 33. *quæſt.* 2. vbi ex Toletano *Concilio I.* ita legitur: *Placuit vt ſi quorumcumque Clericorum vxores peccauerint: ne fortè licentiā peccandi plus habeant, accipiant mariti earū hanc poteſtatem, præter necē cuſtodiendi, & ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria, non mortifera eas cogentes.* Et licet ibidem *gloſ. verb. poteſtatem*, hoc ſolum Clericis permittat reſpectu ſuarū vxorum, laicis verò ius illas ligandi auferat; quia nullibi conceſſum videtur, tamen cum hæc ſit moderata quædam coercitio, & caſtigatio, quibuſvis maritis competat operæpretium eſt, quibus indiſtinctè modica correctio, & animaduerſio erga vxores competit, argumento *l. ſed & ſi quemcumque* 5. *§. vlt. verſ. an ex locato, iuncta* gloſ. *verb. docenti, ff. ad legem Aquil. & in l. rei iudicatæ* 15. *alias* 16. *§.* 1. *in fine, vbi* Lud. Rom. *num.* 5. *verſ. quinimo, ff. ſolut. matrim. l. vnic. C. de emēdat. propinq.* notāt vt tritiſsimum quam plures relati à D. Ioſepho Vela *vbi proximè, n.* 43. à quorum nomenclatura libenter abſtineo, dum tamen illis adiungam Menoch. *de arbitrar. caſu* 364. *n.* 8. Siluam Nupt. *tit.* 1. *num.* 36. Gracian. *diſcept. forenſ. cap.* 778. *num.* 64. *tom.* 4. Petr. Gregor. *Syntag. lib.* 11. *c.* 4. *n.* 13.

Deinde Canonicus Theologus ſingulis diebus per horā ex muneris ſui præſcripto Sacrā Scripturā (vel Thologiā Scholaſticā, vt aliqui malunt) exponere tenetur, exceptis mēſibus Iulio, Auguſto, & Septembri, vt docet Nicol. 97
Garſ. *de beneſ. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 157. Galet. *in marg. caſ. conſc. verb. legere* 2. Scip. de Rubeis, *in aphor. Epiſcop. verb. Epiſcopus, num.* 3. Aug. Barb. *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 56. *n.* 7. *& de Canon. & Dignit. c.* 27. *num.* 26. cuius horæ aſsignatio, ſcilicet, qualis, an matutina, aut veſpertina arbitrio Epiſcopi relinquitur, vti & quæ materia ſit legenda, ita ſupra citati, præſertim Nicol. Garſ. *d. cap.* 4. *num.* 156. Aug. Barb. *d. num.* 26. & ex eo Alced. *de præſt. Epiſcopal. Dignit. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 42. quibus addēdi Aldana *in comp. Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 5. Ioan. Machad. *in perfecto conf. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 5. *docum.* 6. *num.* 2. & ſi id facere Canonicus neglexerit, poterit ab Epiſcopo, ad dictam lectionem vnius horæ ſingulis diebus compeli pœnis, ſequæſtrationibus fructuū, aſsignatione portionis de eiſdem fructibus alteri, qui ipſius loco legat, & ſi adhuc cōtumacia inſorduerit, ad maiora Epiſcopus procedet, ipſumque benefitio priuabit, & in alium conferet, qui dicto muneri, vt par eſt ſatisfaciat. Veluti S. Eminētiſsimorum Cardinalium Congregatio cenſuit in vna Maioricenſi, teſtibus Barboſa, Aldana, & Machado *vbi ſup.*

Quam lectionem cæteri Canonici præcisè audire tenentur, ita vt integra ipſius hora gymnaſio adeſſe debeant, argumēto eorum, quæ ſuperiùs de Scholaſti-

lasticis scripsimus, alioqui non satisfacient, & ab Episcopo cogi poterunt ad dictam lectionem accedere. Sic prefata Congregatio Concilij *sub die* 11. *Augusti* 1618. teste Aug. Barb. *vbi sup. num.* 28. qui & *num.* 29. ex eo confirmat, quia & Episcopo licet eos compellere pœna pecuniaria, vt accedant ad Congregationem casuum conscientiæ, iuxta declarationem eiusdem Cõgregationis 11. Iulij emissam 1620.

Si verò alicuius infirmitatis temporalis, & non diuturnæ, aut alterius iustæ causæ de proximo finiendæ impedimento laboret, quòminus per se ipsum Canonicus Theologus legere possit, nec per substitutum id facere tenetur. Si verò insanabilis, aut longa infirmitas appareat, substitutum mittet Episcopus, qui & per horam quotidiè legat, cum ipsius nominatio ad Episcopum spectet. Vt decisum admonet Nicol. Garf. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 159. & ideo (subiungit Barbos. à *n.* 32. cuius studio & diligentiæ hæc debemus) cum quidam Canonicus Theologus instaret sibi licere legere per substitutum ex causa infirmitatis, fuit illi data licentia ad sex menses per S. Congregationem Concilij sub die 13. Nouembris 1627.

98 Spatio etiam alterius horæ recitare siue legere tenentur, post studium & præmeditationem viginti quatuor horarum, à momento sortiti puncti, qui Cathedræ, Canonicatus, Beneficij Curati, Collegij, aut similis alterius rei examen subire debent, vt iterum *infra Hora XXIV.* notamus, & de canonicatu apparet ex constitutione S. P. Gregorij XV. circa prouisionem præbendæ pœnitentiariæ expedita Nonis Nouembris 1622. quam refert Barbos. *de Canon. & Dign. cap.* 26. *num.* 24. & Ioann. Machad. *in Perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 5. *Docum.* 9. *n.* 4 & de beneficijs curatis loquens prædixerat *in prolocutione ad prælatos Ecclesiarũ,*
99 *non longe à principio tom.* 1. Vbi in Archiepiscopatu nostro Toletano obseruat, in concursu ad eiusmodi beneficia, semihoræ lectionem esse opportere, quamvis ad effectum examinis prædicti, etiam vnius horæ iuridicam, vel Theologicam assignati loci enarrationem, insufficientem, aut saltim suspectam habeat. Et quidem meritò, cum fœlicitas immanissimi huius experimenti membra simul & animum quatientis, memoria potius, quam scientia consequatur. Vidimus hebetioris ingenij plerosque, doctiores multos colluctationis hoc genere superasse; quos non ideò sapientiores dicet aliquis. Quinimò stultiores, cum naturaliter, vt plurimum eveniat; vt qui ingenio tardi sunt, memoria sint tenacissimi, quemadmodum Philosophis notissimum obseruat Tiraquel. *in leges connub. gloss.* 5. *num.* 24. Corsetus *in singular. verb. Testamentum, num.* 2. vbi inquit, quod licet qui memoria sunt tenacissimi, in vniuersum iudicij modici sint, in certis tamen rebus habent iudicium, & aliquando non mediocre. Vnde est, quod vix, ac ne vix quidem fieri potest, vt homines simul iudicio & memoria valeant, vti ex Platone *in Theæteto*, Forest. *lib.* 10. *obseru.* 10. *in Schol.* nostro Hieronym. Zeual. *in præfat. ad pract. quæst. cõm. num.* 94. aduertit erudité Paul. Zachias *medico-legal. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 13. & 51.

Hinc vltro assentior Garsiæ *de benef.* 5. *part. cap.* 6. *num.* 213. asserenti capitularem, qui non interfuit lectionibus eiusmodi in concursu ad alicuius Canonicatus prouisionem factis, posse nihilominus in ea suffragium ferre; nedum quia ab interessentibus valet de actibus cerciorari, sed etiam quia tanti momenti non sunt, vt ex illis possit candidatorum scientia sufficienter deprehendi, ex proximè dictis; quidquid contrarium tenuerit Farinac. *decis.* 551. recensens censuisse Rotam *in vna Carthaginem præbend.* 28. *Decembris* 1600. illum capitularem, vel electorẽ, qui non interfuit lectionibus, & actibus oppositorum ad Canonicatum Magistralem, votare non potuisse, quia rectum iudicium de sufficientia oppositorum facere non valebat, propterea que fuisse declaratum, votum Decani 100

cani fuisse nullum ex dicto defectu nō interuentionis, quam decisionem factam, meritò notat Gonzal. *in regul. 8. Cancel. gloss. 4. num. 107.* vna tantū parte informante, ideòque difficultate nō carere, ex pluribus, quæ in contrarium adduci poterant, refert Ioan. Machad. *in Perfecto Confess. tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 1. docum. 3. n. 4.*

101 Profluit etiam ex superioribus Canonicatum, Cathedram, Beneficium, Collegium, aut simile, posse tuta conscientia conferri in eum, qui aduersarios, & competitores scientiā præcellit, licet in actu legendi defecerit, quia hæc impotentia non ignorantiam, sed lubricum potius memoriæ supponit, quod meritis nil detrahit. Vti nec si collusione, aut diligentia effecerit, vt locus ille, siue punctum assignetur, cuius lectioné iā iam didicerat, & memoria tenuerat, ne fortè ob infirmitatem memoriæ à iure suo caderet, *nec enim memoria ad omnia sufficiens*, vt politicorum doctissimus D. Math. Lopez Brabo profert *de Rege, & regendi ratione, lib. 1. vbi de iustitia, pag. mihi 8.* vel vt satis ad rem Paulus I. C. *in l. peregre 44. in princ. ff. de adq. poss. nec infirmitatem memoriæ damnum adferre oportet.*

102 Adducam sub hęc Polidorum Ripam *de nocturno tempore, cap. 161.* obtestantem, quod licet regulariter certa hora noctis non debeat à tabellione instrumentis adiici, *vt sup. in perhorario* ostendimus, & ipse iam præstiterat, *cap. 114. num. 2. & cap. 117.* Id tamen duobus casibus deficit, in quibus debet necessariò apponi, primo ad maiorem cautelam in testamentis, quæ de nocte conficiuntur, ad omnem omnino falsitatis, & simulationis suspicionem arcendam, vt placuit Tiberio Deciano *cons. 65. n. 21. vers. & ad tollēdā, vol. 2.* Secundò verò casu ex necessitate erit à Notario certa noctis hora adscribenda, nempe in collatione beneficij vacantis per obitum præbendarij decedentis vltima die mensis, nocte postrema. Ita Ioseph. Ludouis. *decis. 116. n. 6. vers. Imò etiam aliquando, p. 2.*

103 Deinde si statuto caueatur neminé posse ingredi Palatium ante sonum campanæ certæ horæ, vt pœnæ excusationi sit locus, constito de ingressu, debet ipsius hora necessariò probari. Vt sentit Angel. *in l. matrem, num. 4. C. de probat.* à quo nec dissentit Bartol. *in l. non solū, §. sed vt probari, n. 2. vers. Sed pone statutum est, ff. de operis noui nuntiat.* Vbi adducto exemplo statuti, quo cauebatur nobilis, non posse ingredi palatium, nisi hora Consilij, non solum ingressum, sed horam etiam esse probandam concludit. Ita etiam Fulvius Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 25. num. 36. cum successiuis.* Vbi similibus alijs relatis affirmat hoc casu, onus probandi tempus, vel horam ingressus, accusatorem respicere, quia nemo censetur illud eo tempore facere, quo non licet, vt omnis delicti præsumptio excludatur.

Vtrùm autem quoties vnica hora solutioni destinatur, ipsius lapsus protinus moram inducat, & consequenter ex ea debitum æstimetur? à multis disquiritur, 104 quod inducat, & æstimationem causet, tenuerunt Bald. *in l. 1. n. 3. vers. quod dico, C. ne liceat tert. prouocare*, Iasson *in l. si ex legati, n. 13. ff. de verb. oblig.* Decius *in l. vinum, num. 9* vbi Alciat. *ad verba, si dictum, num. 45.* Loriot. *num. 8.* Bolog. *num. 28.* affirmans omnes modernos Decium sequi, Gabriel Rom. *lib. 3. tit. de solut. cōclus. 9. n. 6.* Decian. *cons. 84. num. 6. vol. 2.* Gregor. Lop. *in l. 8. gloss. 1. tit. 14. part. 5.* quibus subscribit Andr. Kohl. *exercitat. legali 12. num. 22.* Idque eo, vt ipse subijcit, cùm quia non est ambigendū, quod de toto videlicet die solutioni destinato verum est, in illius parte, hora nempe solutioni præfinita per æquè verū esse, *l. quod* 105 *de toto, ff. de rei vind.* Tum quia regulariter omne tempus, computatur de momento ad momentum, nisi quo casu peculiariter aliud in iure sit cautū, *gloss. in l 3. §. minorè, ff. de minor.* vbi DD. Ioann. Andr. *in cap. super eo (vbi cæteri) de appell.* Matth. de Afflict. *decis. 73. num. 7.* igitur & in hora solutioni destinata, idem iuris erit, in qua nihil aliud prouisum reperitur, ac per con-

consequens illa, simul atq; præterijt, in mora constituet, & quo ad æstimationem attendenda veniet.

106 Contrarium verumtamen sectatur Iasson *in dict. l. ex legati, n. 13.* illo adductus, quoniam vt est vulgare angustia temporis solutioni præscripti, omnem prorsus moram excludit, ex Baldo *in l, si mihi, & tibi, §. 1. n. 4.* post textum & glossam, *ibid. ff. de legat. 1.* spatiū verò vnius, vel alterius horæ ad soluendum nimis est angustum, ergo necessariò debeuit moræ obsistere. At hoc parùm refragari meritò contendit Andr. Kohol. *sup.* siquidem breue hoc tempus fere semper adijcitur solutioni eius rei, vel pecuniæ, cuius acquisitio, vel numeratio ita est in manu, vel in promptu, vt nihil valeat ipsius præstationem renovari intra præscriptū horæ spatium. Si verò aliter negotium se habeat, erit quod debitori tunc imputetur, cum domi rem debitam non haberet, nec ab alio tam citò comparare posset, cur ad solutionem ita breui termino se adstrinxit, quo casu difficultas celeris præstationis à mora non excusauit, vt post antiquiores sentit Loriot. *in l. quod te, n. 10. ff. si cert. petat.* Alciat. *in l. continuus, §. illud, n. 12.* vbi Zassius *n. 6. vers. quarto fallit. ff. de verb. oblig.* Cagnol. *in l. in omnibus obligationibus n. 7. ff. de regulis iuris,* facit *l. 2. §. si quis tamen vers. neque iterum, ff. si quis*

107 *cautio. l. penult. ff. de iure dot.* Quod verū puto, maximè si cum eodem Kohol. expendam, ita brevi vnius horæ spatio posse adeò spetiem debitam deteriorari, vt vilior confestim esse incipiat ob moram debitoris, experitur sæpe, etiam in homine hæc subita mutatio, vt ex illo, qui metu mortis, aut pœnarum non maiori spatio vnius horæ canities contingit, obtestatur Ioann. Schenkius *obseruat. medicinal. libr. 1. de capillis, in princ.* Nec quid mirum, cum breuiori spatio maiorem mutationem, & vt rectius dicam, meliorationem quotidie ipsa panis transubstantiatione in Sacratissimum Christi Corpus cernatur, vt ex D. Gregorio notatur, *in cap. quid sit 73. de consecrat. distinct.* 2. illis verbis: *Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse? Summa & ima sociari?* Nihil est enim ita certum, & immutabile, quod non subito repentinus aliquis casus queat inuertere, nam & bestia vsque adeò lethaliter vulnerata, vt proximè capi possit: nondum tamen est vulnerantis, nisi & eam cœperit, multa enim accidere solent, vt eam nō capiat, *l. naturalē, §. 1. ff. de acquir. rer. domin. §. quæsitū, inst. de rer. diuis.* Conferunt innumera à Tiraq. cōgesta, *glos. 1. post ll. connub. à n. 25. cū seqq.* & à Cæsare Contardo *in Comm. ad l. vnic. C. si de moment. possessione in rubric. num. 19.* facit elegans text. *in l. pretia rerum 63. §. fin. ff. ad. legem Falcid.* vbi in æstimandis fructibus ad computationem legis falcidiæ, non inopinati incrementi, aut decrementi, sed communem æstimationem esse considerandam, ibi: *Tum hic quoq; ex momētis tēporū, non ex ea qua raro accidat charitate pretia constituantur.*

Alia nec minus vtilis Quæstio succedit, *cum scilicet secundus fatalis in causa appellationis concedatur integer, etiam si impedimentum, quid in primo fatali accidit, vnius tantum horæ fuisset?* Cui affirmatiuè respondet Angel. *cōs. 314.* Sed fœdere quodam distinctionis securius digerit Sfort. Oddus *de rest. in integr. part. 2. q. 70. art. 8. n. 45.* eo scilicet, aut secundus annus venit concedendus ipso iure, & absque auxilio restitutionis in integrum, aut beneficio ipso restitutionis: primo casu integrū annum concedendum asserit, secundo negat, quoniam tunc ex natura restitutionis tantundem temporis duntaxàt erit resarciendum, quantum abstulit de primo anno impedimentum, ex Ioanne Andr. Cardin. Decio, Felino, Angelo, Baldo, & alijs ab ipso in hanc rem accer sitis, 108

Et tandem concludit, etiam primo casu, quando ordinario iuris suffragio secundus indulgetur annus, non aliter integrum concedendum, quam si impedimentum huius modici temporis, 109

sci-

scilicet, horæ, absorueret effectum totius primi anni; alioqui non nisi alterius horæ spatium dari deberet, iuxta communem Angeli; & aliorum sententiam *in l. si ita stipulatus essem, ff. de verb. oblig.* Iason *in §. rursus, num. 68. de action.* Zasio *ibid. num. 31.* Minsing. *eod. num.* Guid. Papæ *singul. 332.* Oldrald. *cons. 70. vers. quid si impeditus*, & aliorum penes ipsum.

Confert item & illud singulare, cu-
110 ius meminit Laymã *tom. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 1. num. 13. vers. iustum autem.* Videlicet Sacerdoti, quia non nisi vnicam pene diei horam sacrificando cõsumit, vt etiam fatetur Cardin. Branch. apud Dianam, *part. 6. resol. moral. tract. 8. miscel. res. 4. vers. & saltē.* (Idque rarò; cum frequenter Missa spatio sequi horæ finiatur; imò & finiri debeat, si Gabanto credimus, *tit. 11. n. 13.* qui Missam quinque has litteras. A. B. C. D. E. continere debere affirmat: A, vt ita altè recitetur; quod audiatur: B, breviter, non vltra mediam horam: C. clarè, vt omnia verba integrè proferantur. D. deuotè, vt attendatur ad ea, quæ dicuntur: E. exactè, vt fiant omnia, quæ præscribuntur in Rubricis: quod item docet P. Garsia *de excellent. Sacerd. tract. 3. diffic. 8. dub. 6. n. 10.*) Sacerdoti ergo, inquit Laymã; quoniam in sacrificando, nec integram horam, absumit, minus stipendium, quam quod ad frugalem vnius diei victum sufficit, assignandum, vbi taxatum non est lege, vel consuetudine, à quo nec dissentit Ioan. Machad. *in Perfecto Confess. tom. 2. libr. 4. p. 1. tract. 12. docum. 8. num. 3.* Non est enim, Missæ sacrificium, in id principaliter institutum, vt ipsius emolumento Sacerdos congruè, & prout indiget, alatur, vt vel ex eo satis constat, quod sacris canonibus dispositum agnoscitur, clericos victum, & vestitum, sibi artificialo, vel agricultura, absque officij sui detrimento parare debere, *cap. cle-*
111 *ricus victum 4. cap. Clericus quilibet 7. 91. dist.* vbi ex Concilio Carthaginensi legitur: *Clericus quilibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat: item omnes Clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & litteras discant, & cap. Episcopus 4. cap. tuis 23. de præbend.* disponitur neminem ordinandum, nisi de sua, vel paterna hæreditate subsidiũ vitæ possit habere, quod etiam apud Etnicos obseruatum conspicimus, siquidem Alicarnaseo teste, *2. histor.* ex Romuli præscripto nullus ad Sacerdotium admittebatur, nisi qui sufficiẽtem censum haberet. Vti & nouiori dispositioni S. Concilij Tridentini in nostris Sacerdotibus disponitur *sess. 21. de reform. cap. 2.* etsi non ita absolutè congruum patrimonium habentem, si cætera necessaria concurrant, debere ordinari præcipiat, sed ita demum, si Episcopo vtile, aut conueniens videbitur. Vnde egregiè notat doctissimus Frater D. D. Alphons. de Narbona *in Cõment. ad 3. p. nouæ Recol. lib. 1. tit. 3. l. 33. gloss. 1. num. 4.* quod cum ex antiqua dispositione iuris communis, sufficiens habens patrimonium, regulariter possit ad sacros ordines promoueri; post Concilium verò non aliter, quam si Episcopus pro commoditate, vel necessitate Ecclesiarum assumendum iudicauerit. Ergo nequaquam pro labore sacrificij, quod vix horam absumit, tantum stipendium Sacerdos poterit accipere, quod sustentationi sufficiat, ut optimè agnoscens nouissimè P. Garsia *de excellent. Sacerd. tract. 3. diffic. 10. dub. 2. num. 8. Este estipendio*, inquit, *tampoco ha de ser tan pingue, que por si solo baste para el congruo sustẽto, pues le queda al Sacerdote tanto tiempo en el dia, para valerse de otros medios, que por esso se lleua mas estipendios de las missas cantadas, que de las rezadas, y que sea esta la voluntad de la Iglesia, consta ex cap. 1. de celebrat. Missar. vers. Ad opus rurale, cap. presbyter, cap. clericus victum 91. dist.*

Vnde semper mihi vera, & alijs præ- 112
ferenda sententia illorum visa fuit, qui constanter affirmant, Sacerdotem non posse accipere pro vna Missa tot stipendia à personis diuersis, quot pro ipsius diurna sustentatione suppetãt, iuxta Nauar. *in manual. cap. 25. num.*

92. Suarez *disp.* 88. *sect.* 4. Vazquez *disp.* 284. *cap.* 2. Hurtado *disp.* 4. *diffic.* 15. Azor *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 6. *quæst.* 2. Læsium *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 5. *num.* 28. Filliuc. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 188. Eminentissim. Lugo *disp.* 21. *num.* 27. Philib. *tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 16. *num.* 14. 18. & 19. Machad. *vbi sup. num.* 3. quàm nouissimè probauit S. P. Vrbanus VIII. & S. Congregatio Concilij sub grauissimis pœnis Sacerdotibus iniungens, vt tot Missæ ab ipsis celebrentur; quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint; vt post alios recenset P. Leander 2. *part. quæst. moral. in Sept. Sacram. tract.* 8. *disp.* 4. *q.* 4. qui & alias ibidem quæstiones mouet, huc maximè spectantes.

113 Liceat tandem & illud subijcere, liberum mortis arbitrium, quod à solis Principibus damnatis solebat concedi; *l. aut damnum* 8. *vers. Proinde, ff. de pœnis.* Obseruat ex reconditæ antiquitatis monumentis Petr. Faber *semestr. lib.* 1. *cap.* 4. non nisi vnius horæ spatio indultum videri; quo reus necessariò constringebatur, quam minus perhorresceret mortis speciem deligere. Ita ex Suetonio *in Nerone, cap.* 37. didicimus; vbi mori iussis Neronem, non amplius, quàm horarium spatium dare consueuisse narrat, ac nequid moræ interueniret, medicos admouisse, qui cunctantes continuò curarent, ita enim vocabat venas mortis gratia incidere. Hucque respexisse videtur, Tacit. *lib.* 15. *annal. Proximam*, cum inquit, *necem Plautij Laterani Consulis designati Nero adiunxit, adeò properè, vt non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium* (horæ nempe) *permitteret*, quod & placet Petro Fabro *vbi proximè.*

114 Estque memoratu dignissimum, quod licet ex veteris testamenti præceptione, & ritu mulier enixa, si masculum edidisset, per triginta & tres dies: & per sexaginta & sex fœminam ab ingressu Ecclesię abstinere deberet, *cap. cum enixa* 5. *dist.* Tamen vt fœlicis sui partus gratias Deo incunctanter rependet, ipsa prima puerperij hora Ecclesiam intrare permittitur, *cap. si mulier* 2. *ead. dist.* vbi ex D. Gregorio hæc referuntur: *Si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam, nullo pondere peccati grauatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est, in carnis autem commistione voluptas est, in prolis vero partu dolor, & gemitus, vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur: in doloribus paries; si itaque enixam mulierem prohibemus intrare Ecclesiam, ipsam ei pœnam suam in culpam deputamus*; ex quo textu notat Abbas *in cap.* 1. *de purif. post part. notab.* 2. quem sequitur Roder. Acunha *in d. cap. si mulier, num.* 2. mulierem in partu nullum peccatum incurrere, licet in conceptione commiserit fornicando, vel adulterando.

Estque summè notandum, quod solet ab aliquibus in controuersiam vocari: *An scilicet, accedente parrocho, vt infirmo communionem impartiatur, qui reconciliari exoptat; si appareat multas confessiones, easque inualidas fecisse, quarum necessariam repetitionem agnoscit; sufficiat tunc minori spatio vnius horæ confitentem infirmum audire, licet integrè non potuerit confiteri; vt causa vitandi scandali illi possit communio ministrari?* Hanc quæstionem mouet Zambranus *de casib. occur. in art. mortis de Sacram. pœnit. cap.* 4. *dub.* 6. *num.* 6. & 7. quàm isto fœdere distinctionis definijt. Aut infirmus laborat periculosa infirmitate, aut est citra periculum: *Primo casu* ob mortis imminentiam, præmittenda erit confessio raptim facta, & quæ non excedat medietatem vnius horæ, cum generali tamen confessione omnium peccatorum, & eo pacto, vt postmodum simulatione alicuius indigentiæ Parrochum vocabit, & integrè confitebitur: quibus ita dispositis, communio erit infirmo securè ministranda, *Secundo verò casu*, cum nullum vrgeat periculum, & confessio non possit intra mediam horam perfici, contritione vtendum erit, qua adhibita cum proposito confitendi eo, vel quo primùm potuerit die, infirmus cómunicetur. Ex quibus duobus distin- 115

ctionis membris; primum ea innititur ratione, quia hoc modo omnia cessant incommoda, subuenitur moribundo præmissa confessione possibili, & absolutione, ministrando illi Eucharistiam, vitaturque scandalum. Secundum item eam habet rationem, quia excusat scandalum, & eligitur minus inconueniens, quod proculdubio erit, communicare illum cum sola contritione, & non cum confessione inconsulte & nimis propere facta. Ita resoluit Zambranus, cuius sententiam libenter amplectimur, vti & fecisse videtur Antonin. Dian. *Resolut. Moral. part.* 5. *Tractat.* 3. *Resolution.* 75.

116 Vtrum ad probandam possessionem, aut proprietatem possessoriam in causis nobilitatis, ex dispositione *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 2. *nouæ Recol. legum Hispaniæ*, sit præcisè necessarium, quod testes, personas litigatoris, patris, & aui saltim per horam cognouerint, vel sufficiat, ad obtinendum testificari, se vidisse illorum bona, vti nobilium à contributionibus libera, & immunia viginti annis extitisse, absque eo, quod aliquem eorum vnquam viderint? Elegans erit disquisitio, & quam hactenus, nec ullus excogitauit, cum tamen ipsius resolutio ad *dictæ l.* intellectum maxime expediat. Sæpè enim accidit, litigatorem, ipsius patrem, & auum, vel ipsorum quemlibet extra locum domicilij bona possidere, erga quorum administrationem, aut culturam adeo se negligenter habent, vt vel quia maioribus negotijs implicati, vel quia longissime distant, alijs, vtpote colonis, aut œconomis curam illorum committant, nec vnquam videre contingat. Qui cum nobiles existimantur ipsorum bona sunt à contributionibus plebeiorum exempla, quo casu incolis illius loci poterit possessio immunitatis, & nobilitatis, non vero personarum cognitio probari, quia semper libera hac ex causa bona cognouerunt, non vtique dominorum personas, quia nec testes ad locum domicilij eorum; nec illi ad testium domicilium, vbi bona extiterant aliquando accessere.

Nonnulla ergo sese offerunt, quæ huius quæstionis affirmatiuam partem plane asserere videntur. Primum, *dictæ l.* 8. verba, *in verfic. Pero si el abuelo*, vbi cum eum casum excludere velent, quo aui mors adeò præcesserat, vt testium licet seniorum ætates longe excederet, sic legantur: *Pero si el abuelo huuiere sido tan antiguo, que los testigos no lo pudieron conocer, &c.* ergo excluso casu antiquitatis testes, vt sufficienter possessionem nobilitatis probent, personas tam litigatoris, quam ipsius parentis, & aui agnouisse debent, saltim per horam, aut momentum: Deducto argumento à contrario sensu, aut ab exceptione; quod in iure fortissimum, nec vllus diffitebitur.

Deinde, quia actio, quæ pro consequenda nobilitatis possessione proponitur, personalis esse videtur, cum personam principaliter respiciat, & veluti in consequentiam etiam bona quasi nobilis, & ideo exempti libera contenduntur. Argumento eorum, quæ ex gloss. *in l. actionum genera, versic. In rem, vel aduersa, ff. de actionib. & obligat.* Hothom. *in §. omnium autem actionum, num.* 7. Parlad. *rer. quotid. diffic.* 36. *num.* 1. notat Honuf. Cigala *in dict. §. omnium, num.* 3. At vero vbi personali actione agitur, testes necessario litigantes, & eos omnes, de quorum interesse disceptatur, cognoscere debent, iuxta glossæ singularem doctrinam *in l. testium, §. indeque, verb. quanta fides, vers. Sed hoc puto verum, ff. de testib.* quã sequuntur ibidem Bartol. *num.* 2. *vers. Item quæro, iuncto num.* 4. & nonnullis relatis Prosper. Farinac. *tract. de testib. q.* 71. *num.* 57. igitur, vt de cognitione litigatoris, patris, & aui in proposito testificetur opportebit, vtpote de quorum interesse, & commodo ita principaliter discutitur, vt eos omnes litigare, nec immerito dixeris. 117

118 Interst enim quã maximè parentes, filiorũ status, *l.* 1. ibi: *Quia semper parentis interst filium seruituẽ non subire*, *l.* 2. *de liber. causa*, ibi: *Quoniam seruitus eorum ad dolorem nostrum, iniuriamque. nostram porrigitur*, iuncta glos. *ibid.*

Sed quidquid hæc suadeant, vti certius tenendum erit, ad legitimam probationem possessionis, vel proprietatis possessoriæ trium personarum cognitionem ex præscripto nostræ legis, aut iuris communis, nec per horam desiderari. Imò sufficere si testes de visu tantum exemptionis, & immunitatis bonorum deponant, & si eorum possessores minimè cognouerint, dum tamen de tempore vniuscuiusque possessionis obtestentur, & omnium, vsque ad annos viginti. Quod manifestè euincitur verbis *d. l.* 8. *Recollectionis*, quibus ad prædictos effectus, probatio solum exemptionis triũ personarum efflagitatur, vt patet illic: *Y otro si, si alguno dixere, que està en possession de hijodalgo, y puesta la demanda en propriedad, y possession, suspendiere el petitorio en tiempo, y en forma debido, y pidiere, que solamente sea procedido en el possessorio, que este tal sea tenudo de probar la possession de su hidalguia, probando la exempcion, y inmunidad de su padre, y de su abuelo, y que todas tres personas, el seyendo casado, y viuiendo sobre si, y su padre, y abuelo estuuieron pacificamente en reputacion, y possession de hombres hijosdalgo, en los lugares donde viuieron*
119 *por veinte años continuos, &c.* Est igitur perspicuum, legem minimè cogitasse de personarum cognitione, nisi casu, quo de probanda possessione nobilitatis eo loco ageretur, vbi & litigator, & parentes habitarunt, tunc enim, cum pene inseparabilis videatur scientia possessionis, à personarum notitia, ex quo non aliter satis illis de immunitate bonis eorum concessa liquere posit, quam si & personas cognouerint, quarum nobilitatis intuitu illuc fit, testes vtrumque, immunitatem scilicet, & personarũ notum habeant conueniet, hocque subindicant eiusdem l. illa verba: *Estuuieron pacificamente en reputacion, y possession de hombres hijosdalgo en los lugares donde viuieron por veinte años continuos, y cumplidos, y que como à tales hijosdalgo los dexauan los Concejos donde viuian de empadronar, y prendar en los pechos Reales, y Concejales, y no por otra razon alguna, y que se ayuntauan en sus ayuntamientos con los otros hijosdalgo, en los lugares donde viuian*, quo sensu, accipienda erunt sequentia eiusdem constitutionis verba, quæ pro contraria sententia *supr.* expendimus: *Pero si el abuelo huuiere sido tan antiguo, que los testigos no le pudieron conocer.* Loquitur enim de testibus, qui è loco habitationis aui producuntur, aut si mauis intelligi poterunt, & quidem verisime, de cognitionis potentia, non verò de ipsius actu, cum iuris sit certisimi, semper in eiusmodi testibus extra casum antiquitatis, potentiam cognitionis desiderari; id est, quod potuissent litigatorem, patrem, & auum agnoscere, vtpote, qui suo tempore vixerunt. Alioqui nequaquam de vniuscuiusque possesione, & immunitate, vt par est, testimonium proferret.

Cæterum vbi extra locum habitationis, in loco bonorum agitur de possessione probanda recte, illam testes probabunt, si de exemptione tantum bonorum trium personarum deposuerint, & si eorum personas, nec vnius horæ spatio cognitas habuerint, siquidem scientia exemptionis, non vero notitia personarum desideratur ad obtinendum in possessorijs nobilitatis. Quod item & 120
ex natura actionis, quæ in hanc rem ab vtraque parte proponitur, luculentius ostenditur, nam cum realis sit, vtpote, quæ pro tributis petendis, vel negandis, siue confessoria, siue negatoria intentatur, iuxta Baldum, Salicetum, & Bartulum, quibus ad-

adhæret Otalora *de nob. l. 3. part. cap. 9. num. 7.* partium, seu litigantium cognitionem minime desiderat, secundum glossam *in d. l. testium*, vbi Bartol. *num.* 2. Alber. *num. 9. ff. de testib.* sequitur multis relatis Prosper. Farinac. *d. q.* 71. *num.* 58. ideo quasi pro regula constituens, quod quando agitur de personali actione, testis debet cognoscere litigantes, secus quando agitur actione reali: quam communem omnium Doctorum sententiam appellat.

121 Nec resistit, quod pro stabilienda, contraria sententia, secundo loco expendimus, nã etsi primo obtutu, actio quæ pro nobilitate consequenda deducitur, mere personalis videatur, quasi personam principaliter respiciat; certius est realem esse, quia in id principaliter proponitur, vt immunitas competat attributis, etsi mixtam esse sibi contrarius voluerit Otalora 2. *part. in princip. num.* 3. *versic. In hac quæstione dicendum credo, & 2. par. 3. p. c. 1. n. 9.* Sed quidquid sit, dubitari nequit saltim ex verbis, & mente *dictæ l.* 8. *nouæ Recopil.* solam vicenariam scientiã, & cognitionẽ exẽptionis bonorum, absq; notitia personarum litigatoris patris, & aui sufficere ad obtinendum in possessorio, & petitorio nobilitatis. itaque in hoc inclyto Vallisoletano Prætorio (me iudice) Aula nobilium censuit, in causa cuiusdam Francisci de Paz Estrada, qui cum Salmanticæ simul cum patre & auo perpetuo vixisset, nec ad oppidum de *Villamor de los Escuderos*, vbi bona obtinebat, & parentes obtinuerunt, aliquando quisquam eorum accessisset, vt ab Incolis dicti oppidi possent agnosci: tamen ipsis de immunitate & exemptione bonorum trium personarum, spatio viginti annorum, ex propria scientia, & visu obtestantibus, absque illarum cognitione, fuit dictum, eum legitime suam possessionem probasse 12. die Octobris 1646.

122 Quibus in proposito subdam, viginti annos, exemptionis ex dispositione dictæ Cordubensis sanctionis in litigatore, patre & auo ad nobilitatis possessionem probandam requisitos, ita completos; & omnino exactos esse opportere, vt vel per horam defecisse noceat, sic indicant d. l. verba, ibi: *Y probare enteramente de si, seyendo casado, &c.* Et inferius: *por veinte años continuos, y cumplidos*, quibus notat Ioann. Garc. *de nobilit. glos. 12. n. 7. 12. 25. & 50. & glos. 26*: huiusce tẽporis perfectionem maximè esse necessariam, ob eximiam harum litium grauitatem, quæ in causa fuisse videtur, vt neglecta communi illa iuris regula, videlicet, perfectam existimari præscriptionem, cuius pauci tantùm dies deficiunt, *l. si fundum, ff. de fundo dotali, l. rerum mixtura, §. Labeo, ff. de vsucap.* de qua latissime per Tiraquell. *in l. connub. glos.* 2. *princip. à n. 9. cum sequentibus*, hanc prorsus exactam, & mathematice, vt aiunt completam; ne dum quantitate mensium, & dierum, sed horarum, item dicta sanctio voluerit, completum ergo id tantum dicitur, cuius nec minimum deficit, imò superst. *l. 2. §. excusantur, ff. de excusat. tutor. Excusantur*, inquit, *à tutela & curatoria, & qui septuaginta annos compleuerunt. Excessisse autem oportet septnaginta annos tempore illo, quo creantur, aut quo hæreditatem adijt quis, aut quo conditio, quæ testamento scripta est, completa est: non intra tempora excusationis, l. qua ætate, in fine, ff. de testament. l. vlt. C. de operib. public.* præsertim in dispositione nostræ legis, vbi eo magis, ipsius verba denotant perfectionem, quia sunt geminata, cum nec tantum vtatur aduerbio illo, *enteramente*, sed & illis dictionibus, *continuos, y cumplidos*, quæ geminatio magis enixam absoluti temporis, & perfecti voluntatem denotant, *l. Balista, cum vulgarib. ff. ad Trebel.* cui vix satisfactum videbitur, si vel hora ad prædictos annos deficiat, nihil enim actũ creditur, scribit Imperator, *l. cum Syllanianum. C. ad Senat. Consult. Syllan.* cum aliquid superst agendum.

123 Ex quibus consequenter infertur, prædictos viginti annos possessionis non solum integros; sed etiam continuos esse debere, vt patet ex d.l. fine ibi: *Continuos, y cumplidos*: continui enim ita dicentur, si nec vnius horæ spatio litigator, ipsius pater, vel avus fuerint inter plebeios descripti, aut illorum munera obierint, quoniam si id fecerint, licet per breuissimum tempus, cœptam possessionem inuertent, & quasi discontinua nequaquam proficiet, vt satis probatur ex his, quæ *sup. à num.* 51 *cum sequentibus* in id expendimus, vt annum probationis, ad professionem in quacumq; religione emittendam, ex S. Concilij Tridentini decreto requisitum, continuum, & sine aliqua, licet vnius tantum horæ interiectione esse oportere, constat; & patet quia omnis continuatio, extrema, & medium requirit, vnde data continuatione datur tẽpus perseuerãs Ant. Bard. *de tempore vtilit. cont. cap.* 2. *n.*
124 1. vbi ea de causa continuum definijt, esse illud, quod habet materiã successiuam, & continuatam, non autem interruptam, *l. seruitutes, ff. de seruit. tit. generali, l. foramen, ff. de seruit. vrbanor. præd. l. non solum, §. annus, ff. de excusat. tutor.* ergo si breuissimo vnius horæ tantum spatio; aut litigator, aut vnus ex his parentibus, qui ad dictam possessionem immunes, & absque vlla innobilitatis macula requiruntur, intra viginti annos fuerit cum plebeis ad ipsorũ munera, aut officia assumptus, nequaquam in possessorio obtineuit, vtpote, qui per viginti annos continuos, veluti dicta l. cauetur in possessione non extitit nobilitatis.

125 Ideo inquit Ioan. Garf. *de nobil. glos.* 6. *num.* 5 vnicum actum contrarium destruere anteriorem possessionem, si ad legitima tempora non ascenderit, quia tempus non erit continuum, interueniente aliquo actu contrario, aut pignorationis, aut incartationis, etiam si actus sit momentaneus, vt idẽ Ioan. Garf. indicat, *ibid. num.* 33. dum inquit, actus momentaneos non destruere possessionem iam perfectam, & legitime præscriptam, nisi ad legitimũ tempus peruenerint, ergo imperfectã possessionem interrumpent, & discontinuabunt? quod nec vllus dubitauit, si eiusmodi contrario actui, momentario licet, vel vnius horæ descripti, vel ad munus plebeiorum deputati assensus accesserit, nam si facti conscius statim reclamauerit minime noceuit, aut possessionis cursus sistet, teste Otalora *de nobil.* 2. *part. tertiæ part. princip. cap.* 1. *num.* 10. vbi asserit, per capturam pignoris nõ amitti possessionem ciuilem, quãdo is qui pignoratur nõ acquiescit capturæ, sed reclamat, & protestatur se prosecuturum ius suum citra voluntatem, ergo & animo momentis temporum non amittitur possessio, *l. peregre* 44. *in princ. ff. de acquir. possess.* ibi: *Alioquin responsuros per momenta seruorum quos non videtimus interire possessionem.*

Et confirmatur proposita sententia 126
ex textu in *l. continuus* 137. *in fine principij, ff. de verbor. oblig.* vbi actus stipulationis continuus non videtur, quando post interrogationem, qui responsurus erat, aliud agere cœpit; quamuis eadem die, alia tamen hora spopondisset, si enim vbi actuum continuatio exigitur, vnicus actus diuersus licet momentaneus destruit continuitatẽ, quãto magis viciauit, si contrarius fuerit, & si non vltra horam perseuerauerit? at in proposito, cum actus ignobilitatis non statim contrarius appareat, sed cum scientia & tollerantia illius accesserit; medium tempus inter nominationem ad plebeium munus, descriptionem, vel pignorationem, & notitiam electi? descripti, aut pignorati nequaquam efficiet. Est enim hoc quasi momentum naturæ, quod compatitur cũ ipsa continuitate, & quod ipsam minime disturbat, vt planè profitetur Consultus initio d.l. his verbis: *Continuus actus stipulantis, & promittentis esse debet, vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire possit*, hoc est necessarium, vt naturaliter responderi possit, nam si repentino aliquo simultanea promissio impediretur, hæc dilatio vti neces-

sariaactum non diuidet.

127 Constat ergo ex superioribus, vicenariam eiusmodi possessionem ad nobilitatis probationẽ, ex legis nostræ præscripto, necessariam integram non solum, & continuam absque alicuius horæ impedimento, sed trium etiam personarum esse opportere litigatoris, scilicet patris, & aui; vnde disquirendum consequenter occurrit, an sufficiat, cum pater, & auus annis viginti fuerint immunes, si litigatoris filij possessio vnius tantum horæ extiterit? finge auum decem annis, & totidem postea patrem nec censum agnouisse, nec inter plebeios fuisse descriptos decessit pater, aut filium emancipauit, certis bonis immobilibus donatis, & cum fuisset in matricula vti nobilis, & a pensitationibus immunis designatus, elapsa hora, vt plebeius incartulatur, & ad census solutionem captis pignoribus compellitur, proficiet ne hæc horaria filij possessio, vt paternæ & auitæ cumulata, trium personarum, quo ad effectum obtinendi in possessorio nobilitatis censeatur? perspicuum est sufficere, cum possessio quamtumuis momentanea, & breuissima, possessio sit

128 *totus tractatus*, *C. si de momentanea possessione fuerit appellatum*, *facit l.1.§.fin. ff. de aqua quotid. & æstiua*, ibi: *Non enim præparat hoc interdictum causam, vt superiora interdicta, nec ad possessionem temporariam pertinet*. Momenti vero, aut horæ circunstantia est accidẽs, quod non immutat speciem possessionis respectu substantiæ, nam qualitas accidentalis facit aliam rem, id est, diuersam, non tamen aliud respectu substantiæ, Ioan. Fab. *in §.omnium, num. 3, inst. de action. Socin. cons. 75. num. 14. lib.1.* vt dicimus, quod aqua quotidiana distinguitur ab æstiua, non ex aquæ substantia, sed ex vsu, & modo ducendi, *l.1.§.duo, ff. de aqua quot. & æstiua*, quo circa cum ad manutentionem vera, & realis possessio requiratur, *§. retinendæ, inst. de interd. l. Attilius, vbi Castrens. ff. de donation.* multis comprobat Ludouis. Post. *de manut. obser. 1. n. 2. obseru. 15. num. 4. & 5. & decis. 5. n. 2.* vnius horæ possessio ad manutentionem sufficit, vt ex notatis *sup. n. 23.* satis colligitur.

Et confirmatur ex eo, quod *initio, num. 36. & seq.* scripsimus, videlicet illum vere legitimam ætatem implesse, qui vltimi anni primam horam fuit ingressus, ergo pari ratione filius, qui requisitam viginti annorum possessionẽ à patre, & auo inchoatam vnius tantũ horæ immunitate perfecit, illam satis absoluisse dicetur ad effectum, vt triũ personarum possessio videatur, ex dispositione *dictæ Cordubensis sanctionis* ad obtinendũ in possessorio, vel in petitorio, si & immemorialis accesserit.

Ex quibus infertur, parum tutam videri opinionem Ioannis Garsiæ *de nobilitate, gloss. 12. num. 12. cum seqq.* existimantis, litigatoris possessionem etiã extante dispositione *nostræ legis Cordubensis*, minime fore necessariam, vbi in auo & patre, vel in auo solo, aut patre etiam solo, si in auo nullus extiterit actus contrarius, fuerit viginti annorum possessio terminata, nam cum in dicta lege pro forma substantiali exigatur cursum vicenariæ possessionis tres illas personas litigatoris, patris, & aui obtingere, vt patet, ibi: *Si alguno dixere, que està en possession de hijodalgo*, iunctis illis, *probando la exempcion, y inmunidad de su padre, y de su abuelo, que todas tres personas, el seyendo casado, y viuiendo sobre si, y su padre, y abuelo estuuieron pacificamente en reputacion, y possession de hombres hijosdalgo, &c.* & iterũ: *Pero si el abuelo huuiere sido tan antiguo, que los testigos no le pudieron conocer, que alomenos depongan dèl de oydas, y fama publica de lo susodicho, y de el padre, y de èl mismo pruebe de cierta ciencia, y sabiduria de los dichos veinte años*, ad amussim erit obseruanda, vt actus subsistat, *l. cum hi, §. Prætor. ff. de transact. l. non dubium, C. de leg.* maximè cum sit forma legis, Surd. *cons. 186. num. 19.* Castill. *controu. lib. 5. cap. 149. num. 26.* Scacc. *de commer. §. 1. quæst. 1. n. 148.* & alij apud Valasc. *axiomat. litt. F. num. 160.* frustra enim trium personarum possessionem desiderasset, si duarũ, aut vnius tan-

tantum sufficeret, quod vix de prudenti, ac prouida legis dispositione suspicari licet, *cap. si Papa* 10. *de priuil. in* 6. *cap. si Romanorum* 19. *dist.* Card. Tusch. *pract. conclus. iuris lit. F. conclus.* 520. & pluribus idem Valasc. *lit. L. n.* 14.

130 Præsertim cum ipsa decisionis ratio trium personarum necessitatem manifestè suadeat, eo enim existimo illas desiderasse, vt non aliter quis possessionem nobilitatis consecuturum statueret, quam si prius saltim possessione, ipsius familiam nobilem ostenderet, non quidem ab origine, sed ab illis tantum vltimis personis, quarum numerus possit familiam omnem repræsentare, aut efficere, tribus nempe si Consulto credimus *in l. Neratius* 85. *de verb. sign.* duo quidem familiam non faciunt, vt inquit Vlpianus *in l. detestatio* 40. *§. vnicus seruus, ff. eod.* sed tres,

131 veluti *ibidem* notat Forner. & communiter omnes cum ternarius, primus sit numerus multitudinis. Vnde tria multa dici possint notatur in *l. licet Imperator. delegat.* 1. *& in §. multis, inst. de libert.* dixit Bald. *in l. hac consultissima, in fine, C. qui test. facer. poss.* & Ioan. Bertachin. *in repertor. vers. Tria*, quia ternarius multitudinem significat, vt innumeris probat Petr. Bungus *de mister. numer. vbi de Numero* 4. præsertim ex textu in *cap. reliqui Sacerdotes* 67. *dist.* iuncta glossæ explicatione *verb. Trium.* Nam cum magnam habeat cō-

132 munionem possessio cum proprietate, vt in explicatione *l. naturaliter* 12. *§. nihil commune, ff. de acq. possess.* admonet Gothofr. ex illo Senecæ: *Stulta mortalium auaritia proprietatem, possessionemque discernit.* Conuenientissimum nostra lex censuit, vt quemadmodum propriè nobilis nemo dicitur, nisi qui ex nobili familia originem ducit, *l.* 3. *tit.* 21. *part.* 2. ibi: *Hidalguia, es nobleza, que viene à los hombres por linage.* Ita nec impropriè, aut possessione tantum nobilem quem posse decerni, ni prius de ipsius familiæ possessoria saltim nobilitate, vel hoc modo constaret.

133 Et hac ratione, dictam Cordubensem sanctionem trium personarū possessionem efflagitasse, vel eo affatim liquet, quia vt ex ipsius serie constat, ab antiquis Regni dispositionibus, hac de re loquentibus non discessit, imo illis standum expressis, his verbis prouidet: *Y probare enteramente de si, seyendo casado, ò viuiendo sobre si, y de su padre, y abuelo, en la manera que las leyes, y pragmaticas de nuestro Reyno lo disponen.* At si legis 2. *tit.* 21. *part.* 2. antiquam decisionem respicias, illum ex nobili familia descendere inuenies, qui ex tribus tantum personis, patre scilicet, auo, & proauo nobilibus originem ducit, verba dabo: *E por ende*, inquit, *fijosdalgo deben ser escogidos, que vengan de derecho linage de padre, è de abuelo, fasta en el quarto grado, que llaman bisabuelo.*

Nec aliud euincitur, ex *l.* 7. *d. tit.* 11. 134 *lib.* 2. *Recol.* vbi illis verbis: *Que todos los hijosdalgo, que son hijosdalgo de padre, y abuelo, y estunieren en possession de hidalguia de tanto tiempo acà, que memoria de hombres no es en contrario.* Duarū solummodo personarum, patris nempe, & aui possessionem requirere videtur, quoniam si verba attentius perpendantur, trium etiam personarum immunitatem, vt in dicta Cordubensi pragmatica expostulat. Nam etsi de litigatoris possessione, nil expressè disponat tacite tamen illam exigere videtur, primò ibi: *Que todos los hijosdalgo, que son hijosdalgo*, & iterum, *y estuuieron en possessiō de hidalguia*, quæ in litigatores proferuntur, & de ipsis sunt necessariò subaudiēda, vt agnouisse videtur Ioan. Garc. sibi contrarius, *d. gloss.* 12. *num.* 12. nam cum antiquiore nostro iure, *d. l.* 2. *partitæ*; quatuor personarum requisitam fuisse possessionem referret, nouiore *l.* 7. trium duntaxat requiri fatetur, nec *l.* 7. quidquam decidere de litigatore aperte. Si enim de litigatoris possessione, nec verbum quidem *in d. l.* habetur, non trium, sed duarum solūmodo personarum possessionem exegisse videtur, patris nempe, & aui, quorum duntaxat expressam mentionem facit. Nam de proauo minimè cogitauit, nisi vt illum prorsus excluderet, abrogata hac in parte antiqua lege par-

partitæ, alioqui si & proaui possessionem exposceret, nullo fauore nobiles prosequeretur, vt se facere *d.l.* constitutione iactatur sic alloquens: *Porque siempre nuestra voluntad fue; y es de hazer merced à los hijosdalgo de nuestro Reyno, &c.* imò illos difficilioris onere probationis grauaret, cum antiquæ legis parte probationi quatuor persona rum, immemorialem adiecisset, quod vix dici poterit, cum eo potius dicta l.7. emanarit, vt proaui difficilem possessionis probationem septem partito iure requisitam antiquaret, quæ licet propositæ rationi congruentior esset, quia litigatorem à numero excludebat personarum, quibus familiam repræsentari voluit, in id solum aduocans patrem, auum, & proauum, ne si ad eiusmodi repræsentationem neglecto proauo, filium, siue litigatorem admitteret, & ascendentis, & descendentis simul vicem agere videretur: nihilominus difficultas istiusmodi probationis, quę nobiliores quosque in abiectissimam censitorum conditionem redigebat, *dictæ l.7.* conditorem adeò in benignitatem impullit, vt hãc magis impropriam duarum personarũ repræsentationem in litigatore maluerit, quàm vt veritas antiquæ nobilitatis defectu probationis pateretur, quod & item Cordubensis sanctionis Auctori placuit. Sed eo tamen vberioris clementiæ moderamine, vt *dictæ l. 7.* dispositio, quæ simul cum possessione trium personarum, ab ipsa litigatoris; immemorialem immunitatis cæterorum ascendentium requirit, ad proprietatis probationem pertineat, satis esse disponens ad obtinendum in possessorio, si non amplius, quam de earundem trium personarum possessione fuerit obtestatum. Ergò planè, tam ex antiquis, quam ex nouioribus Regni constitutionibus euincitur, non alia ratione, Cordubensem sanctionem viginti annorum immunitatem tribus illis personis exoptasse, nisi, vt familia litigatoris, nobilitatis possessione honestata, constaret, vt vel hoc modo qua si è nobili familia, nobilem item litigatorem efficeret.

Quod cum ita sit nequaquam admitti poterit dicta Ioannis Garsiæ sententia, vtpote quæ menti, & rationi legis 135
resistit; nec iuuatur eo præcipuo fundamento, quo nititur; fatemur enim possessionem patris, esse possessionem filij, in ipsumque continuari cum sua causa, & vt fuit in parente, & quod filius habet promiscuam cum patre possessionem, *cap. 1. §. inter filiam, si de feudo fuerit contr.* tradit Bald. *in l. si eius, C. de leg. hæred.* facit text. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de cauf. poss. & propr. cap. cũ venissent, de instit. l. 2. ff. pro hær.* Sed hæc omnia *dictæ l. Cordubensis,* dispositioni minimè aptantur, cum non fictã, siue artificialem; vt eiusmodi vocat Alex. *cons. 24. incipien. attentis his, num. 3. vers. Et appellatur dicta possessio, lib. 3.* & Cardin. Tusch. *pract. conclus. iuris litt. S. conclus. 625. num. 17. & 19.* Sed vera, & personale possessione litigatoris, patris, & aui requiritur, vt nec semel notauimus, vbi enim personale quid exigitur, alterius facto suppleri nequit, *l. vlt. ff. de excus. tutor. l. in honoribus, §. 1. de vac. muner.* notat Petr. Pekius *in regula qui facit per aliũ 72. num. 13. in fin. de regul. iuris, in 6.*
Vnde Capellanus, cui in fundatione 136
fuit onus adiectum personalis seruitij, aut sacrificij, per substitutum illud adimplere non poterit Piasecius *in praxi part. 2. cap. 3. art. 5. num. 4.* Anton. Diana *Res. moral. part. 1. tract. 14. de celebr. Missar.* etiam si ægrotaverit, vel alio iusto impedimento, non diu laboraret, vt indicat P. Leander *quæst. moralium in sept. Sacram. part. 2. tractat. 8. disp. 5. quæst. 29.* ergo nec possessio, quæ à lege in filij persona exposcitur, patris, vel aui possessione suppletur. Maximè cum sit realis, cuius non datur translatio de vno in alium, *l. cum hæres, de acq. poss. l. 1. §. Scœvola, §. si quis testam. liber esse iussus fuerit,* ex quibus ita obseruat post antiquiores Card. Tusch. *litt. P. conclus. 426. num. 1. & 2.* etsi Ioann. Gars. *d. glos. 12. num. 14. in fin.* eiusmodi immunitatis possessionem, non rea- 137
lem, sed incorporalem esse voluerit, quia consistit in actu mere priuatiuo, sci-

ſcilicet, non ſoluendi tributa plebeia. Sed proculdubio fallitur, cum tantum abſit, vt in priuatiuo conſiſtat, quod imò eſſentia ipſius dependeat a poſitiuo, illo nempe, vt quaſi nobilis ſit in matricula deſcriptus, hoc enim neceſſario procedit exemptionem, vtpotè cauſa non ſoluendi tributa, veluti planè, illis verbis: *d. l.* oſtenditur: *y que como á tales hijoſdalga los dexauan los Concejos donde viuian de empadronar, y prendar en los pechos Reales, y Concejales, y no por otra razon alguna.* Etſi loca ſint libera, ubi officia, ſiue Magiſtratus tantū nobiles à plebeis diſcernūt, poſſeſsio illis quæſita, quomodo in priuatiuo cōſiſtet? Neceſſariò ergo realis, & in facto poſita credenda erit, vti & quę ex acceſsione, & concurſu ad cętus, & congregationes nobilium, iuxta eiuſdem l. diſpoſitionē, ibi: *Y que ſe ayuntauan en ſus Ayuntamientos con los otros hijoſdalgo en los lugares donde viuieron*, quam veram, & ſufficientem poſſeſsionem nobilitatis, reiecta diſtinctione Otaloræ 3. *part. cap.* 8. *num.* 9. probat ipſe Ioan. Garſ. *gloſ.* 7. *num.* 5. *cum ſeqq.* & rurſus, *gloſ.* 35. *à num.* 1. qui & *d. gloſ.* 7. maximè *num.* 22. ex alijs actibus poſitiuis probari ſufficienter poſſe teſtatur, dummodo iuris diſpoſitione, vel conſuetudine ſolis nobilibus compe-tant, cuiuſmodi eſt profectio ad bellū, cum vocati ſunt nobiles, teſte Otalora 3. *part. cap.* 4. *num.* 2. *ad finem.* Hæc igitur omnia ſatis perſuadent, poſſeſsionem nobilitatis nō priuatiuis, ſed imò poſitiuis, & affirmatiuis actibus acquiri, qui illam neceſſariò realem conſtituunt, & ideo intranſmiſsibilem de perſona in perſonam.

Deinde præfata Ioannis Garſiæ iura, quibus ſuam opinionem propugnat, eo facile reijciuntur, quia ex illis ſolum concluditur, poſſeſsionem cum ſua cauſa tranſire de patre in filium, & de teſtatore in hæredem, propter identitatem perſonarum, quia vt pater & filius reputantur vna perſona, *l. ne cum filio familias* 16. *ff. de furtis*, *l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſt.* ita & hæres perſonam repręſentat defuncti, & vna cenſetur cum illo, *l. cum à matre*, *C. de rei vendic. l.* 1. & 2. *C. de hæred. action. aut. de iur. iur. amor. præſt.* §. 1. At hæc tranſlationis ratio ceſſat in diſpoſitione noſtræ l. cum identitas perſonę patris, & filij proueniat à patria poteſtate, vt ex adductis liquet, & probat Anton. 138 Faber *in Iuriſpr. Papin. titul.* 8. *princ.* 7. extra quam neceſſario filius eſſe debet ex ipſius præſcripto, vt poſsit nobilitatis poſſeſsionem quærere, hoc enim ſignificant illa verba: & de filio loquitur, *ſeyendo caſado, y viuiendo ſobre ſi*, quibus notandum erit, adeò legem voluiſſe perſonam filij, quo ad eiuſmodi effectum, diſtinctā, & extraneam à parentis eſſe perſona, vt nec ſatis eſſe crediderit ſi matrimonio fuerit à paterna ditione liberatus, *l.* 47. *Tauri*, niſi & ſeorſim viuat, propria obtinens bona, quæ ſuo diſponat arbitrio, vt iam obſeruaſſe meminimus *annal. noſtris de ætate ad omnes humanos, act. requiſ. anno* 7. *q.* 34. *n.* 6.

Nec quaſi in hæredem poſſeſsionis tranſlationem admittit, *d. l. Cordubæ* edictū, cum etſi hoc fateretur, eſſet neceſſariò aſſerendum viuentibus patre, & auo, nequaquam filium poſſe acquiſiſſe nobilitatis poſſeſsionem, quaſi ipſorum nondum extiterit hæres, & viuentis nulla datur hæreditas, *l.* 1. *ff. de hær. vel act. vend. l.* 2. *de vulg. & pupil. ſubſt. l. qui ſuperſtitis ff. de acq. hæred.* Et quod abſurdius eſt, cæptam à patre, & auo poſſeſsionem, non aliter poſſe filio proficere, vt ipſius adminiculo perficiatur, quam ſi à patre ſaltim fuerit hæres inſtitutus, & hæreditatem agnouerit, quę prorſus à dictæ conſtitutionis mente, & verbis abhorrent, fruſtra enim de filio requireret, *que viuieſſe ſobre ſi*, id eſt, in nullo à patre pēdens, ſi defunctum patrem tunc acquirendę poſſeſsionis tempore voluiſſet. Ergo ſiue realem, ſiue incorporalem, & in priuatiuo conſiſtentem nobilitatis poſſeſsionem accipiamus, ſemper intranſmiſsibilem futuram erit dicendum, quoniam patris, & aui poſſeſsio ex diſpoſitione *d. l.* non proficit filio, vt tranſlata in ipſum, ſed per modum coa-

coaceruationis, & adminiculi ad suam possessionem perficiendam, vt *in l. Pōponius 13. §. cum quis vtitur adminiculo, ff. de acquir. possess. & in l. 16. tit. 29. par. 3.* ergo & possideat ipse saltim per horam, consectarium erit, si legis formæ adhęrendum placet.

139 His subdam, voluntatem mulieris nec per horam durare iure præsumi; mutatur enim ter in hora; si Baldo credimus *in l. vlt. col. 3. vers. Et die quod mulier, C. de suis, & legit.* vbi cum alijs, hanc item exhibet causam; vt mulier ad feudi successionem non admittatur, cum vassallus debeat esse cōstās; *cap. 1. tit. de no. forī. fid.* extant eiusdem sententiæ Iacob. à S. Georgio, Nicol. Neapol. Iacob. Aluarot. & alij, quorum meminit Tiraq. *in ll. connubial. l. 9. glos. 1. p. 9. num.* 132. adducit eandē rationem D. Gars. Mastril. *de Magist. lib. 2. cap. 4. num. 17.* vt à publicis muneribus fœminas ableguet, & probari videtur ex textu *in l. filia in orbitate 20. C. de inoffic. test.* vbi Imperatores Diocle t. & Maxim. voluntates mulierum momentarias vocant, id est, singulis horæ momentis mutantes, vel momentarias dixit; vt illas de hora in horam mutari significaret. Stat enim aliquando momentum, pro hora, vt *sup. in perhorario* notauimus, *n.* 34.

140 Inde passim mulierum genus conuicio mutabilitatis afficitur, *cap. forus, de verbor. sign. cap. de viduis 227. quæst. 1.* sic à Montal. *in l. 1. glos. 1. vers. Est enim mulier, tit. 7. lib. 4. fori ll.* Didac. Perez *in l. 1. vers. Quæstio dubia esse potest, tit. 2. lib. 5. ordinam. pag. mibi* 86. Mascard. *de prob. conclus.* 181. *num.* 39. Petr. Gregor. *sintag. lib. 32. cap. 13. n. 2.* Vincent. Turturet. *in paralel. ethic. & iuridic. obseru.* 48. *in iuridicis*, vbi post alia, ipsarū inconstantiæ tribuit, quod nulla, aut rara inter fœminas sit amicitia, obtestante Platone *libr. de claris*
141 *mulieribus*, quas cum summis laudibus affecisset: *Graue, inquit, est omnino pronuntiare, ad solam amicitiam esse parum idoneas.* In amicitia, prosequitur Turtur. *constantiam desideramus, a qua mulieres abesse, tam certum est, quam quod certissimum*, notauimus item *annalibus nostris de ætate, anno 14. quæst. 43. num.* 12. ex quo nec immerito, vt rarum & singulare exclamat testatrix illa apud Paulum I. C. *in l. Titia 35. ff. de auro, & argento legato*, Titiam amicam habuisse, cum eaque sine mendacio vixisse: *Titiæ amicæ meæ, inquit, cum qua sine mendacio vixi auri pondo quinque dari volo.* Mirādā quippe hæc fœminarum
142 amicitia, sed magis mirandum absque mendacio fuisse; cum adeo sit inconstantiæ, velut consectarium mendacij vitium, vt quasi earū proprissimū credatur, etiam à Iustiniano *Auth. de nupt. §. quæ vero nunc.* In quibus de fœminis scribit, *omnino periurium promptum est*; qua de causa abrogauit legem Iuliam Miscellam, quę à mulieribus iuramentum exigebat; nempe quod ad secundas venirent nuptias filiorum causa hoc agere: si volebant accipere legata, & relicta sub ea conditione; quatenus ad secundas nuptias non venirent. Et sublato iuramēto permisit Imperator accipere relictum: *Cum vtique periurium esset in promptu: filiorum vero procreatio in fortunæ muneribus iaceret*, vt ipse subijcit. Eoque & aliam constitutionem ex veteribus abrogatam voluit, vt de re non dissimili: nempe quod matres gesturæ curam filiorum iusiurandum darent; quod ad secunda vota non transirent, sed toties peierabant, quoties iure iurando hoc asserebant: *Et toties, inquit, scimus præuaricatam legem, & ius iurandum periurium datū, quoties pene datum est*, quod ex suis Græcis didicisse obseruat Vincent. Turtur. *vbi proxime*, quibus velut *in prouerbio erat:*

Muliere iurante ridet cœlum,

Et aliter:

Mulieris ius iurandum in vino scribo.

Ex quo in multis à testimonio ferendo arcentur fœminæ; veluti abundè satis probat Didac. Perez loco *vbi sup.*

Fœminarum ergo hæc varia con- 143
ditio est in causa, teste Decio *conf.* 163 *in causa matrimoniali circa finem, vers.*

19. *non obstat*, vt licet nemo præsumatur repente voluntatem mutare, *l. non ad ea, ff. de cond. & demonst. cap. maiores, de baptism.* quo circa suspicione falsitatis laborat testis, qui de subita voluntatis mutatione deponit: cum in testibus verisimilia tantum credantur, *cap. quia verisimile*, vbi notat Panor. *de præsumpt.* Hoc tamen cessat, si de repentina mulieris mutatione voluntatis appareret; & si contrarium magis placuerit Carolo Ruino *cons.* 151. *gratissimum, fol.* 3. *vers. Tertio fuit dictum, lib.* 5. sed mihi magis probatur sententia Tiraquel. *vbi sup. num.* 133. qui boni viri arbitrio id relinquit, vt inspectis negotij, & personarum circunstantijs rem securius definiat, cum nec omnes variæ, & mutauiles sint, & vt in plurimum non nisi habito respectu ad virilem sexum, veluti optimè in proposito admonuit Mascard. *de conclus.* 181. *n.* 40.

144 Subiungam item, illum falsitatis nimis suspectum haberi, qui ignorare dicit factum iam diu secutum, cum tamen recenseat diem, & horam illius, adhibitis circunstantijs vbi erat, quid fecit, quod edit, & bibit, quos sermones habuit, & cum quibus. Nam & si quis non teneatur recordari de tempore, si tamen ait, non recordari de facto memorando, & de non memorandis ad amussim recordari dicat, verisimiliter suspectus est, ita Hort. Caualcan. *in pract. & theor. testium, part.* 4. *num.* 95. vtpote, & qui memoriam negat habere de his, de quibus verisimiliter recordari potuerit, puta de facto proximo, & de re admodum notoria, argumento *l. peregre* 44. *ff. de acq. possess.* vbi notant omnes Bartol. *in l.* 2. *§. si quis autem, C. de vet. iure enucleand.* Innocent. *in cap. qualiter, & quando, de accusat.* secus in factis antiquis, de quibus non præsumitur memoria ex Bart. *cons.* 65. *col.* 4. *lib.* 4. Alciat. *de præsumpt. præsump. reg.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 308. *num.* 7. & Caualcan. *vbi supr. p.* 5. *n.* 151.

145 Nec minus falsitate laborant, qui superstitione magis, quam arte, ex cuiusque natiuitatis hora, ipsius mores, casus, & interitum certo se prædicere iactant. Hi sunt Astrologi, qui & *Genethliaci appellati sunt*, inquit D. Augustinus in *cap.* 1. 26. *quæst.* 4. *Propter natalitiorum considerationes dierũ. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursus, nascentium mores, actus, & euentus prædicere conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur, interpretantur. Hi sunt, qui vulgò mathematici vocantur, cuius superstitionis genus, constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum quomodo se habeant, cum quisque nascitur*, ex quo etiam textu paulò inferius cõstat, Horoscopos item eos fuisse compellatos, vtpote obseruatores horarum: *Horoscopi dicti*, prosequitur, *quod horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso facto.* Nec hominum tantum, sed & Regnorum, ciuitatumque fata profitentur, hac arte posse prænoscere, obseruata enim astrorum cõpositione, quæ fuit cum vrbes conderentur. Vt fecit hoc in vrbe Roma rogatu Varronis, quidam Tarutius Mathematicus, vt *in Romulo* tradit Plutarchus, & Cicero *lib.* 2. *de Diuinatione*, & apud nostros (vt domestico id stabiliamus exẽplo ataui nostri) miles quidam, natione Italus astrorum peritissimus; Is ergo cum obsessa à nobis esset Antiquarensis ciuitas, & Ferdinandus Infans, qui tunc castris aderat cum Roderico Roderici Narbaez, & Ioanne Roderico Narbona fratribus (vterque vt clarissima Roderici de Narbona progenies, & extrenui milites, & Ferdinandi à cubiculo, & consilijs) de rebus discrimineque belli ageret; ad illos accessit, & in spem felicissimi euentus, accendens, ciuitatem, prædixit à mauris fore proxima die, eripiendam. At cum hoc maximè à Ioanne Roderico Narbona, ut leuissimum irrideretur: ne contemnas addidit, ex astris didici, & quod tu parricidio anno ætatis septuagesimo decedes. Res ita se habuit, nam ciuitas die sequenti fuit capta, & Ioannes

cum

cum senio, & militiæ laboribus confectus domi quiesceret, ictu tabulæ, quæ Roderici Narbona filij sui, ab auique nostri effigiem referebat, & ex alto delapsa in ipsius caput concidit, dum annum ageret septuagesimum, vt prædixerat miles Toleti, occubuit. Sicque à nostris proauo, & auo, Ildephonso videlicet dicti Roderici filio, & Didaco de Narbona pluries eximium parentem D. D. Ildeponsum de Narbona accepisse, nec semel audiuimus, & legisse retulit D. Thomas Tamaio de Vargas Regius Philippi IV. Historiographus, *in perpetua Historia*, nondum typis mandata, cui titulus: *Memoria del Señor Rey Don Iuan el Segundo, escrita por vn su Escudero.* Sed hanc futurorum cognitionem nemo astris adtribuet, ope potius credens præuisa Dæmonis, cui Regnorum, ciuitatumque excidia latere non solent; teste D. Augustino *in cap. sciendum 2. eadem causa, & quæstione*, ibi: *Quatenus prescij videantur*, Maligni scilicet spiritus, *quid in singulis Regnis, aut locis venturum.* Hoc enim ex sola Horoscopi inspeccione, si forte certum fundationis acceperint, merito, vt vanissimum negligit Cicero *vbi supr.* cum de L. Tarutij vrbis Romæ prædictione agit, his verbis: *O vim maximam erroris, etiam ne vrbis natalis dies ad vim stellarum, & Lunæ pertineat? fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit, num hoc in latere, aut in cœmento, ex quibus vrs effecta est potuit valere?* Ergo merito, vt falacissimam iudicandi hanc artem, siue in ciuitatibus, siue in hominibus prohibitam legimus, ad cuius exprobationem quam plura erudite congerit Benedict. Pererius *de magia, lib. 3. de diuinatione astrologica.* Et si D. Augustinus *in dicto cap. 1. in*
146 *fine.* Eo nunc præsertim vetitam enunciet, ne postquam Christi natiuitas, & diuinitas stellis innotuit; alterius creaturæ natalitium astra subseruiant:

Primum autem genus, inquit, *id est, stellarum interpretes, Magi nuncupabantur, sicut de his legitur in Euangelio qui natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt, cuius artis scientia vsque ad Christum fuit concessa; vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur.* Ex quibus, dubia prorsus redditur sententia existimantium, Magos non ex astrologia, sed ex diuina reuelatione Christi Domini natiuitatem cognouisse, vt nonnullis suadere contendit Torreblanca *iuris spiritualis, lib. 10. c. 3. n. 35.*

Cuius scientiæ (si scientiam illam compellare licet) falsitatem, mendaciamque procul à recto viro desiderat D. Matthæus Lopez Brauo, *libr. 2. de Rege, & regendi ratione*, elegantissimis hisce verbis; *Hoc certissimum; omne mantiæ genus falsum, noxium & expellendum. Nec astrorum prædictio hanc legem effugiet, si natalitijs imprudenter incumbas, si quærentibus satisfacias, si cum nec Medicus, nec Agricola, tempora eligas, si in annorum reuolutionibus inani spe, & metu copiæ, & inopiæ ciues afficias; si magnos errantium synodos, & octauæ sphæræ nondum agnitos motus, nouissimeque spectatos Planetas obseruans, certum Imperio, & quod impium est, certum etiam Religioni diem statuas*, quia vt ipse postmodum ratiocinatur: *Omnis enim ex Astrorum prænotione magia & superstitio: & inutilis Dæmonum communio, & inuocatio.* Quibus verbis nedum Iudiciarios, sed Haruspices item exprobat, vtpote eiusdem fallatiæ & superstitionis auctores, cum ex eodem D. Augustino *in dict. c. 1. Haruspices sunt nuncupati, quasi horarum inspectores: Dies enim, & horas in agendis negotijs, operibusque custodiunt: & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt*, quorum iam *in Antelog. num. 133.* meminimus.

MINVTA HORÆ SECVNDÆ.

Vi ex priuilegio habent ius celebrandi ante Auroram, quibus horis ante ipsius splendorem id facere possint, 1.

Regulares S. Francisci, & S. Dominici tribus horis ante Solis ortum, Missam ex priuilegio celebrant, 2.

Priuilegium aliquid addere debet concesso à iure communi, 3.

Episcopus, & Commissarius S. Cruciatæ concedere possunt facultatem celebrandi ante lucem, & quomodo hoc accipiatur, 4.

Cappellani Cardinalium, an illis absentibus gaudeant ipsorum priuilegijs, quo ad Missæ celebrationem in eorum capellis? 5.

Interruptio Rosarij, Coronæ, Officij Diuini, aliarumque orationum, tam ex præcepto, quàm ex voto, aut pœnitentia, si duas horas excedat, an sit lethale? 6.

Interpositio, nisi modici sit temporis facit alium actum, 7.

Verius est interruptionem quarumcumque precum, & si duas, vel tres horas excedat, nullam culpam inducere, 8.

Continuatio non est de essentia Diuini Officij, aut alterius orationis, quia singuli versiculi sunt per se laudatio, vel precatio quædam, 9.

Discontinuatio orationis, vel Officij Diuini, absque iusta causa non caret scrupulo, 10.

Matutini officij Nocturna, an sine causa possint discontinuari, & quare? 11.

Causæ illæ excusant à veniali, in discontinuatione orationum, quæ saluti, & famæ alicuius conducunt, 12.

Iudex, qui dum recitat aliqua expedit, aut præcipit non peccat, ibid.

Recedens à prandio in diebus ieiunij animo reuertendi, etiam si per duas, vel tres horas reuertatur, potest iterum, absque ieiunij fractione edere, 13.

Qui die ieiunij à mensa animo non reuertendi discedit, si post horæ quadrantem, aut paulò plus tantum reuertatur, prandium nilominus prosequi poterit, 14.

Actus quando geminati dicantur, ibidem.

Ordines hora noctis secunda collati valent, 15.

Vbi collatio beneficij, & susceptio ordinum eadem die concurrunt, si de certa ordinationis hora appareat, ordinatio anterior, & præcedens collationi, absque hora creditur, ibid.

Noctu ordines celebrari de iure præcipitur, at hodie aliud obseruatur, 16.

Transactio hora secunda noctis facta valet, 17.

Hora secunda noctis apud Romanos,

quæ

Iximus *Hora præcedenti* ex vulgari omnium placito, licère Sacerdotibus, quasi ex iure cõmuni per duas fere horas, ante primam Solis illustrationem, quam Auroram vocamus, Missæ Sacrificium inchoare. Nunc verò in priuilegiatis, ad duas integras horas, id saltim extendimus, ita, vt siue Cardinalibus, siue alijs, quibus ex benignitate Pontificia, aut Cõmissarij S. Cruciatæ (cui & hoc licere probat Machad. *in Perfecto Conf. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 11. *docum.* 8. *n.* 1. indulge- 1

tur celebratio ante Auroram, competat illam duplici retro hora ab ipsius splendore incipere. Imò & si Scort. *de Sacrif. Missæ*, *lib.2.cap.15.num.4.* fides adhibenda est, de Cardinalibus agens, contendit posse per duas horas cum quadrante alterius, ante Solis ortum, Sacrificium perficere. Vel per
2 duas horas & dimidiam alterius; vt tenet Vazquez *in 3.part.tom.3.disp.233. cap.3.n.27.* Laym.*tract.5.c.4.n.3.* Hurtad. *disp.4. diffic.4.* qui etiam ad tres quadrantes supra duas horas extendunt. At quid mirum? cùm tantùm hac in parte Regularibus S. Dominici, & S. Francisci detulerint doctissimus P. Suar. *in 3.p. tom.3.q.83. art.2. sect.4. vers. Tertia exceptio*; Mirand. *in manuali Prælat. q.40. art.10. concl.2.p.1.* Hier. Rodrig. *in cõp. q. Regul. res.25. de celeb. Missar.* & nouissime P. Leander *resol. mor. in sept. Sacram. p.2. tract.8. disp.6. q.3.* vt hoc illis, etiã per tres horas ante Solis ortũ, licere contestari, non sint veriti. Imò & illicò a matutino, post duas horas mediæ noctis, vt cũ Ioanne de la Cruz *in direct. cõscien. p.1. de Sacram. Missæ, q.2. dub.1. concl.3. in fin.* tenet Dian. *p.2. tract.14. q.33. ad finem*; exactè P. Leander *d. tract.8. q.4.* & Machad. *vbi prox. n.3.*

3 Et adducuntur in has sententias, ea vnica ratione, quia priuilegiũ nihil operaretur, nisi aliquod tẽpus adderet tẽpori, quo de iure cõmuni, & iuxta receptissimã sententiã licet cuiq; Sacerdoti Missæ celebratio. Ita Suar. *loco citat.* Rodrig. *in sum. verb. Missa c.243. n. 1.* AEgid. Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ lib.2. §.5. dub.3. n.4.* Ergo cũ hoc sit ferè duarũ horarũ, vt dicta *H. 1.* ostendimus, minimè à ratione videri debet extraneũ, si huic tẽpori priuilegiũ, vel quadrantẽ, vel aliã horã subiũgat. Quare huiusmodi sententiã, quasi verissimam amplectitur AEgid. Trul-
4 lench. *sup.* vbi itẽ subdit, posse Cõmissariũ Cruciatæ indulgere facultatẽ celebrandi per horam ante lucem, ita, vt supposita dispositione iuris cõmunis, possit Missa inchoari per duas horas, & quartam, vel dimidiam partẽ vnius, ante ortum solis, consentit Bustam. *in ceremoniali lib.1.c.4. Rubric.15. num.7.* P. Leander *d. q.3.* quod item, & de Episcopo sentiunt Reginald. *lib.29. n.174. in fin.* Fagund. *præcepto 1. Eccles. lib.3. c.17. n.16.* P. Garf. *in sum. de excellent. Sacerd. tract.3. dif.8. dub.1. punct.2. n. 13.* ex Siluestro *vers. Missa 1. q.6.* & Azorio *p.1. lib.10. c.25. q.5.* qui hanc facultatem dispensandi, iusta intercedente causa, ad duas horas extendunt, Eminentissimus Card. Branc. *in decis. de priuileg. Cardinalium quo ad celebrationem Missæ in eorum capellis*, apud Dianam *p.6. resol. mor. tract.8. misc. res. 40.* qui tandem his verbis totam rem digerit: *Et saltem ex supradictis certum est, quod simplex Sacerdos, preciso priuilegio, Missam inchoare potest per mediam horam ante initium crepusculi, & Auroræ (tempus illi concessum de iure) & hoc quia sufficit, quod Missa desinat circa initiũ Auroræ, idem dicendum sit de Cardinalibus, eorumq; Cappellanis, qui poterũt incipere per dimidiũ horæ ante tẽpus concessum. ex DD. sentẽtia, hoc est duarũ horarũ cũ quadrante, & sic per duas horas, cũ tribus quadrantibus, vt Missæ sacrificiũ terminare cõtingat per duas horas cũ quadrante ante solis ortum, cum sacrificiũ cõmuniter spatio horæ perfici soleat.* Quod 5
item probabiliter, & ad cappellanos extendit, vt possint etiã, absentibus Cardinalibus, in eorũ cappellis pro ipsorũ familiæ cõmoditate, dicto tẽpore, celebrare. Et si probabilius contrarium arbitretur, seque non permissurũ concludat, eo absente, cappellanum in sacello ante Auroram celebrare, quasi hoc Cardinale Missam audiente, tantùm licitum putet.

Vtrum autem interruptio Rosarij, coronæ, Officij Diuini, aliarumq; orationum, tam ex præcepto, quàm ex voto, iuramento, aut Confessoris iniunctione debitarum, si duas horas excedat sit peccatum mortale? nondũ in comperto est. Affirmatiuam partem defendunt plerique vt Nauar. *de oratione, c.16. n.75.* Suar. *lib.4. de Hor. Canon. c.24. n.10.* Vazq. *opusc. de Benef. c.4. §.1. dub.96. n.109.* Regin. *to. 2. lib.18. c.12. sect.4. n.162.* Ioan. à Cruce *in direct. 1. p. præcepto 3. art.3. dub.4. conclus.2. in fine*, Molfes. *in sum. tom.1.*

tract. 5. *cap.* 2. *num.* 38. Carol. Macign. *cap.* 87. *num.* 12. Rag. *de offic. Canon. in choro quæst.* 14. *num.* 4. Homobon. *de exam. Eccles. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 39. Schillant. *de obligat. cler. p.* 1. *dub.* 15. *n.* 48. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 66.

7 Quorum illa potissimum ratio existit, quia notabilis quælibet interruptio, adeo orationem, vel Diuinum Officium discontinuat, vt vna oratio, aut vnicum officium dici nequeat: cum interpositio faciat alium actum, nisi modici sit temporis, *argum. l. continuus, in princip. ff. de verbor. oblig.* cuius quantitatem; nec ausus fuit definiri Nauarr. *vbi sup. num.* 71. sed arbitrio prudentis æstimandam relinquit, *per text. in l.* 1. *de iure delib. & c. de causis, de offic. deleg.*

8 Nilominus alij in contrarium procliuiores verius existimant, nullius culpæ, salti m læthalis reatum incurrere, qui nedum duabus horis, sed & maiori distractione preces, vel orationes, etiã sine iusta causa disecant. Amplectuntur hanc opinionem Laym. *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 6. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 24. *dub.* 11. *num.* 24. Læsius *de iust. lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 10. *n.* 57. Ledesm. *in sum. part.* 2. *tract.* 9. *c.* 1. Aragon 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. *in fine*, Zanard. *in direct. p.* 2. *c.* 23. *in explic.* 3. *præcepti*, Naldus, *versic. Diuinum Officium, n.* 4. Ioan. Machad. *in Perfect. Confess. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 2. *docum.* 3. *n.* 6. August. Barbosa *in collect. ad c. dolentes, n.* 19. *de celebrat. Missar.* Vincenc. Candid. *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 23. *dub.* 4. vbi apposite satis inquit, interruptionem Rosarij, Coronæ, aliarumque orationum, ex voto, vel confessoris præcepto debitarum, & etiam ipsius Diuini Officij ex præcepto Ecclesiæ debiti, absque iusta causa, etiam si duret per vnã, vel duas horas non esse peccatum mortale, neque esse repetendum, quod antea recitatum est, idem ex Caietano, affirmat Anton. Dian. *resol. moral. p.* 2. *tract.* 12. *de Horis Canonic. resol.* 4. & nouissime P. Leander, *resol. moral. in Septim. Sacram. tract.* 6. *disp.* 13. *quæst.* 20.

9 Eò videlicet, quia continuatio, non est de substantia materiæ præceptæ, & ideò quamuis interruptio duret per vnam, vel duas horas, manet tamen substantia precum quoniam singuli psalmi, & singuli versiculi, sunt per se, vel precatio quædam, vel laudatio, vel sententia, nõ habens cũ reliquis connexionem, vt penè omnes sentiunt, maximè Læsius, Diana, Candidus, Machado, & Leander, *vbi sup.*

Nihilominus subiungit Candidus, 10 eiusmodi interruptionẽ orationum ex voto, vel ex præceptò debitarũ, nõ carere culpa veniali, si absq; iusta causa adhibeatur, quia vt est irreuerentia sermone, vel cõfabulatione cũ aliquo cęptam interrũpere, ita & orationẽ, quæ conuersatio est cũ Deo impedire, indecens putabitur; vt docet Aragon *vbi sup. §. de interruptione quæ in Officio Diuino.* Quod an procedat interruptione Nocturnorum in Matituno? dicemus *infra H.* 3. 11

Ceterùm ab his omnibus discedens D. Ioann. de Escob. *tract. de Hor. Canon. q.* 4. *n.* 37. mediã eligit viã, & primã opinionẽ verã & sequendã arbitratur, quãdo interruptio fit absq; honesta & rationabili causa, vt si obludũ volũtariũ, ob loquẽdũ obscęna, ob meretricãdũ, ob risus, & iocos. Secũdã verò & oppositã, nonnisi tunc admitti t, cũ ex iusta causa, aut indifferẽti, oratio, siue Officiũ Diuinũ discõtinuatur, hoc casu inquit, quãuis magna fuerit interruptio, nullũ aderit peccatũ, nisi causa indifferens fuerit omnino voluntaria, & quæ commodè absq; proprio, vel alterius damno posit in aliud tempus differri, nã tunc si magna fuerit interruptio aderit veniale, secus verò si modica, vt puta quadrantis vnius horę, vt ipse explicat *n.* 42. ex S. Fausto *q.* 100. & 101.

Quę autẽ sint iustæ causę interrũpendi (etiã absq; veniali) Rosariũ, orationes, vel Diuinũ Officiũ, & si regulariter à prudentis arbitriò pendere videatur; illas tamẽ, vt tales rècensent Nauar. *de oratione, n.* 68. & 69. & Candidus *d. loco, vers. Dico octauo*, quæ saluti, honori, famæ, aut alijs bonis nostris, vel proximi necessariæ, cum tales sint, 12

vt prope dicebamus, quod in aliud tẽpus cõmodè differri nequeant. In quarum numero etiam reponit Nauarus *num.*70. studium, vel lectionem tunc necessariã, aut in Iudice expeditionem vrgentis negotij. Vnde inquit, nec dicerem peccare iudicem, qui dum recitat festinanter, interpellatus aliquid constitueret, aut breuiter præciperet, & deinde Horam cœptam continuaret. Addit, & aliàs D. Ioann. de Escobar *vbi sup. num.* 37. meditationem scilicet inter recitandum, exercitium pietatis, aut misericordiæ spiritualis, aut corporalis, vtpotè eleemosynam, cõsilium bonũ, doctrinã, reprehensionẽ, cõsultationẽ necessariã proximo. Exonerare aluum, potionem sumere, excipere hospitem, ne inurbanus videaris, habere verba cum socio ad intelligentiam eorum, quæ recitantur, vel ad maiorem deuotionem, famulo præcipere aliquid, aliquid notare, seu scribere, quod interius mentem vexat, lumen accendere, libros quærere, & his similia.

Qui quidem etiam ibidem notat, hæc non procedere respectu prolationis verborum cuiuslibet formæ Sacramentalis, cum in his continuitas adeò sit de substantia, vt quælibet interruptio, vel alterius actus interpellatio, etiam ex honesta, & necessaria causa eas viciet, propter defectum significationis: Secus ac in recitatione alterius orationis, aut Diuini Officij cuius singula verba suam continent sententiam, aut deprecationem, vt iam notauimus.

13 Quibus consectarium est, quod de interruptione prandij in die ieiunij tradit Lancius *in selectis disp.*52. *num.* 4. & ex illo Anton. Dian. *resol. moral. part.*1. *tract.*9. *de ieiunio, resol.*32. *in princip.* videlicet recedentem à mensa animo reuertendi, etiam post spatium duarum horarum posse reddire, & iterum edere absque fractione ieiunij. Quod item ex Bonacinæ sententia esse videtur, *tract. de legibus disp. vlt. quæst.*1. *punct.*3. *num.* 10. cum ita è prandio abeuntem, si animum habuerit illud prosequendi, nullam culpam incurrere affirmet; licet post longam moram fuerit reuersus. Et si id, non nisi in modica interruptione verum putent Reginald. *tom.*1. *lib.*4. *c.*14. *num.* 177. Azorius *part.*1. *lib.*7. *cap.*11. *quæst.*1. cuius quantitatem boni viri iudicio definiendam committunt.

Quorum opinionem, solum eo casu veram existimarem, quo ieiunans animo non redeundi à mensa surrexit. 14
Tunc enim, si post modicam interruptionem, vt puta quadrantis horæ, aut paulò plus denuo sederit, impune mãducauit. Est enim probabile, ex hoc, minime frangi ieiunium, quia ob breuem interea pedinem reputatur vnica comestio, ex Filliucio *tom.*2. *tract.*27. *part.*2. *cap.*2. *quæst.*10. *num.*41. Molfes. *in sum. tract.*10. *tom.*1. *cap.*5. *num.*27. & Portel. *in addition. ad dubia Regular. verf. Ieiunium, num.*10. qui breuem interruptionem in proposito sesquihoræ appellat; refert Diana *vbi proximè*; conducit text. *in l. plerique* 33. *ff. de ritu nuptiar. l. diuortium* 3. ibi: *si breui reuersa vxor est, nec diuertisse videtur, ff. de diuortijs*, ex quibus vulgo iactatur, non videri eum recessisse, qui nec post longum interuallum reuertitur Hort. Caualcan. *de Brachio Regio, part.*2. *n.*240.

Ex dictis infertur, duarum horarum interuallum saltim desiderari inter actum, & actum vt geminati, & diuersi iudicentur. Quoniam vbi geminati requiruntur, non sufficit, si simul fiant, sed temporis aliquo interstitiò discriminetur operæpretiũ erit, veluti sentit gloss. *in l. si conuenerit, ff. de pignor. actione, & in cap. ab eo, verf. instanter, de appel. in* 6. Bald. *in l. qui fidem, C. de non num. pecun.* qui etiã *in prœm. C. in fin.* inquit, quod perseuerãtia dicitur, cũ quis pluries diuersis temporibus confitetur, & rursus *in authent. de nouo iure, n.* 5. *C. de seruis fugit.* quam sequuntur Bart. & Ang. *in l. eum qui, §. idem dicit, ff. de furtis*; furta inquit eodem tempore facta, non dici plura, vt durior pœna imponatur propter consuetudinem delinquendi, sed temporis requiri interuallum, non aliter, ac cum quis tri-

tribus edictis est citandus, non sufficit, si eodem tempore ter citetur; sed opportet, quod temporis interposito aliquo spatio id fiat, ex eodem Baldo *in cap. ex litteris, de const.* & Nicol. Anton. de Palma *in praxi rerum notabil. part.* 1. *gloss.* 23. *num.* 19. quod quidem interuallum duarum saltim horarum sit conueniet, vt satis liquet contrario argumento *l. quod ait lex* 23. §. *quod ait lex* 2. *ff. ad leg. Iuliam, de adulter.* ibi: *Et si interpositis horis adprehensa est à patre, qui persequebatur, incontinenti videbitur occidisse.* Secus verò si interpositis horis à patre, qui illam non persequebatur, fuisset occisa, quia non incontinenti, sed alio tempore interfecta videbitur.

15 Pro validitate ordinum, quos in partibus hora noctis secunda quidam susceperat, aliquando apud Rotam dubitari contingit, teste Crescentio *decis.* 4. *alias* 169. *de praesumpt. in editis à Charisio*, & adeò validos, & legitimos Domini supposuerunt, vt etiam beneficij collationem eadem die (hora tamen incerta, vtpote de qua non constabat) antecedentia ordinum ratione certae horae, vt initio obseruauimus,

16 communi assensu decreuerint. Etenim iuris dispositione ordines noctu celebrari praecipiebantur, *cap. quod à patribus* 4. 75. *dist.* obseruat August. Barbos. *iuris Eccles. vniuers. lib.* 1. *cap.* 33. §. 2. *num.* 172. Sed cum liceat, antiquam consuetudinem in melius commutare, haec omnino abrogata cernitur, & ordines vespertina hora haudquaquam conferuntur, vt optime ratiocinatur P. Suar. *tom.* 3. *de Sacram. disp.* 8. *sect.* 4. §. *sed quaeres.* Praesertim, subiungit Roderic. Acunha *in d. cap. quod à patribus* 4. *num.* 1. quia Pius V. motu proprio vetuit omnes nocturnas, vel Matutinas Missas, etiam in Sabbato Sancto.

17 Similiter transactionem hora secunda noctis factam, vim obtinere proferunt Imperatores *in l. minorem* 20. *C. de transact.* hac verborum serie: *Nec enim ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc secunda hora noctis intercessisse proponas, cum nullum tempus sanae mentis maioris vigintiquinque annis consensum repudiet.* Horam secundam noctis hic explicat Gothofred. septimam post meridiem, & Brederodius *in Thesauro iuris, verb. Hora*, auctoritate huius leg. horam secundam noctis Romanorum, nobis esse septimam post meridiem affirmat, at rectius Forcatul. *in Auiario iuris, cap.* 10. *num.* 2. secundam horam noctis hac specie, duas horas noctis, post diem finitum significare mavult, nobis octauam.

Aliter enim Accursius *in d. l.* secundam noctis horam subaudit, nempe pro Galli cantu; sed vereor ne id sinistrae cum ales hic hora decima noctis canere incipiat, audi Virgilium *in Moreto*: 18

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
Excubitorque diem cantu praedixerat ales.

Id est, duabus horis ante primam lucem, & finitam noctem, quae duodecim horas complectitur. Vt etiam Glossographum nostrum increpans expendit Stephan. Forcatul. *vbi proxime n.* 1. nam etsi more Romano, quo & nos vtimur, diem à media nocte viginti quatuor horis metiamur, adhuc horam secundam, perperam gallicinium vocasset, quod ciuili, vel artificiali die, vt ostendimus, decima hora accidit, quarta scilicet, post initium diei ciuilis, Romanique, & nostri Horograph.

Hac igitur noctis hora, transactionem interpositam valere, probatur *ex d. l.* 20. & quidem difficili collectione, cum ex eo, inferant Imperatores, huius conuentionis stabilitatem, quia nō minor auctoritas transactionis, quam rei iudicatae existit. Ex hac verò conuenientia, contrarium potius eliciendum videbatur, cum sententia diffinitiua noctu fieri nequeat, Vancius *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. num.* 132. obseruat Petr. Gilkenius *in d. l.* 20. *num.* 3. *cum seqq.* & multis Polidor. Ripa *de nocturn. temp. cap.* 34. *à num.* 7. Ergo nec transactio sententiae simillima, eod tempore inita valebit. 19

Sed

20 Sed quidquid alij ad huius leg. explicationem somniarint, mihi tamen verius probatur, Imperatores ibidem illam sententiam, aut rem iudicatam transactioni æquiparasse, quæ fuerat consensu partium, etiam in congruo tempore prolata, cum iuris sit inconcussi, sententiam ipsis annuentibus, validè quamuis nocturno tempore proferri. Vancius *vbi sup.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 62. *n.* 4. Maranta *in specul. iudic. part.* 9. *verb. & demum fertur sententia, n.* 92. *vers. item si ambæ partes*, & quam plures alij, quibus hanc sententiam irrefragabilem dicit Polidor. *dicto loco, num.* 45. *& deinceps.* Quo supposito, rectè deducitur, transactionem à contrahentibus voluntarie nocte celebratam consistere, ex quo ipsius non minor auctoritas est, quam rei iudicatæ, item nocturno tempore consensu partium emissæ, quæ proculdubio tenet. Etenim illa decisionis generalis ratio: *Cum nullum tempus sanæ mentis maioris viginti quinque annis consensum repudiet.* Vtrumque casum sententiæ scilicet, & transactionis complectitur, nec sine manifesta violentia ad solam transactionem comprimi poterit.

21 Hinc etiam, & nuptiæ, quæ nonnisi vtriusque contrahentis consensu peragũtur, *cap. nostrates* 30. *quæst.* 5. *cap. cũ locum, de sponsal. l.* 1. *ff. eod. tit.* prima, aut secunda noctis hora rite celebrari consueuerunt, sic Valerian. *vers. Fasces, & nuptiæ*, Festus Pompeius *lib.* 14. *de verbor. signif.* Prima, inquit, aut secunda hora dicata sponsalibus, hominis causa, vt optima, atque fęcundissima eueniant, allusit Iuuenal Satyra 2. vers. 132.

——Officium eras
Primo Sole mihi peragendum in Valle Quirini:
Quæ causa officij? Quid quæris? nubit amicus.
Nec multos adhibet, liceat modo viuere fient,
Fient ista palam.

Ex quibus infert Ioan. Decker. *dissertat. iuris lib.* 2. *dissert.* 5. *num.* 8. matrimonium non dici in facie Ecclesiæ contractum, etiamsi ab Episcopo ex iusta causa fuerint denuntiationes remissæ, sed clandestinum & occultum, cum secreto, primo diluculo, & nonnisi solo Parrocho, & testibus adhibitis peragitur, cum ex doctrina Panormitani *in cap. cum inhibitio*, Præpositi & aliorum *ibidem, de clandest. despons.* iura, quæ locuntur de matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, intelligenda sunt de matrimonio contracto publice in conspectu Ecclesiæ, & collectione fidelium, vt proinde satis non sit, Sacerdotem, siue parrochum ad præeundum in verbis contractus (vt ipsis Deckeri vtar) adhiberi, quia solus Sacerdos non est Ecclesia, accipiendo verbum Ecclesia, in materia subiecta, sicut accipit Panormitanus *in dicto cap. cum inhibitio*, parum verò, aut nihil, prosequitur prædictus Auctor, ad hæc sacra faciebant testes illi duo; nam cum hæc res in solemnitate iuris versetur, non sufficit adhibitio testium ad excusandum vitium clandestinitatis, tametsi hoc modo constet de veritate Eclesiæ enim, id est, congregationi fidelium statim ab initio debet matrimonium innotescere. Confirmat superiorem obseruationem Alexàd. ab Alex. *dierum genial. lib.* 2. *cap.* 5. qui ita scribit: *siquidem prima & secunda hora sponsalibus olim, & nuptijs dabatur*, vbi etiam Andreas Tiraq. notat, & Maximilianus Sandeus *in Theologia Iuridica, comment.* 49. *in notis de nuptijs, verbi & humanitatis, §. tempus nuptiarum, pag. mihi* 666. vbi non satis probari posse existimat eorum suspiciones, qui arbitrantur, in nuptiali nocte horam nonã ad accumbendum duodecimam ad surgendum fuisse assignatam.

Quo referendus est Catul.

22 *Vesper adest: iuuenes surgite: vesper Olympo*
Expecta diu vix tandem lumina tollet:
Surgite iam tempus, iam pingues linquere mensas.
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.

Et Claudian. *de nuptijs Honorij & Marc.*

——alij funalibus, ordine ductis,
Plurima venturæ suspendunt lumina nocti.

Huncque morem redolere verba illa, *cap.*3. *num.*6. Iob suspicatur egregie D. D. Laurent. Ramir. de Prado *in Pentecont. cap.*14. Noctem illam, inquit, tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni. Nec numeretur in mensibus: *Sit nox illa solitaria, nec laude digna*, quibus vltimis verbis, prosequitur doctissimus vir, videtur etiam noctem illam, & eius forte reuolutionem, deuouere, optans, vt sine laude, id est sine sacris, sine nuptijs, nam solitaria hæc non sunt, sed frequentia, cantibus, hymnis & hymenæis celebrantur. Prodit etiam apud Lucam, *cap.*12. *num.*35. exigentia illa luminum: *Sint*, admonet, *lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus spectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs.* Accedat Barnabas Brison. *select. lib.*1. *cap.*18. qui ex eo, quod noctu, nuptiæ celebrabantur, vt Sext. Pompeius *lib.*14. notat, intelligit, cur in Catulli Epithalamio noctem imminere, pueri, puellæque moneant, veluti nec procul expendimus. Necnon, & Thad. Pison. *de sponsalib. p.* 2. *vbi de antiquis nuptiarum ritibus*, *n.* 12. *pag. mihi* 43.

23 Securius tamen, eiusmodi coniecturam admittunt verba Concilij Carthaginensis, transcripta *in cap. fin.* 23. *dist.* & iterum *in cap. sponsus* 5. 30. *quæst.* 5. *sponsus, & sponsa*, hæc sunt, *cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.* Eadem nocte, dixit Sacer Concili, supponens nocte contracta sponsalia, & acceptam benedictionem nuptialem, horis solitis iuxta morem, prima nempe, aut secunda. Quod autem dicitur Matthæi 25. 6. *Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit*, dictum vult Maximilian. Sandeus *vbi adductus*, quia moram faciebat sponsus.

Celebrabantur enim hoc tempore matrimonialia fœdera, quia secunda hora habebatur auspicatissima. Inde hora post secundam, ante tertiam plenam, religiosè ab antiquis obseruata in condendis vrbibus: eaque Romam ædificatam, prodidit Lucius Tarucius insignis Mathematicus apud Iulium Solinum *cap.*2. *Poly historiæ.* Hinc suspicor, omne prosperum *secundum* dici, quasi id secunda hora euenisset, sic ventus secundus apud Plautum, Merc. 22. pro grato & felici: & labor secundus, apud Horat. 4. Carm. Od. 4.

Laboribus secundis, creuit Romana pubes,

Hoc est, prosperis, quo sensu fructus secundos scripsit Paul. I.C. *in l. pretia rerum* 63. *§. fin. ff. ad legem Falcidiam, nec enim*, inquit, *tantidem Romæ & in Hispania oleum æstimabitur: nec continuis sterilitatibus tantidem, quantis secundis fructibus.* Et si prosperas res eo dictas voluerit Festus, quia vt velimus sequantur.

Sub hæc autem & illam disquisitionem constituam, an vtique per duas horas liceat diebus festiuis laborare? In cuius resolutione mirum est quantum Interpretes, ab Interpretibus dissentiant. Negant quam multi, & maxime Azor *institut. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.*28 *quæst.*5. Villalob. *in summ. tom.*2. *tract.*32. *differ.*4. *num.*1. Ideo existimantes, grauiter peccare, qui vltra dimidiũ horæ his diebus occupatur. Quod ad integram horam extendunt Suarez *tom.*1. *de Relig. lib.*2. *cap.*3. *tractat.*31. Sanchez *lib.*1. *moral. cap.*4. *num.*18. Bonacina *tract. de legib. disp.*5. *q. vnic. puncto* 3. *n.*2. Reginald. *in praxi tom.* 2. *lib.* 16. *cap.*3. *n.* 53. 24

Affirmatiuum tamen nec inferior est numerus, ex quo Filliuc. *in quæst. moral. tom.*2. *tract.*27. *cap.*11. *num.*205. Granadus *in part.*2. *D. Thom. controu.*6. *tract.*2. *disp.*2. *sect.*6. *num.*54. Anton. Diana *resol. moral. part.*1. *tract.*9. *resol.* 1. *vers. Quid ergo*, *& part.*2. *tract.*15. *qui est primus miscellaneus resol.*36. *vers. Quænam, & part.*3. *tract.*5. *miscellan. resol.*8. *in fine*, Ioan Machad. *in Perfect.* 25

Con-

Confessore tom.1.lib.2.part.2.tract.16.docum.1.n.2. & alij, qui docent nullius criminis reos esse, non vltra duarum horarum spatium diebus festiuis laborantes. Quæ velut media sententia amplectenda videtur, cum à nostris fuerint nonnulli arbitrantes, nullum esse peccatum laborare tertia parte cuiuslibet diei festiui; vt referunt Fagundez *præcepto Ecclesiast.1.lib.1.cap.14.n.*2. Filliuc. & Machad. *sup.*

26 Et suadetur hæc affirmatiua opinio, quia vnius, & alterius horæ spatiũ, est parua materia, quæ omnino excusat à mortali: nam licet hæc quantitas, per se considerata, magna videatur, at habito respectu, ad totam materiam præceptam, videlicet, ad integram diẽ viginti & quatuor horarum, est exigua, & minima, cum sit duodecima pars, & vt egregie aduertit Sanchez *in sum, lib.1.cap.4.n.18.* ex eoque Antonin. Dian. *vbi sup.* (& si 5. *part. tract.* 5. *resol.6.* ad trium horarum spatium id producat, sed an probabiliter? ex notatis alij viderint) paruitas materię, comparatiue ad vniuersam materiam præceptam, debet metiri, non per se, & independenter.

27 Vnde fit, laborantes citra omnem necessitatem, & causam, siue vnica, siue pluribus diebus festiuis, vtputa per quadrantem vniuscuiusque, non peccare lethaliter, nisi duas horas laborando transegerint, quia vt optime ratiocinatur Sanchez *vbi sup. n.* 12. dictæ paruæ materiæ non continuantur, neque coalescunt in vnum. Sicuti si in diebus diuersis ieiunij, parum quispiã singulis diebus comederet, etiam cum intentione, à principio id ita faciendi, singulis diebus, sic comedendo nõ peccaret, neque ieiunium frangeret, quod etiam placuit post Bonacinam *in præceptis Decalogi, disp.5. quæst. vnic. part.* 3. *num* 3. Machad. *loco vbi sup. num.*4. contra Tolet. *in sum. lib.4. cap.25. n.1.* & Fagund. etiam *ibidem vbi nuper numer.*3.

28 Quod subaudiendum vellim, vt premisi, dummodo diuersis festiuis diebus id accidat, nam si vnica die, vltra duas horas laborasset, & si diuersis spatijs, & inter vsurijs, vt vno quadrante cuiuslibet horæ fecerit, tamen effracti præcepti reus erit, veluti aduertit ex Basse, *vers. Festum* 3. *num.*4 Ioan. Machad. *sup. num.*3, & ratio est, quia hæc non tam sunt plures materiæ, quam partes vnius scilicet diei (siquidem quælibet dies festiua est materia præcepti) inter quas datur coniunctio, & continuatio, non vero inter partes plurium dierum; vel plurium opera seruilia exercentium, vno, aut diuersis diebus festiuis, vt docet Sanchez *dicto loco*, & Ant. Dian. *d. resol.*8. *vers. Notandum est*, vbi non esse peccatum mortale auctoritate sancij cõcludit, si quis efficiat, vt multi eadem, vel diuersis festis modico tempore laborassent, licet si omnium labor continuaretur, magni temporis partem componeret, quia illa modica singulorum temporum minime vniuntur.

Cæterum renunciatio, filij legitimatio, aut similis actus, fraudulentus ex eo solum præsumitur, quod duobus horis, ante mortem celebrantis fuerit effectus; vt in casu legitimationis, se consuluisse testatur Socinus *in l. Sed est quæsitum, vers. Quarto limita, ff. de liber. & posth.* cuius doctrinam etiam in cæteris casibus amplectitur Lazar. Fœnuc. *de momento tempor. cap.7. num.*51. *ad finem.* Cuius opinionis ratio inde peti potest, quod gesta à moriente ipso mortis articulo omnino suspecta videntur; *l. filiæ meæ* 58. *ff. solut. matrim. l. dubium non est, C. de repud.* iunctis his, quæ vt hoc stabiliat accurate congessit Fœnuc. *d. cap.7. à num.46. cum seqq.* quibus addendus Afflict. *decis.* 168. *vtrum quietatio, num.1. vers. in contrarium fuit votatum*, Menoch. *consil.39. noua excitatur dubitatio, num.46. lib.1.* Polidor. Ripa *de actis in articulo mortis, cap.84. num.1.* asserentes actus in morte factos, illi non præiudicare, de cuius agitur præiudicio, secus ac si in sanitate fierent, inde inferentes, feudũ in mortis articulo refutatum in manibus Domini, vti in fraudem agnatorũ, nil operari, repetit Menoch. *cons.*226. 29

du-

dubitationes multæ, num. 73. *versic. idem sentit*, Alberic. *vol.* 3. consentit egregie Curtius Iunior *cons.* 26. *num.* 9. *&* 10. dum feudum a fratre alienatū, pridie, quam moreretur, cum filia succedere non posset, in fraudem aliorum fratrū
30 alienatum præsumit. At is in mortis articulo, & in extremis positus iudicatur, qui ex ea infirmitate, qua opprimitur, decessurus est absque multis interuallis, vtpote ex Bald. *in cap.* 1. *ad finē, num.* 15. *vers. Pone statuto, de pactis*, & Cotta *in memorabil. vers. Extremæ mortes tempore*, per textum *in l. alumnæ* 30. *§. fin. ff. de adimend. legat.* obseruauimus *Ann. lib. de ætate ad omnes; human. actus necessaria, anno* 80. *quæst.* 6. *num.* 5. & planè suadetur ex Polidoro *vbi sup. cap.* 1. *num.* 2. vbi inquit, proprie secundum Philosophos, eum dici mori, atque in mortis articulo esse constitutum, qui est per vltimum sui esse; id est, eo tempore, quo verum est dicere, nunc viuit æger, immediatè post non viuet, quem semianimem dicimus, vt Elisa apud Virgil. *lib.* 4. *Æneidor. ad finem.*

Semianimemque sinu germanam amplexa fouebat.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit

Scio tamen, aliquibus in casibus etiam longioribus interuallis præsumi, quem in mortis articulo esse, sed vel illud improprie, vel ex forma statuti se habet, vt istiusmodi nonnulla congerit Polydo r. *d. loco.*

31 Et ne ab eo, qui in extremis agit, discedamus, ipsi licere, iura clamitant, nō ieiuno Eucharistiam suscipere, ne absque salutari hoc viatico decedat, *cap. presbyter*, cum similibus, *de consecrat. dist.* 2. notat Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *diffic.* 39. *num.* 2. post D. Thom. 3. *part. quæst.* 80. *art.* 8. Lugo *disp.* 15. *à num.* 58. Suar. *de Sacram. disp.* 68. *sect.* 5. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 22. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 138. Basse. *vers. Communio, num.* 44. P. Leander *quæst. moral. in septem Sacramenta, part.* 2. *tract.* 7. *de Eucharistia, disp.* 5. *q.* 38. Ioann. Machad. *in Perfecto Confes. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4 *tract.* 8. *docum.* 5. *n.* 2, qui & *num.* 43. hoc ita moraliter esse accipiendum admonet, vt si infirmus 32
possit, per duas horas noctis spectare diem sequentem, vt tunc ieiunus communicaret, tamen ad id non teneretur: tum ob difficultatem ministrandi intempestiuo eo tempore Sacramentum (est enim duodecima hora noctis somnus grauior, ideoque durius ab eo tunc suscitari, Theodor. Rubeus *in Horar. vniuersali Ecclesiast. cap.* 17. *num.* 5.) Tum etiam, quia nec decet ita sero ministrare, sic ex Filliucio, & Basse. *sup.*

Demum adde, vt id obiter notem, 33
prædicto tempore horæ duodecimæ nocturnæ; quo gratior, & grauior ingruit vnicuique mortalium soporata quies, iuxta illud Virgil. *Æneidor. lib.* 2.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.

Hispano nostro sermone, respondere proprie vigilias, aut excubias illas, quæ *de prima noche* dicuntur. Nam excubitores aulici nobilissimi, qui vocantur *los Monteros de Espinosa*, quondam in tres partes, appositè noctu vigilias suas diuidebant, vt eleganter Gonzalo de Ouiedo *en el libro de la Camara Real del Principe Don Iuan, y oficios de su casa, tit. de los Monteros de Espinosa*, 1. *part. fol.* 76. obseruat, quæ quidem sectiones excubiales ita nuncupantur, *Prima* (quæ circa duodecimam horam incipiebat) *Modorra, y Alua*, de quibus, plura signanter D. Petrus de la Escalera Guevara *en el origen de los Monteros de Espinosa*, 2. *part. cap.* 3. cu- 34
ius Hispani Patricij, amicique nostri D. Franc. de Amaia *in commentar. super lib.* 10. *Codicis in l.* 2. *de excusat. muner. tit.* 47. *n.* 14. *&* 16. (vbi silentiarijs antiquis Montarios ille comparat) D. D. Ferdin. Pizar. Supremi Senat. Castellę Senator, *en los Varones Ilustres del nueuo Mundo, en la vida de Fernando Cortes, c.* 5. *obseru.* 3. *in fin. &* *cap.* 7. *obseru.* 2. *y en la vida de Fernan Pizarro, cap.* 3. *obseru.* 2. *in gloss. marginal.* D. Petr. de Salzedo

in tractat. de lege Polit. lib. 1. cap. 5. num. 8. Vztaroz *en la Coronacion de los Reyes de Aragon, en la epistola a la memoria de Geronimo de Blanc, Chronista del Reyno, y en la forma de celebrar Cortes en Aragon, cap.* 30. D. D. Ioannes de Solorzano *en el memorial doctissimo de la Candelaria, num.* 383. & alij plures, tam exteri, quā proprij, meritò meminere.

35 Sed vt ad duplicis horæ discusioné reuertar, Synodi Canariēsis verba sub ijciam, quibus cum sordida, & exparcissima Tabachi continua sumptio, præsertim Sacrificaturis interdicatur, sic concipiuntur: *Iten ordenamos, que ningun Clerigo antes de dezir Missa, ni dos horas despues, tome tabaco, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.* Laudabilis quippe, & à nostris, cæterisque Episcopatibus maximè his temporibus inuidenda constitutio; nam etsi fatear, tabachum nequaquam alimentum esse, nec vt tale sumi, quamuis ore, fumo, aut folio degluciatur; sed vicem tantum saliuæ vtraque specie obtinere, veluti sentiunt Diana 5. *part. tract.* 13. *res.* 1. & nouissimè P. Leander *quæst. Moral. in sept. Sacram. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 5 *q.* 10. Alphons. de Leon *tract. del Chocolate, part.* 2. *quæst.* 8. *sect.* 17. *num.* 134. Ioan. Præposit. 3. *part. quæst.* 80. *art* 8. *num.* 39. Zachar. Pasqualig. *decis. moral.* 333. quibus vltimo consensit P. Hieron. Garс. *de excellenc. Sacerd. tractat.* 4. *diffic.* 5. *dub.* 2. *punct.* 3. *num.* 47. Ideo proferentes, sumptionem prædictam in folio, puluere, vel fumo non impedire communionem, nisi casu (vt ex ijs plerique excipiunt) in stomachum descenderit, quod vix erit, vt probare auxim, siquidem cum alimentum non sit, nec ideo fuerit à natura productum tabachum, vt nutriat, vel alat, licet ori, aut naribus appositum in pectus stillauerit, minime franget ieiunium, vel sacrificium, vel communionem impediet; cum per modum saliuę, id fuerit immissum: vt in eo defendunt Doctores, qui per nares aquam, vel quid simile attraxit, quod demum in stomachum traiecit; vel qui deglutit sanguinem dentium, siue alium humorem è capite in os elabentem, vel è naribus in os effluentem, præsertim S. Thom. *quæst.* 80. *art.* 8. *ad* 4. Granad. *tract.* 10. *disp.* 8. *num.* 7. Nauar. *cap.* 21. *num.* 53. Sà, *verb. Eucharistia, num.* 27. Valenz. *disp.* 6. *quæst.* 8. *puncto* 3. P. Lugo *disp.* 15. *num.* 34. & alij, quorum meminit P. Leander *sup. q.* 9. Et si fatear, inquam, tabachum alimentum non esse, ideoque & ante, & post sacrificium, & communionem sumi posse, non tamen concedam, reuerenter, & honeste id fieri: siquidem cum ipsius vsus etiam seclusa sacri Dominici corporis reuerentia, quocumque alio tempore, fuerit sordidissimus, & indecēs, multò magis ante, & post susceptionem Eucharistiæ talis censendus erit, vt sacrificaturo à prima diei hora, & sacrificanti per duas integras horas sequentes interdicatur: vtpotè cui tanta manuum, & faciei mundicies præcipitur, vt his polutis, & illotis (vt tabacho sunt sæpe) ad Eucharistiam accedere conscientiæ sit labes, saltim venialis, ex multis apud Granad. *de Euchar. disp.* 9, *num.* 13. & Leander *d. tract. disp.* 6. *q.* 8. quam manuum spurcitiam, ita auersabantur Hebræi, vt manibus sordidis spiritus malos hærere censerent, atque adeo dum manus abluunt, cauent, ne aqua illa in terram decidat, sed in cloaca mittunt, vt testis est Aloys. Nouarin. *Schediasm. sacro-prophan. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 139. Maxima quippe est puritas, quæ etiam exterius, hora ipsa sacrificij, vel orationis exigitur, veluti satis ad rem exprimit Gilibert. Abbas *serm.* 28. *in Cant. iure, inquit, tota pulchra vocatur, & sine macula* (de sponsa loquitur, vt *Canticorum* 4.) *quam orationis ardor incanduit. Tota pulchra est, quia tota pulchra est hac hora orationis, hora incensi.*

Præsertim cum non ita aliquibus probetur, tabachum alimento carere, 36 quod oppositum verius asserere erubescant, cum sint etiam doctissimi, qui illud alimentum definiant, & sumptum Missæ sacrificium, & communionem impedire obtestentur, vt Franc. de Nigro *in addition. ad Ruiz. part.* 1. *præcep-*

to

to 4. *num.* 32. *quæst.* 18. Alphonſ. de Leo. *ſup. part.* 2. §. 4. *num.* 10. & alij: quo in dubio tutior, & honeſtior pars ſequi debet, vt in materia Sacramentorum commune eſt.

MINVTA HORAE TERTIAE.

Ratio illa Canonica, quæ Tertia *dicitur, ab hora diei qua recitatur nomen accepit,* 1.

Dies quoad Officium Diuinum attinet in quatuor æquales partes trium horarum diſtinguitur; quarum vnaquæque ab vltima ſua hora denominatur, 2.

Quatuor diei partes quoad officium, à prima potius hora vniuſcuiuſque denominari verius putat P. Halloix, 3.

Hora tertia fuit Chriſtus linguis Iudæorum Crucifixus, columnæ alligatus, & dirè flagellatus, 4. *&* 6.

Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos hora tertia deſcendit, 5. *&* 10.

Hora Tertia Canonica, cum primam ſequatur, cur tertia & non ſecunda appellatur? 7.

Hora Secunda nil memoratu dignum in ſcriptura, aut redemptionis noſtræ myſterio fuit celebratum, 8.

Miſſæ ſolemnes diebus Dominicis, aut feſtiuis non niſi hora diei tertia diei debent, peculiares verò, quacumque hora antemeridiana, 9.

Communione Ieiunium non frangitur, ibid.

Miſſa ſolemnis celebrabatur ab Apoſtolis die Penthecoſtes cum Spiritus Sanctus ſuper illos deſcendit, 10.

Hora diei Tertia ſacra appellabatur, antequam non licebat Sacerdotibus cibum ſumere, aut conuiuia facere, quam conſuetudinem Apoſtolos obſeruaſſe traditur, 11.

Ientaculum ſumi ſolebat ſub horam tertiam, prandium vero ſub nonam, 12.

Cap. non liceat 12. 45. diſt. *interpretatur, ibid.*

Ientaculum ſolius panis erat, ibid.

Ientaculum non niſi precibus effaſis capi ſolebat, ibid.

Veſperi poſt omnes cibos gratiæ Deo redebantur, ibid.

Epiſcoporum conſecrationes diebus Dominicis hora tertia celebrari debent, 14.

Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt, 15.

Apoſtoli Hora tertia ſuper Paulum, & Barnabam, manus impoſuerunt, ibid.

Qui mane diei Dominici continuato Sabbati ieiuno Presbyter fuit ordinatus, an poſsit hora tertia eiuſdem diei Epiſcopus conſecrari, 16.

Hora tertia non eſt de ſubſtantia conſecrationis Epiſcopalis, ſed tantùm de ſolemnitate, 17.

Hora diei tertia conueniebant in forum ma-

1 VT à Dei laudibus auspicemur, Hora illa Canonica *Tertia*, inde nomen accepit, quod eadem diei, ab exordio nascẽtis Ecclesiæ, quasi statá hora, vt debuit, & solita sit effundi. Ita Nauar. *tract. de Horis Canonic. cap.* 3. *num.* 26. Guiliel. Durand. *in Rationali diuinor. lib.* 5. *cap.* 6. Michael Timoth. *in Diuin. Officium, tract.* 5. *q.* 1. nouissimè Theodor. Rubeus *in Horar. vniuer. Eccles. c.* 17. *num.*
2 34. Quoniam iuxta antiquos mores, vnaquæque dies pro Horis Canonicis diuidebatur in quatuor partes æquales, & vnaquæque pars denominabatur ab vltima sua hora. Ita vt prima pars, quæ in tertia diei hora finiebatur, *Tertia* diceretur. Secunda quæ terminabatur in hora sexta, appellaretur *Sexta*. Tertia quæ ad nonam producebatur, *Nona* vocaretur. Quarta & postrema, quæ in vespere & duodecima, *vespere*, seu duodecima denominabatur, veluti egregie ratiocinatur Theodor. & Nauar. *sup.* vbi & iste *num.* 36. subnectit, tertiam in hyeme, quando dies solùm est octo horarum horologij, incipere ab hora nona, & finiri decima Horologij Hispani, & Galli, quæ sunt circiter quindecim, & sexdecim Horologij Romani. Cuiusmodi est noctem in quatuor vigilias ab antiquis diuisam, & vnicuique vigiliæ tres horas fuisse constitutas subnectit idem Theodor. *sup. cap.* 15. *num.* 8. & prædixerat Barradas *in Euangel. tom.* 3. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 3. vbi ex Tertulliano *de ieiunijs, cap.* 10 tres horas, *Tertiam, Sextam*, scilicet, & *Nonam* insigniores appellat, vtpotè præcipuas in rebus

bus humanis; quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant; quare solemniores fuisse in orationibus Diuinis infert, consentit Cantapetrens. *Hypotypos. lib. 9. reg. 36.*

3 Scio tamen vsitatiorem hanc formã calculandi Ecclesiasticas Horas (nec immeritò) displicuisse eruditissimo Petro Halloix *tom. 2. Illustrium Ecclesiæ Orientali Scriptor. qui secundo Christi sæculo floruerunt, in notationibus ad c. 8. vitæ S. Abertij, litt. E.* potiùsque arbitratur Iudæos, ac post eos primos Christianos diem in quatuor partes diuisisse, *Primam, Tertiam, Sextam, Nonam,* ¶ *Primamque* vocasse, quæ ab ortu Solis, seu diei initio tres horas continebat: *Tertiam,* quæ à tertia diei hora, vsque ad Sextam procurrebat: *Sextam* similiter, quæ à sexta diei hora, siue à meridie vsque ad nonam protendebatur; hoc est, vsque ad tertiam pomeridianam, *Nonam* itidem, quæ à nona vsque ad Occasum Solis. Idcircò, inquit, non sibi videri eam rationem, quam frequentiori, & initio propositæ adhęrens infit Baronius *ad annũ Christi Domini XXXIV.* vbi de hora passionis agit, æque esse probabilem. Nam ipse eam, quam nos vocamus Primam, vocat Tertiam, & quam nos Tertiam, ipse Sextam, & quam nos Sextam, ipse Nonam, & quam nos Nonam, ipse Vesperam: ita vt iuxta ipsum, è quatuor partibus diei, nulla vocetur Prima, & sine Prima inchoatur numeratio diei à Tertia, ita vt singulæ partes nomen accipiant non à principio, sed à fine; quod vix dici potest, maximè si vnicum Baronis præsidium inefficax esse, ex dictis ab Halloix facile didiceris.

4 Persoluimus ergo, *Hora Tertia* Deo laudes, vt placuit Ruperto *lib. 1. cap. 3.* Casiano *lib. 3. cap. 3.* Timoth. & Guilielmo *d. cap. 6.* quoniam in illa *secundum Marcum, cap. 15.* linguis Iudæorum morti adiudicatus fuit, & à Pilato ad columnam ligatus, & flagellatus. Necnon quia sicut ab Adam, per Diaboli suggestionem separatus est, ita per Christi crucifixionem, dignetur eadem hora Spiritus Sanctus in cordibus nostris effundi. Quibus accedit hac hora 5 repromissum Spiritum Sanctum, datum fuisse Apostolis, & visibiliter magnalia fuisse locutos. Vnde in actibus Apostolor. 2. dicitur: *Non enim sicut vos æstimatis, ij ebrij sunt, cum sit hora diei tertia,* per quam vel duodecimam, vel decimam tertiam Horologij Italici subaudit Petr. Bungus *de mysterijs numerorum, n. 4. pag. mihi 216.*

Hisque ad texam ex opinione politissimi viri D.D. Laurentij Ramir. de 6 Prado *in Pentecont. cap. 38.* Christum etiam *hora tertia* cruci fuisse affixum, vt vel ex illo *D. Marci 15. vers. 25.* constat: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum,* quo cæteri Euangelistæ conuenire videntur, dum ipsum non crucifixum fuisse hora sexta affirmant, sed post aliquot horas, quam crucifixus est, hora Sexta tandem venisse tenebras. Et licet verba D. Ioannis *cap. 19. vers. 14.* non nihil refragari videantur, quæ, vbi cæteri Euangelistæ horam tertiam agnoscunt, sextam habent, ea ita eruditè in consensum redigit præfatus vir, vt probabile cuiquam videri posit, sed infra *Hora VI.* latiùs id explicauitur.

Hæc verò *Hora Tertia, cur non secunda nominetur, cum Primam sequatur Horam?* dubitat Iudocus *lib. 2. de Horis Canon.* & Michael Timoth. *supr. q. 5.* 7 qui Iudoci verbis, ita rẽ explicat. Neque eam, quæ proximè sequitur *Primam Horam* in designando tempore Ecclesiasticorum officiorum, *Secundã* appellare quis rectè potest, tùm quod hic non est attendendus naturalis, & continuus numerorum ordo (secundũ quem ordinem, primo, secundum subijcitur, secundo tertium, & tertio quartum: quemadmodum huiusmodi ordo seruatur in supputandis horis horologiorum.) Sed solùm aduertenda est illarum horarum denominatio, quę in Sacris litteris manifestius sunt annotatæ, & in quibus aliquod mysterium, aut veteris, aut nouæ legis peractum legitur. Secunda siquidem hora 8 neque in Sacris Scripturis celebrata

invenitur, neque in ea aliquod præcipuum, aut insigne redemptionis nostræ Sacramentum memoratur fuisse completum. Eadem etiam ratione, neque quarta, neque quinta hora, aut reliquæ continuatò naturali ordine numerandi occurrentes, hic quæritandæ sunt, aut nominandæ: quoniam hic non de horarijs temporum spatijs fit sermo.

9 Hinc ex adductis Missæ solemnes, non nisi tertia diei hora possunt decantari, vt Telesphori verbis euincitur, *in cap. nocte Sancta 48. de consecrat. dist. 1.* vbi cum nocte Sancta natiuitatis Domini Saluatoris, Missas celebrari à Presbyteris imperasset: *Reliquis vero temporibus*, subijcit, *Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ, quia & eadem hora Dominus Crucifixus est, & super Apostolos Spiritus Sanctus descendisse legitur.* Quod de solemnibus tantum Missis dictum liquet ex D. Augustino (aut Gregorio, vt alij malunt) *in cap. & hoc attēdēdū 52. de consecr. dist. 1.* cuius hæc sententia: *Et hoc attendendum est, vt Missæ peculiares, quæ per dies solemnes à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt propter eas populus à publicis Missarum solemnibus, quæ hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur.* Peculiares enim Missæ, vt præmisimus, quacumque diei parte antemeridiana dici possunt, solemnes verò non nisi tertia, diebus Dominicis, aut festiuis; quoniam in profestis hora sexta: & in quadragesimalibus hora nona Missarum celebratio fit, vt suis locis patuit, & memorat Guiliel. Durand. *in Rationali Diuin. lib. 4. cap. 1. num. 20.* Sebast. Medic. *in concord. Canon. Decreti, de consecrat. distinct. 1. art. 14.* & omnium elegantius Humbertus contra Nicetam *tom. 4. Bibliot. Veter. Patrum.* Quod autem quotidie, inquit, & quacumque hora diei, non autem solum tertia perfectam Missam agimus, auctoritatem tenemus, ex verbis ipsius Domini iuxta B. Paulū dicentis. *Hoc facite quotiescunque in meam commemorationem.* Vnde mox idē Apostolus secutus adiecit: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis: Et quandiu? donec veniat*; scilicet iudicare viuos, & mortuos. Putas ne alicubi dixerit hoc facite hora tertia in meā cōmemorationē? Nō vtiq; sed nullā horā, aut tēpora excipiēs dixit: *quotiescūque.* Nec ipse Paulus ieiunia aliqua, aut certam quālibet euolutionē annorū attēdens ait. Quotiescūq; per tot annos hora nona manducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortē Dñi annūtiabitis, sed indiferēter: *Quotiescunque, & donec veniat.* Nec nescimus Sanctos Patres diei Dominicę & præcipuarū solēnnitatū Missas hora tertia celebrasse solitos, propter Spiritus Sancti effusionē hora tertia in discipulos, & hoc mandasse ad posteros, quatenus illa illius actio Missæ gemino priuilegio insigniretur, resurrectione, videlicet, Christi aduentu Paraclyti, vtque propter gaudium festi temporis relaxarentur cunctis fræna ieiunij. Verumtamen alia causa est Dominicæ diei dici, ac solemnitatū, alia ieiunorum: si ergo hora nona, aut vespertina diebus ieiuniorum perfecta agitur Missa, nulla proculdubio inde contrahitur noxa quia & Dominus in cœna ad vesperū primā, & perfectā administrationē tanti Sacramenti discipulis instituit, & hora nona spiritum tradens, Sacrificium vespertinū expansis manibus in cruce, & præmissa oratione ad Patrē consummauit. Propterea quamuis hora tertia, & nona propter supradictas rationes sint aptiores Missarum actioni, quotiescunque tamen horis alijs fiunt occupatione itineris, aut gratia cuiuslibet necessariæ rei, in memoriā fiunt Christi: nec violatur inde integritas ieiunij. Hæc Humbertus, & tandē nonnullis alijs id comprobat, quibus Nicetæ Efrenem audaciam cohibet existimantis participatione, aut cōmunione corporis Christi ante horā nonā, ieiunium frangi: quod vt clarius euincat, verba adducit Summi Pontificis Clementis, quæ recensentur *in cap. tribus gradibus 22. de consec. dist. 2.* statimque subiungit:

git: In quibus ſanè verbis liquet, quod nõ ſolũ hora tertia, ſed etiã mane hora quarta Miſſas fieri licet, quodque ex ſacrificio ieiunium non ſoluitur, dũ illic dicitur: *Vt qui conſumpſerint ieiunet vſque ad ſextam, vel veſperum: alioqui, quomodo ieiunabunt, ſi ex ſacrificio ieiunium ſolueretur?* Quod nec obſcurius monſtretur illo Diui Ambroſij cuius fit mentio *in cap. non iſte panis, de conſecrat. diſt.* 2. panem iſtum cœleſtem, proprie cibum, & corporis nutrimentum eſſe negantis, quare *ibidem gloſ. verſ. Non iſte*, non tranſire in ſubſtantiam accipientis, vt tranſit vulgaris panis, conſequenter affirmat. Sic enim temporalis alimenti naturam Chriſti corpus haudquaquam habere, certiſsimum extat, ipſius traiectio minimè ieiunium franget; non aliter ac de oſsiculo, charta, ligno, vnguibus, & cæteris rebus non comeſtibilibus, & quæ alimenti nullam rationem habent, aſſumptis, vt probabiliſsimum tuentur ſumma corona, *p.* 4. *c.* 4. *n.* 65. Cruz *de Euchariſtia, q.* 5. *dub.* 4. *concl.* 5. Ludou. 1. *part. ſum. tract. de Euchar. q.* 7. *art.* 10. *diffic.* 3. Sanc. *diſp.* 42. *num.* 23. Anton. Dian. *p.* 2. *tract.* 14. *reſol.* 52. & 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 38. Lugo *diſp.* 15. & illis accedens P. Leander *in ſeptem Sacram.* 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. eo vtique, quia ſolum cibus, aut potus impedit communionem, qua ratione, idẽ de ſpeciebus Sacramentalibus ex D. Bonauentura ratiocinatur Cardinal. Turrecremata *in dict. cap. non iſte, num.* 2. vt ipſarum deglutionem minimè ieiunium frangere euincat. Et ſi verius exiſtimet, dictas ſpecies nutrire, & in accipientis ſubſtantiam conuerti, Diuumque Ambroſium *in dict. cap.* illud abnegaſſe diffitens, cum ibi de ſpirituali tantum pane Chriſto loquatur, cuius proprium eſt animam, & non corpus reficere. In quo illi per quam libenter aſſentior. Et vt illud repetam, ieiunium ipſa corporis Chriſti deglutione non frangi, expreſſo Septimij Tertulliani loco iuuatur, *libr.* 6. *de oratione, cap.* 14. vbi ſic: *Similiter de ſtationum diebus* (erant ij ieiunij, vt multis oſtendit *ibidem* P. Cerda, *num.* 151.) *non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum; quod ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? accepto corpore Domini, & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt, & participatio ſacrificij, & executio officij.*

Inde in primitiua Eccleſia vſu fuit receptiſsimum, in ieiunijs nullam, neque ſolemnem, neque priuatam Miſſam dicere. Et ſi alia ratione id factum contendat P. Auguſtinus de Herrera *de origine & progreſſu Offic. Diuini, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 4. nempe: *Porque juzgauan*, inquit, *piadoſamente aquellos fieles primitiuos, no compadecerſe la penitencia, triſteza, y afliccion del ayuno, con la eſtremada alegria que ſus animos percebian, con ſolo ver la Sagrada Euchariſtia, y adorarla en la Miſſa. I anſi, aun de eſte conſuelo tan licito ſe priuauan, por carecer de todo aliuio en tales dias.* At cum ieiunia exſoluerentur hora diei veſpertina accedente, nona videlicet, ſiquidem & dies etiam Eccleſiaſticus tunc deſinebat, vt alibi probauimus, poſt dictam horam, tribus ſcilicet primis illis à duodecima meridiana computatis Miſſam decantabant, non vero antea, nec aliquantulum poſt. Deinde verò ieiunium exſoluebant, & menſas frequentabant. Hincque morem fluxiſſe, quo & nunc vtimur, recitandi veſpertinum officium in quadrageſima ante prandium, quia ipſis veſperis, vt dies, & ieiunium ſolui credebatur. Sic Palud. *in* 4. *diſtinct.* 5. *quæſt.* 4. *artic.* 4. S. Antonin. 2. *part. cap.* 16. *num.* 2. §. *vlt.* & Herrera *vbi proximè, num.* 5. qui & ex eodem fonte item promanare ſubijcit obſeruantiam comedendi diebus ieiunij ſerius, quamquam quibuſvis alijs non ieiunij.

Eſt igitur regulariter, vt rem proſequamur, hora tertia pro Miſsis ſolemnibus conuenientior, veluti relata ſuadent, & Francol. *c.* 29. *n.* 3. Theod. Rubeus *in Hierar. vniuerſali Eccleſiaſt.*

*cap.*19. *num.* 12. qui etiam à tempore Apostolorum obseruat ex eo, quod legitur *Actor.* 2. videlicet, cum complerentur dies Penthecostes, fuisse omnes discipulos pariter in eodem loco, repletosque fuisse Spiritu Sancto, & ad Iudæos obmurmurātes ebrios fuisse Apostolos, Petrum dixisse: Horam diei esse tertiam, quoniam & si nihil de Missæ celebratione hic legatur, at verisimile est, Missam tunc celebratam, quia conuenerunt omnes illa hora, vt Hymno Penthecostes canit Ecclesia.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat
Orantibus Apostolis
Deum venisse nuntiat.

Itaque & nunc obseruari à S. Pontifice, dum solemniter celebrat, obtestatur idem Theodor. Rubeus *n.*13.

11 Ideo tertia diei hora sacra appellabatur, vtpote, qua sacrum confici consueuerat, ante cuius lapsum nec conuiuia, nec comestiones Clericis, siue laicis permittebantur, probat vtramque text. *in cap. non liceat fi.*44. *distinct.* ibi: *Nec opportet Clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia.* Clerici vero aliter facientes, & ante horam præscriptam cibum sumentes, nec solum à celebratione, imo & ab auditione Missæ omnino arcebantur, veluti ex Concilio Antisidorensi *cap.*19. colligitur, dum præcipit, non licere clerico post cibum sumptū, nec Missam dicere, nec assistere vbi dicitur; habetur *tom.*4. *Conciliot. pag.*522. *in nouissima editione.* Et hanc consuetudinem, non comedendi ante horam tertiam obseruasse Discipulos Domini, testatur Turrecremata *in d. c. non liceat*, eaque excusasse Petrum socios à vitio ebrietatis cum *dicto* 2. *Actor.* dixit: *Non enim sicut æstimatis hi ebrij sunt, cum hora sit diei tertia.* Antequam, veluti si prosequeretur, non comeditur, nec bibitur. Etiam apud Etnicos, vt subindicat Ausonius in Ephemeride.

Sosia prandendum est, quartam iam totus in horam
Sol calet, ad quintam flectitur hora notam

12 Quod non de prandio, seu meridiano cibo accipiendum moneo, sed de matutino, & ientaculo. In idque aducor ex posterioribus verbis *dicti cap. non liceat.* Vbi postquam non oportere dixit Clericos, vel laicos religiosos, ante horam diei tertiam inire conuiuia, statim subijcit: *Neque aliquando Clericos, nisi hymno dicto, comedere panē: & post cibos gratias auctori Deo referre.* quasi diceret, ante preces nil esse comedendum, quod de ientaculo, & matutino cibo locutū textū planè cōuincitur. Erat enim antiquis in more positum, prima luce orare, & precari, dehincque ientaculum sumere. Indicat satis venuste Plautus *in Curculione*:

Nunc ara Veneris hæc est ante horum fores,
Me inferre Veneri voui iam ientaculum.

Hinc ientaculum à precibus dictum nonnullos voluisse refert Guiliel. Stuckius *antiquit. conuiuialium*, *libr.*1. *c.* 7. his verbis: *Sunt quibus illud videtur à precibus dictum, quæ* ἀραι *a Græcis appellantur, propterea quod veteres Græci non sine precibus ad cibum capiendum accedebant.*

Et iuuatur nostra coniectura ex cibo, cuius sumptionem nondum percātato hymno interdicit, quem panem tantùm esse constat: siquidem non nisi ex pane veterum ientaculum fiebat. Sic Antonius Pius, antequam salutatores venirent, summo mane, panē siccum comedebat, ad sustentandas vires, teste Iulio Capitolino, & Diodoro Gramatico, inquit Stuckius *vbi sup. c.* 11. quoniam si irasceretur, aut ludi litterarij negotijs, aut actione forensi occupatus diutius inediam sustineret, morbo comitiali corripiebatur, Galenus suasit, vt ad corroborandum stomachum, mane quotidie ientaculo, pane, scilicet vino sub acerbo, macerato vteretur. Consentit Clemens Alexandrinus *libr.* 2. *cap.* 2. *pedagog. Qui autem sunt in ætatis flore*, scribit, *cum interdiu ientaculum, siue prandium sumpserint, quibus conuenit prandium, pane solo gustato, à vino omnino abstineant, vt e biba-*

batur, atque consumatur superflua eorum humiditas aridorum esca, veluti spongia quadam exhausta.

Ex his lucem accipit illud *Regum* 19. vbi cum vellet Deus, Eliam mittere in montem Horeb, essetque per desertum quadraginta dierum iter acturus, præmuniuit illum pane, coegitque illum accipere bis, & in duas cibationes dormire, vt scilicet ita refectus tãto labori sufficeret. Non perinde legimus, Mosem refectum esse cibo, vt ascenderet in montem Sinai, in quo erat quadraginta diebus & noctibus sine cibo futurus: neque adeo Dominum cum baptizatus à Ioanne, esset in desertum recessurus. Eliam vero videtur Deus diligenti cautione pauisse, ne deficeret. An quia hic non erat solum, sine cibo futurus, sed etiam laboraturus, per longamque viam defatigandus, quæ conficiendarum virium duplex causa erat. Propterea enim Hypocrates *in Aphorismo* dixit, *vbi fames laborandum non est*, *nimirum labor supra inediam*, magnam exsoluendi corpus & vires causam adijcit. Ideo ergo videtur Dominus, sine cibo laboraturum, panis geminata sumptione, & somno interiecto confirmasse. Panis enim cõfirmat cor hominis, vt *in Psalmo* dicitur 103. & 35. Prouerbiorum, constatque 1. *Reg. cap.* 28. *Et robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.* Aliquibus confirmat Franc. Vallesius *de Sacra Philosophia, cap.* 29. maxime si primo mane sumatur instar ientaculi, qualem fuisse primam Eliæ cibationem suspicari potest, vtpote quæ ad ipsum roborandum fiebat. Vnde sequitur in præscripta oratione, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: quibus verbis videtur reddi causa, qua tandiu potuit sine alio cibo laborare, & qua illi ante laborem per modum ientaculi, cibus is datus est, nimirum potuit tandiu ambulare, quia fortitudine illius cibi roboratus est, & datus est illi ante laborem cibus, vt posset sustinere. Itaque quasi naturale aliquid esset quod parabatur, naturalem causam apposuit Deus, acta vero res est, non sine miraculo: quia nisi illi causæ, Deus plurimum, sua omnipotentia vsus, adiecisset, nullus cibus esset ad tantum tempus, & tantum laborem futurus satis. Cum dictum ab Hypocrate sit, vt *nostris annalibus meminimus*, solos septem dies, posse humanam debilitatem integram inediam, etiam sine labore, sustinere. Egit ergo iter illud Elias in fortitudine cibi illius, aucta vero supra id quod illi secundum naturam inerat, diuina voluntate accipere vero solet Deus in miraculis edendis ex natura, non solum vim aliquam efficientem, sed & materiam non raro, etiam si ipse nulla tali causa indigeat. Dico autem materiam accipere, velut nunc, cum posset deducere Eliam sine vllo ientaculo panis, vti maluit illo exiguo. Eliseus cum mulieri de vxoribus Prophetarum repleuit oleo vasa, multa, & magna (4. *Reg. cap.* 4.) vsus est pauco illo oleo, quod vngendo corpori vix sufficeret, cum tamen eadem virtute, qua auctum tantopere est, posset ex nihilo, aut ex aere circunfluo oleum fieri. Dominus quoque vollens, in deserto cibare populosam multitudinem, vsus est solis nunc quinque, nũc septem panibus, præstititque quod ipse sine vllis poterat, natura vero sola neq; mille panibus posset, suppleuit autem Deus quod deerat hic, non vt in Eliæ itinere, aucta cibi fortitudine, sed ab exiguo illo principio aucto ipso pane. Nimirum vbique facit Deus vt vult, & vt maxime expedit, vtrobique vero accepit aliquid materiæ ab ipsa natura.

Sed vt ex mirabili hoc diuerticulo ad dicti textus coniectationem reuertar, posteriora illius verba: *Et post cibos gratias auctori Deo referre*, nec quidquam suspitioni nostræ obsistunt, quoniam licet de sumptione etiam aliorũ ciborum egerint, eorum tantum vbi de referendis Deo gratijs meminerũt. Nam vt hymno dicto, & effusis precibus ientaculum mane erat sumendum; ita & vesperi post omnes cibos, siue prandij, siue cœnæ absumptos gratias Deo referre moris erat. Indicat Syracides *c.* 32. vbi de his quæ post cœnam fie-

fieri debent, scribens, sic nonnulla exponit: Surge, scilicet a mensa, in hora, hoc est, in tempore, siue mature, & non sis vltimus, domum te celebriter recipe, neque desideas. Ibi lude, tuoque indulge arbitrio, non in peccatis, atque in sermone superbo, hoc est, modo ne pecces, aut superbe quid agas, at hæc celebra eū qui te creabit, & qui te suis bonis cumulat.

12 Et quod de ientaculo, seu matutino cibo præfata decisio loquatur, assignatio horæ tertiæ, cuius in eo fit mentio, id manifestè suadet, quoniam eam fuisse ientaculi multis ostendit Guilielm. Stuckius *antiquit. conuiuial. lib.* 1. *cap.* 7. nonnullisque alijs in locis. Et Galenus de Telepho Gramatico scribens demonstrat sic: *Quibus diebus non lauabatur, tertia hora vngebatur, & leuiter terebatur, tergebaturque, deinde postea alicam in aqua cocta crudo melle pulcherrimo admisto edebat, quod ei tum satis erat. Ita & prandebat hora septima, aut aliquando citius.* Ideo ientaculum sumi solitum olim sub horam tertiam, prandium sub nonam ex Martiali, & alijs profert Iul. Cæsar Balenger. *de conuiuijs, lib.* 1. *c.* 23.

13 Forsanque, cum secerni posse seruitutis vsum, vtputa viæ, actus, vel ductus aquæ Gaius edicere optasset, *in l. via, ff.* 5. *de seruit.* quasi gratia exēpli, ideo subdidit: *Forte vt quis post horam tertiam, vsque in horam decimam eo iure vtatur*; cuius meminit Thom. Cormenius *lib.* 6. *iuris ciuilis Romani-Gallici, tit.* 1. *cap.* 2. *part.* 2. *num.* 27. vt rusticorum morem sectaretur, qui licet ante solis ortum ex lege, etiam patria apud nostros, vt infra constabit tenerentur, ad opus, & rusticum vsum, non nisi à ientaculo, siue hora tertia, ad prandiū, siue cœnam (quod idem prandiū fuit, & hora nona, aut decima, maxime Ciceronis ætate capiebatur, vt notat Bulenger. *sup.*) culturæ insudabant, & prædijs insidebant, veluti & nunc vbique experitur, & redolent non nihil Agatensis Concilij illa verba, *in cap.* 1. *de celebr. Missar. Deinde peractis Horis, & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale ieiunus*; hoc est, ante prandium.

Sed quidquid sit, illud autem compertissimi iuris habetur, Episcoporum consecrationes, non nisi eadem hora tertia Dominicis diebus, vtpote quæ absque solemni Missæ sacrificio perfici nequeunt, iure permitti, *cap.* 1. 75. *distinct.* cuius hæc series: *Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, Episcopis sunt celebrandæ. Qui simul cōuenientem scrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manibus in Sāctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt imponentes Dominica die, hora tertia orantes, &c. solemnem celebrent ordinationem, cap. quod die* 5. *ead. dist.* idque illis rationibus, vt sentit *gloss. in dict. cap. ordinationes*, quam *ibidem* sequuntur Cardinal. Turrecremat. & Præposit. quia Christus die Dominico, hora tertia, super Apostolos in igneis linguis apparuit, & Spiritu Sancto repleuit, inuisibilique vnctione perunxit, *cap. nocte, de consecr. dist.* 1. cæterum cum Episcopi loco Apostolorū successerint, *cap. in nouo* 21. *dist.* quare Episcopi Apostolici viri dicti, vt multis exhibet Hieron. Bignonius *in notis ad Marculfi Monachi Formularium, lib.* 1. *pag. mihi* 434. id sequentibus verbis complectens: *Ideo autem Apostolicos Episcopos dictos esse apparet, quod in locum Apostolorum illi successerint.* Merito ergo eadem die, & hora debent cōsecrari. Cui accedit, Apostolos eadem hora super Paulum, & Barnabam manus imposuisse, eosque ad prædicandum misisse, *d. cap. quod die Dominico* 75. *dist.* 14 15

Inde merito ambigit gloss. *in cap. quod à patribus* 4. *ead. dist.* vtrum qui mane Dominici diei, continuato scilicet ieiunio Sabbati præcedentis, *d. cap. quod à patribus* 75. *dist.* presbyter fuit iniciatus, posset item eadem die hora tertia in Episcopum consecrari? Cui dubitationi affirmatiue respōdit, quia nullibi inuenitur prohibitum, sequitur Suarez *de censuris, disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 40. post Ioan. Andr. *in d. cap. quod à patribus*, 16

bus, & Abbat. *in cap. litteras, de temp. ordin.* Adstipulantur Layman *lib.* 10. *de ordine, cap.* 8. *num.* 5. Philibert. *tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 11. *num.* 5. *& part.* 7. *cap.* 6. *num.* 9. Sanch. *tom.* 2. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 51. *num.* 7. & nouissimè P. Leander *in septem Sacram. part.* 2. *tract.* 6. *disp.* 9. *quæst.* 4. vbi id etiam verum putant; etiam si non continuetur ieiuniũ Sabbathi præcedentis, in mane Dominici diei.

17 Cæterũ non diffitear horã non ita esse de substantia consecrationis Episcopalis, vt alia valide celebrari nequeat; potest vtique quocumque tempore fieri, quia non tam de essentia, quam de solemnitate prescribitur, argumento *cap. Subdiaconus* 4. 77. *dist. c.* 2. *de tempor. ordinat.* quibus ita sentit gloss. *in dicto cap. ordinationes, vers. Tertia*, & Præposit. *ibid. n.* 2.

18 Eadem hora tertia à Solis ortu conueniebant in forum, aut senatum Magistratus, Prætores, Iudices, Litigatores, Aduocati, & quicunque ex munere interesse debebant. Vnde lepidissime Martialis *lib.* 4. *Epigramm.* 8.

Prima salutantes, atque altera detinet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.

Memorat Franc. Pollet. *Histor. Fori Romani, lib.* 1. *cap.* 1. *ad calcem*, qui & hora tertia post pastum, nona, scilicet, diei artificialis, iterum conuenire solitos notat ex Cicerone *act.* 2. *in Verrem*: *Nonæ hodie sunt sextiles, hora nona conuenire cœpistis.* Huncque morem insinuare videntur verba impudentissimi Auctoris *de laudibus Asini, pag.* 83. *Notat magnus huius temporis Historicus* (inquit) *Vistoris sub horam admodum diei tertiam, cum magno hominum concursu publicum Tribunal conscendisse asinum. E quo opportune adeò rudisse, vt adstantes affaturus videretur. Quod nec miror, vt plerique, nec prodigium existimo. Scimus enim, & hac tempestate, & olim, idem sæpe, non in foro tantum, sed in tribunali quoque, & omni dignitate euenisse.* Et forte vt Consulum, Magistratuumque sui temporis ignauiam item demonstraret Caligula Imperator, equo Consulatum destinauit, referente Suetonio *in ipsius vita, c.* 55.

Quod fere ad nostra tempora prolapsum tam in magno, & Supremo Senatu, quam in cæteris Regijs Castellæ non sine profectu experimur. 19 Vti nec citra laudem præscriptum legimus à Catholicis nostris Principibus *in l.* 3. *tract.* 4. *lib.* 2. *nouæ Recol. legum Hisp.* cuius hæc memoranda series: *Otro si, porque las cosas anden por mejor regla, y orden, y los negocios se expidan, y determinen por la manera, y forma, que mas cumple à nuestro seruicio, y à el bien de las partes. Ordenamos, y mandamos, que los del nuestro Consejo, que en el residieren por nuestro mandado, vayan cada dia por la mañana à la Camara, y easa que fuere diputada para el Consejo y desde el principio de Octubre, hasta fin del mes de Março, comiencen a oir desde las ocho horas, hasta las once: y desde el principio de Abril, hasta enfin de Setiembre, desde las siete horas, hasta las diez, y si mas tiempo vieren que deben estar, lo esten, segun los negocios que tuuieren.* Meminit in proposito huius constitutionis eximiæ eruditionis vir D. D. Alphonsus de Narbona pater meus, qui ita ad summum vniuersæ litteraturæ fastigiũ prono gradu conscendit, vt inter doctos conspicuus digito mostraretur *in Theatro iuris Romano-Hispanici*, quod ni mors inuideret, perfecisset 2. *p. tract.* 10. *dissert.* 8.

Cuius decisio, & illud instituto consentaneum suppeditat, nempe Senatores, Regiosque Consiliarios trium horarum spatio causarum expeditioni Senatu adesse teneri: a septima, scilicet, ad decimam ex mense Aprili in Septembrẽ, vel ab octaua hora ad vndecimam, ex Octobri in Martium. 20 Cuius simile cauetur *pragmat.* 14. *de Offic. Sacri Regij Consil. Neapol.* vt notat *ibidem* Scipio Rouitus, qui eiusmodi dispositione ius commune immutari contendit, ex cuius præscripto iudices mane, meridie, & vespere ius reddere tenentur; non autem de nocte, nisi de partiũ voluntate, *§. sedebũt autem, & ibi glos. verb. Mox, & verb. Matutino, in Authent. de iudicibus.* At hoc de Pedaneis tantum iudicibus esse subaudiendum, aptiori loco exponimus. Constat ergo inter-

interessendi hoc munus per tres horas matutinas in Senatu, item à Romano Foro mutuatum, vt vel ex Martiali *lib.8. epigrammat.* luculenter depromitur, vbi à tertia ad sextam litibus operam datam significat:

Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, & tum
Iam conuiuia mihi Cæciliane venis:
Cum modò distulerint raucæ vadimonia chartæ.

Enuntiat enim dimitti Forenses ante horam prandij, & vocatum ad prandium Cæcilianum venisse ante horam, & dum adhuc litigaretur in foro. Sic Polletus *d.lib.1.cap.1.* qui id perpetuo obseruatum admonet, nisi ex aliqua graui causa extra ordinē res ageretur, aut cognosceretur. A quo nec discrepat *lt nostra*, ibi: *Y si mas tiempo vieren que deben estar, lo estèn, segun los negocios que tuuieren.* Et si noctu, diuque Magi-
21 stratus omnes debere eo loco habitare, vbi iura administrant, pro commoda litigantium negotiatione, & celeri negotiorum expeditione sentiat, Mastril. *de Magistrat. lib.3. cap.9. num.46.* iuncto summario, ex notatis à Ioanne de Platea, & cæteris Glosographis *in l. vnica, C. de Palat. & Dom. Domin. lib. 11.*

Quo & illud subnectam *d.l. Regiam*, vt ex dicto vers. *Y si mas* elicitur, non ita pro forma substantiali horas Senatus præscribere, vt si post earum lapsum aliquid ab eo decernatur, nullitate laboret, sustinebitur tamen, quoniā designatis illis horis debent ius reddere, cæteris vero possunt si libuerit. Veluti in proposito obseruat Scipio Rouitus *dict. pragmat.14.* vbi inquit, vi similis illius pragmaticæ Consiliarios teneri dictis præsignatis horis, causarum expeditioni adesse necessario; at si vellint audire vltra dictas tres horas, recte posse, & esse magis laudabile, itaque seruari à maiori parte Consiliariorum.

Excipitur itaque ab hoc trium horarum præscripto Regius Curiæ Metatorum conuentus, *Iunta de aposento*, vulgo dictus, quo Regij Metatores, seu Epidemetici duabus tantum horis interesse debent; & non singulis diebus, sed tribus alternis in vnaquaque hebdomada vt cabetur in Regijs ordinationibus hospitij Curiæ, *ordin.3.* vbi D. Petrus de la Escalera *in scholijs ad eam, lib.2. de Regali iuris Hosp. recip. p.3. in excogit. & comment.* plura solita eruditione congerit, quæ iam iam prælum ambiunt.

Excipiuntur item Curiæ Præsides, vulgò *Alcaldes de Corte*: necnon & in Regalibus Cancellarijs, qui *del Crimen* dicuntur. Quorum, qui Prouinciæ litibus deputantur, singulis diebus saltim per duas integras horas iudicio adesse tenentur, ex dispositione *l.3. tractat.8. lib.2. Recop.* vbi postquam illis necessitatem iniunxit personaliter iudicandi, inflicta pena, si id per substitutum. Obire tentauerint, ita prosequitur: *Saluo, que ellos por si mismos hagan sus Audiencias, y estèn en ellas dos horas enteramente, y no menos, so pena, que qualquier de ellos, que lo contrario hiziere, incurra en pena de dos ducados por cada vez, para los pobres de la carcel.*

Nec contemporaneam illam Magi- 22
stratuum, & aduocatorum conuentionem in senatum, cuius meminit Franc. Pollet. *vbi prope*, nostri neglexerunt, quin imò identidem ordinarunt integro illo trihorio, vt sic dicam, vel triū horarum spatio, quo singulis diebus coactus Senatus agnoscitur, & ibi Aduocatos præsto esse debere, vt constitutione ea legitur ad bonum regimen euulgata, quæ *Auto de buen gouierno* solet dici, inter nouiter excusas 157. hac verborum forma: *En la villa de Madrid a doze dias del mes de Octubre de mil y seiscientos y onze años, los Señores del Consejo de su Magestad, mandaron, que los Abogados de esta Corte vengan al Consejo cada dia, poco antes que vengan los Consejos: y assistan las tres horas, que no lo haziendo, y viendose algun pleyto, ò negocio en que ayan firmado peticion, y ayudado à las partes, se proueerà justicia, y lo que conuenga.* Et iterum Cōstitutione 223. ibi: *Y ansimismo se mandò, que se notifique a los Abogados desta*

Corte, que en execucion de lo dispuesto por las leyes, assistan puntualmente todas las mañanas à las horas de el Consejo, y que por venir a el a defender las causas que tienen obligacion, no puedan à los litigantes lleuar cosa alguna. Indecens enim videtur, vt cum Princeps, aut Senatus, qui ipsum effingit ius dicit, ob absentiam Aduocatorum, aut sistenda, aut differenda causarum expeditio sit. Inde Michael Attaliata Græcus interpres, in Synopsi, *tit.95. de Aduocatis*, inquit: *Cum Imperator audientiam præbet, dilationem petere non licet*: perquirendi aduocati, videlicet: *Quoniam parati esse debent, de quorum causis apud Imperatorem cognoscitur.* Ideò in ipsis Tribunalibus antiquitus degebant, & commorabantur, vt ex sententijs Synhoditijs Lucæ Chrisobergis, *cap.11. de Aduocatis*, coniectatur; ibi: *Dixit, Canones illos, atque leges in hodiernis aduocatis non habere locum; sed in illius temporis aduocatis, qui in ciuilibus iudicijs stationes habebant*, referuntur *tom.1.* Iuris Græco-Romani, *lib.3. pag. mihi 225.*

23 Quod eo conuenientissimè dispositum videtur, ne Iudices, maximè supremi cogantur litium definitionem donec aduocati accesserint suspendere, ex communi iuris regula, quæ habet iudicem teneri aduocatum non diu abfuturum spectare, cuius testes Bart. & Alex. *in l. si longius, ff. de iudic. & in l. 1. ff. de vacat. muner.* quos sequitur Ioan. Baptista Asinius *in prax. iudic. §. 24. cap. 4. num. 4.* supersedere enim debet in causa donec reuertatur si abfuerit, ita Alberic. *de statut. part. 1. quæst. 16.* Abbas *in rubr. de post.* & ijs relatis Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 39, num. 6.* Quod ni fecerit, parte ob id, dilationem petente, iuste appellabit Lucas de Penna *in l. vnic. C. de sent. aduers. Fisc. num. 4. lib. 10.* Franc. Marc. *decis. Delphin. tom. 2. q. 906. n. 6.* debet dilatio ad id necessariò concedi; *l. 1. C. de dilation.* Alfar. *de offic. Fisc. glos. 34. de iudic. §. 8. num. 213.* etiã Priuato *l. inter priuatos, C. eod.* Est enim absentia aduocati legitimè probata, saltim partis iuramento iusta causa ad cõcedendã dilationem, etiam secundam, iuxta Federic. de Senis *quæst. siue consil. 114. incipienti. super puncto, num. 1.* Tusch. *practic. conclus. iuris, concl. 30. n. 2. & 3. lit. l.* quorum meminit doctissimus frater meus D. Don Alphons. de Narbona *in l. 35. tit. 11. lib. 2. nouæ Recoll. gloss. 1. n. 1. vers. Cui simile*, & conducunt tradita per Abbat. *in cap. 1. vt lite non contest. n. 11.*

Imò & si non expectatis aduocatis, cum id à partibus postularetur, fuerit lata sententia, nullitate laborabit, quoniam allegationes iuris omnino audiẽdæ sunt, si vt audiantur à partibus fuerit petitum; vt ait Asinius *vbi proximè, num. 5. & 6.* quia omnes actus in iudicio instante parte faciendi sunt, ex glos. *in l. si curatoris, vers. hæredes, C. de iure deliber.* & alijs, quos ibi refert, & licet in causis leuioribus apud nostros, quæ summam quatuorcentum marapetinorum non excedunt allegationes in scriptis fieri prohibeantur, verbo tamen admittuntur si pars obtulerit, *l. 19. tit. 9. lib. 3. Recop.* iunctis his, quæ scripsit frater meus D. D. Alfons. de Narbona *in l. 24. d. tit. & lib. gloss. 1. n. 24.*

Quod subaudiendum admoneo si à iudice fuerit terminus assignatus ad audiendos aduocatos, tunc enim si non spectato consilio, aut responso iuris, siue aduocatorum allegationibus proferatur sententia, erit ipso iure nulla, vt tradit Lancell. *tract. de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 19. num. 2. & seqq. & cap. 12. lib. 1. num. 58.* & faciunt tradita per eundem *d. 2. part. cap. 9. de consilio sapientis, n. 1. & seqq.* vbi resoluit, quod dato termino ad audiendum responsum aduocati, manus iudicis ligatę censentur, ne tali termino pendente possit pronuntiare, quemadmodum nec dilatione pendente poterat, *l. 2. C. de relation.* cum idem iuris sit in terminis à iudice assignatis ad aliquid agendum, ac in dilationibus iure, vel lege præscriptis, vt pro regula constituit Bant. *tractat. de nullitate sent. ex defect. iurid. ordin. num. 158.* Rota *decis. 37. de appellat. in antiq. aliàs 426. num. 2.* Farin. *decis.*

cis. 173. *num.* 5. & *decis.* 18. *num.* 1. *tom.* 1. *recentissim.* & *decis.* 214. *num.* 4. *tom.* 2. & notatur *in l. siue pars, C. de dilat.* Et si contrarium magis placuerit, Cels. Hugon. *cons.* 13. *in princ.* & *numeris seqq.* & Franc. Marc. *decis. Delph.* 906. *num.* 5. *tom.* 2. in idque inclinari videatur Ioann. Bapt. Coccin. *decis.* 337. *num.* 12. sed priorem sententiam veriorem iudico respectu priuati. Quoniam si de Fisci causis agatur, in illis vero indistincte constat, sententiam contra ipsum latam aduocato absente, ipso iure nullam, & irritam esse, *l. non intelligitur* 3. §. *nulli, vers. Diuus, ff. de iure Fisci*, iuncta gloss. *ibidem, vers. restituuntur, l. si Fiscus* 7. *eod. tit. l.* 2. & *ibi glos. fin. C. si aduers. Fisc.* tradunt Marc. Ant. Peregr. *de iure Fisci, libr.* 7. *tit.* 2. *num.* 2. Franc. Hier. Leo *decis. Valent.* 187. *n.* 5. *lib.* 2. D. Franc. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss.* 16. *num.* 210. *priuil.* 65. & *gloss.* 18. *priuil.* 6. *num.* 12. & *gloss.* 34. *priuil.* 16. § 8. *de iudicijs, num.* 211. & 230. & antea Franc. Marc. *decis. Delph. q.* 906. *n.* 6. Ramon. *cons.* 18. *num.* 37. Cuius priuilegio etiam gaudet Ecclesia, vt si absente eius aduocato sententiam contrariam reportauerit, sentẽtia ipsa nullitatem præferat, argument. text. *in c.* 1. ibi. *Legitimo careat defensore, de reb. Ecclesiæ non alien. libr.* 6. iuncto *cap. venerabilem, §. quod autem, de elect.* vbi aduocatus vocatur causæ defensor, Specul. *tit. de his qui alieno nomine, n.* 7. Sfort. Oddus *cons.* 88. *n.* 44. *gloss. verb. Collusione, in l.* 1. *C. de sent. aduers. Fisc.* latiss. docuit expresse Paul. Castr. *in l. velamento* 3. *C. de post.* quẽ sequitur Nicol. Euerard. *loco à Fisco ad Ecclesiam, num.* 5. Marc. Ant. Genuens. *practicabil. Ecclesiast. tricennar.* 7. *q.* 181.

Ergo cum aduocatorum præsentia tanti sit ad rectam causarum, & litium expeditionem, merito præcipitur, vt integris tribus horis, quibus Senatus singulis diebus ius dicit, in Curia, aut Prouincia adsint, vt vel in posterum ambigi nequeat, an in provincia fuerint, necne, vt dubitatum legimus, *in l. custodias* 12. *ff. de public. iudic.* ibi: *Custodias auditurum, tam clarissimos viros, quam patronos causarum, si omnes in ciuitate Prouinciæ, quam regit, agunt, adhiberi debere.*

24 Deinde afferentes victualia ad aliquem locum, vel ciuitate sua sponte, possunt compelli vt minutatim, & non in magnas quãtitates, id est, *por mayor*, ea vendant, saltim per duas, vel tres horas, vt optimè aduertit Castel. de Bobadilla *in Polit. libr.* 3. *cap.* 4. *num.* 51. Vnde Matienç. *in l.* 2. *gloss.* 10. *num.* 3. *tit.* 14. *lib.* 5. *Recopil.* certa hora transacta, inquit, à Iudice constituenda, Rustici non tenentur vendere minutatim, vt quanto citius ad opus suum reuertantur. Si vero non voluntarie vtensilia asportauerint, imò coacti, vel ab oppidaneis iudicibus, vel his, qui ciuitatis cui subsunt curam gerunt; nec momento quidem, vt per exiguas pensitationes vendant, detineri possunt: quinimo illa tradendo liberantur, & statim reuertendi ius habent, *l.* 2. *ff. de nũdinis*: *Si quis ipsos cultores agrorum*, scribit Calistratus, *vel piscatores deferre vtẽsilia in ciuitate iusserit, vt ipsi ea distrahant: destituetur annonæ præbitio, cũ auocentur ab opere rustici, qui confestim vbi detulerint mercem, tradere eam, & ad opera sua reuerti debeant*, consentit Bobadilla *sup. d. num.* 51. ab hoc generali pronunciato eos tantum agricultores excipiens, qui venalem panem afferũt, etiam compulsi, ob tanti edulij prærogatiuam, & priuilegium, & ne illius quodam modo revenditio hæc permittatur. 25

26 Nec à proposito alienum videtur id, quod vulgo docent Interpretes, nempe, tria furta incontinenti facta, continuato impetu, & affectu, & si diuersis & distinctis horis, non triplex furtum, sed vnum solummodo reputari quo ad pœnam, & punitionem attinet. Ita ex Bartolo *in l. eum qui, §. idem dicit, ff. de furt.* Bald. *in authent. sed nouo iure, num.* 5. & ibi Cœpola *num.* 68. & *seqq. C. de seruis fugit.* Iul. Clar. §. *Furtum, vers. Vnum tamen nota*, Menoch. *de arbitr. casu* 295. *num.* 20. Lazar. Fœnut. *de momento tempor. cap.* 19. *num.* 15. & plures adducti à Giurb. *cons. crim.*

93. *num.* 5. *&* 6. & diximus *sup. Hora* 2. *n.* 14.

27 Denique præsuræ & dolores partus, ipsum per tres horas communiter antecedunt, vt Esdræ 4. cauetur *cap.* 16. *vers.* 39. *Quemadmodum prægnans*, inquit, *cum parit in nono mense filium suum, à propinquante hora partus eius, ante horas duas, vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre non tardabunt vno puncto.* Obseruat è nostris Iacob. Concen. *quæst. lib* 2. *cap.* 9. *num.* 6. quod de vrgentioribus doloribus fore accipiendum ipsa doctrice experientia, & Medicorum communi assensione admoneo.

28 Est & illud singulare, quod notat Paul. Zachias *Medico-Legal. lib.* 5. *tit.* 4. *q.* 6. *num.* 15. nempe maius incommodum emergere ex vicino ædificio, quod Orientem Solem primis tribus horis, quam si eundem in meridiano existentem, aut Occidentem impediat. Quia diuisa tota artificiali die in quatuor partes, maius nocumentum affert ædificium, quod impediat vicino solis illustrationem in prima diei parte, dehinc quod in secunda, & sic de reliquis; Nam minime omnium incommodat, quod Occidentem impedit Solem. Quod de temperatis regionibus subaudiendum erit, in calidioribus minus damnum emerget ex impedimento illustrationis Solis in Meridie existentis, contra infrigidioribus cuius sententiam, à me de illa suscitatus, probabit Apolineæ scientiæ clarissimum iubar, & charissimus Socer meus D. D. Petrus Michael de Heredia Complutensis Academiæ Primarius, Catholicæ Maiestatis Philippi IV. à cubiculo, & tamen adhuc nondum debito fastigio cooptatus, celsiora quippe vendicant indefesum studium, & ipsius incomparabilis scientia, vt sua scripta testantur.

29 Claudat ergo orationem Oratio; & Matutini officij Nocturna posse separatim intra trium horarum spatium recitari, præsertim iusta concurrente causa, hic subijciamus, cum Vincent. Filliuc. *tract.* 22. *cap.* 6. *num.* 232. *&* 238. Bonacina *disp.* 1. *de Horis Canon. q.* 3. *puncto* 3. *num.* 13. Bart. à S. Fausto *libr.* 2. *de Horis Canon. q.* 105. D. Ioan. de Escob. *eod. tractat. quæst.* 4. *regul.* 4. *num.* 47. qui omnes hanc opinionem probabilissimam putant, contra Azorium *instit. moral.* 1. *p. libr.* 10. *cap.* 4. *quæst.* 4. Francol. *de temporib. cap.* 27. *num.* 8. *& seqq.* & Paul. Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *c.* 3. *num.* 7.

Mouenturque his rationibus: Primum, quia interruptio Diuini Officij ex iusta causa intercedente, licet trium horarum tempus excedat, nullum crimen, neque veniale contrahit, vt *supra Hora* 2. *à n.* 8. ostendimus. Secundum, quia ita recitando magis Ecclesiæ instituto accedit, quæ eo Matutinum in tres Nocturnos diuisit, vt per integram noctem, diuersis tamen horis recitaretur, veluti inferius *Hora* 4. *n.* 20. affatim constabit. Vnde in Officijs defunctorum solent seorsim etiam nunc decantari. Quo circa cum nulla sit Nocturnorum inter se connexio, auderem affirmare citra omnem causam posse discontinuari, dum tamen id vltra dictum spatium trium horarum non fiat, cum iuxta primeuam ipsorum institutionem singulæ, singulis tribus horis dicerentur, hoc est, prima, secunda, & tertia noctis vigilia; erat enim vniuscuiusque vigiliæ tempus trium horarum. ita Petr. Bungus *de mister. numeror. num.* 4. *pag.* 216. & nox in quatuor vigilias diuidebatur, iuxta Ioan. Funger. *in Etymolog. Latino Græc. versic. Dies*, & Gasp. Barth. *aduers. lib.* 33. *cap.* 30
4. quarum vltima Laudes recitabatur, *c.* 1. *de celeb. Missar.* notat P. Leander *quæst. moral. in Sept. Sacram. tract.* 6. *q.* 21. Inde inferens, non esse peccatum dicere Matutinum vespere, & Laudes Aurora, siue quarta vigilia sequentis diei: quia sic antiquitus vtebatur, ex Nauarro, Suario, & Bonacina, quos in hanc rem adducit, probat expressius Theocor. Rubeus *in Horario Vniuers. Eccles. cap.* 16. *num.* 22. Vbi Laudes esse in Aurora decantandos asserit, & *num.* 24. subnectit, hoc non esse ita punctualiter accipiendum, vt necessario debeant

beant ipsius initio recitari, cum possint diei, in medio, & in fine Auroræ, quando præcessit Matutinum.



MINVTA HORAE QVARTAE.

1 ET si ex primæua institutione, & antiqua feruescentis Ecclesiæ consuetudine, Matutinum Offi-cium media nocte celebrari fue-rit solitum, *cap.* 1. *de celebrat. Missar.* testantur quinque ex causis Guil. Du-rand. *in racional. Diuinor. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 2. Nauar. *de orat. cap.* 3. *num.* 40. Mi-chael Timoth. *in Diuin. Offic. tract.* 2. *quæst.* 3. Theod. Rubeus *in Horario vni-uer-*

uersal Eccles. cap. 17. *num.* 4. Vbi iam à duodecima noctis hora, ad Auroram
2 recitari posse affirmat. Præueniri tamē potest in privata recitatione nedūm à Solis Occasu, verum & ab ipso tempore finiti vespertini Officij. Ita D.Tho. *quotlibet.* 5. *art. vlt. in princ.* Francol. *c.* 25. *num.* 4. Theod. Rubeus *vbi proximè num.* 7. AEgid. Trullench *in Decalog. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 8. Ioann. Machad. *in Perfect. Confess. tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 2. *docum.* 6. *num.* 3. Vbi id consue
3 tudini adscribunt. At rectius huius sententiæ ratio inde petenda, quia vt inquit S. Thomas *dicto quotlib.* 5. *art.* 18. Dies quo ad Horarum recitationem, & festorum obseruantiam incipit à vespera, hoc est, à vespertino tēpore diei præcedentis, quod suadetur *ex cap.* 1. *de consecr. dist.* 3. illis verbis: *Omnem Dominicam a vespere, vsque ad vesperam; cap. quod a patribus* 4. 75. *dist. cap.* 1. *de ferijs.* ibi: *Omnes dies Dominicos a vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus obseruari, cap.* 2. *eod. tit. Licet scriptum sit, de vespera in vesperam celebrabitis Sabbata vestra,* consentiunt Caietan. *in summ. vers. Horarum, §. quod ad* 4. Nauar. *dict. loco, num.* 60. Guil. Durand. *sup. num.* 1. Theod. Rubeus *d. num.* 7. qui a primis vesperis, id est, à finita Hora Nona diem absoluit, inquit: fiunt enim vespere de festo sequenti, quibus absolutis cum Completorio, potest Matutinum recitari; quoniam illud tempus spectat ad diem sequentem, tradit Petrus Gregor. *in præludijs Opt. Iurisc. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 12. Multis relatis idem sentit erudite P. Leander 2. *part. tract.* 6. *de ordine, disp.* 13. *quæst.* 21. ideò concludens, nullum contrahi crimen ex recitatione Matutini vespere, & Laudū Aurorā sequentis diei, etiam absque vlla legitima causa, vt *q.* 24. subiungit cum AEgidio Trullench vbi proxime, contra Suarium, Philiarcum, Filliucium, Bonacinam, & Gauantum, quos ibidem congerit.

Quod aperte euincitur Dauidico testimonio secundum Theod. Balsam. *meditatione de conuocatione, quæ fit ad sacras monaster.* Vbi cum integro die oraturum edicere voluisset, sic pronuntiat: *Vesperi, & mane, & in meridie narrabo, & renunciabo, vocemque meam Dominus audiet.* Et si contrarium, nempe incipere à media nocte pariter quo ad esum carnium, & recitandum Officiū Diuinum docuerit Zerola ex Tiraquello *in prax. vers. Dies, in princip. pag. mihi* 63. cuius opinionem *sup. Hora I.* vti in 4
certam increpauimus, illam solummodo ea parte amplexantes, qua nostræ subscribens diem, à finitis primis vesperis diei antecedentis, ad Occasum Solis ipsiusmet diei festi definijt, quod etiam expressè admonet Theod. Rubeus *sup.* ex Nauarro, quia illud tempus vesperarum secundum Ecclesiam, spectat ad diem sequentem.

Inde quam plures vt certissimum 5
edocent, Matutinas preces crastinæ diei hora secunda post meridiem diei antecedentis posse recitari. Sic multi apud Suarium *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 13. Molfes. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 59. Faber *de Sacram. ordin. disp.* 24. *quæst.* 1. *dif. num.* 148. qui de hora vigesima loquuntur, quę secundæ pomeridianæ correspondet, vt notat Diana *loco deinde adducendo*, Mart. Ledesm. *in* 2. 4. *quæst.* 16. *art.* 5. *dub.* 1. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *libr.* 7. *cap.* 2. *dub.* 37. *n.* 4. nouissimè Anton. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *Miscel. res.* 9. AEgid. Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 8. P. Leander 2. *part. tract.* 6. *de ordine, q.* 23. D. Ioan. de Escobar *de Horis Canonic. quæst.* 4. *regul.* 9. *num.* 122. qui hanc sententiam veram putant, etiam si nondū recitatæ fuerint vespere, & Completorium, adhuc enim citra mortale, dicta hora secunda poterit Matutinum dici; quia illa peruersio est leuis, quæ si absque causa fiat, tantùm erit veniale, contra Turrecrematam, Viguerium, Nauarrum, & alios penes Sanchez *ibidem*, quorum sententiam probabilitate non carere sentit Diana, & Trullench *sup.*

At mihi (vt hoc obiter notem) pa- 6
rum tuta videtur, quoniam Ecclesia diem metitur non horis Horologij, sed Canonicis. Vnde tempore quadrage-

simali, quo vespere hora nona, & ante prandium dicuntur, licet dicta hora so nuerit, si tamen nondum fuerit vespertinum Officium exsolutum, comedere non licebit. Sic Concilio Cabilonensi definitur *in cap. solent plures 50. de consecr. dist. 1. Solent plures*, hæc sunt verba, *qui se ieiunare putant, in quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam, comedere. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinum celebretur Officium. Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missarum solemnibus, & vespertinis Officijs, & largitis eleemosynis, ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam venire non valeat, æstimata vespertina hora, completa oratione suo ieiunium soluat.* Ergo extra casum necessitatis, non licuit æstimare horam ex horologio, sed ex recitatione Canonicarum, quibus Ecclesiasticus dies diuiditur. Nã quẽadmodum ciuilis, vel naturalis diei horæ, sonitu horologij cognoscuntur; ita, & Ecclesiastici non nisi ex eo, quod preces sonuerint, & fuerint decãtatæ.

7 Quod pretensisse videtur Doctor ille apud Sanctium *sup.* cuius etiam meminit Diana *d. resol. 9.* qui asserit non peccare, nec ad iterum recitandum de rigore teneri, qui post medium diem hodiernum recitaret Matutinum diei crastinæ, saltim in quadragesima, vbi vesperæ dicuntur ante prandium, quonam iam ceptus videtur dies sequens, quiamuis hoc valde displiceat Ægidio Trullẽch *dicto loco*, quia nõ fert cõsuetudo. Atcũ hic secundũ iuris strictã dispositionẽ discutiatur parũ dicta ratio vrget, quæ solum procedet vbi ex consuetudine res fuerit definienda.

8 Quo circa nonnulli tenuerunt, cœnam, sum ientaculum post Matutinum in vespera dictum, impedire celebrationem Missæ, aut communionem diei sequentis: quoniam ipsa Matutini recitatio est signum prioris horæ diei Ecclesiastici, vt duodecima noctis apud nostros diei ciuilis, initium designat, & si hoc meritò displicuerit Magistro Raulino *in quodam sermone. Cœnæ Domini*, Ioanni Maior. *in 4. dist. 12. q. 6. col. 1. & 5.* quibus accedit Mart. Nauar. *dict. cap. 3. de orat. num. 54. versic. Vigesimo dico*, qui eiusmodi sententiam magnæ illi fuisse consolationi affirmat, ob illamque respondisse, eum, qui ratione studij alteriusve negotij iuste recitare potest Matutinum diei sequentis in vespera eius; posse illam recitare etiam ante cœnam, si putat deuotius se illam dicturum ante cœnam, quá post cœnam somno superueniente. Et ratio est, quia ieiunium ad Missam, & communionem necessarium naturale sit opportet, & ideo iuxta naturalem diẽ à media nocte incepisse debet, vt alibi inferius dicemus.

Nec refragatur S. Pontificis Leonis decretum *in cap. de esu. 11. de consecrat. dist. 2.* Vbi quo ad esum carnium dies accipitur à termino cœnæ diei præcedentis, quæ fit in principio noctis. Ergo licet post Matutinum quis cœnauerit, nihil obstauit quo minus posit die sequenti ad Eucharistiam accedere, quia non à Matutini recitatione, sed ab ipsa cœna dies computatur. Sed hoc inquam parum obsistit, quoniam vt dies quo ad Horas Canonicas, & festorum celebrationem à vespera, in vesperam numeratur, ita & quo ad ieiunium, & esum carnium à cœna, in cœnam circunscribitur, imò, circunscribebatur, siquidem iam contraria consuetudine abrogatum experimur, & obtestatur Cardinalis Turrecremata *in dict. c. de esu.*

Cæterum vt rem prosequamur, alijs tutius videtur non secunda, sed tertia hora post meridiem Matutinum persolui posse. Hi sunt Henriq. *lib. 9. cap. 24. num. 7. in gloss. litt. T.* Gauant. *in comment. Rubric. Missalis, tom. 2. sect. 1. c. 5. tit. 6. num. 6.* eximius vir, & amicus noster August. Barbos. *in collect. ad c. 1. de celebrat. Missar. num. 5.* & si neruosè repugnet Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 24. dub. 12. num. 5.* D. Ioan. de Escob. *de Horis Canon. q. 4. vbi sup.* 10

Communior tamen, & in quá omnes conueniunt ea sententia est, quæ asserit hora quarta post prandium diei 11

præcedentis licere Matutinum Officium sequentis diei recitare, sic docet Azor *inst. moral. lib.* 10. *cap.* 9. *quæst.* 5. Palaus *tract.* 7. *disp.* 2. *part.* 4. *num.* 3. Villalob. *in summ. tract.* 24. *diffic.* 12. *n.* 5. ibi: *De mi parecer basta à las quatro de la tarde*, Bonac. *de Horis Canon. disp.* 1. *quæst.* 3. *puncto* 3. *num.* 16. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 8. *num.* 275. cuius verba vtpote instituto nostro maxime conducentia libet inserere: *Quolibet tempore*, inquit, *diei ab hora quarta post meridiem, quæ vere, & autumno, hoc est Martio, & Aprili, in vere: Septembri, & Octobri in autumno, coincidit cum hora vigesima prima Horologij Solaris, vel artificialis. Æstate autem, hoc est, Maio, Iunio, Iulio, Augusto est hora vigesima cum dimidia plus minus; Hyeme denique, hoc est, mense Nouembri, Decembri, Ianuario, & Februario est circa vigesimam primam cum dimidia.* Oliber. Bonarc. *de Horis Canon. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 24. Anton. Dian. *resolut. moral. dict.* 4. *part. tract.* 12. *de Horis Canon. resol.* 39. D. Ioann. de Escobar *supr. num.* 122. vbi hora quarta post meridiem Matutinum recitantem, omni culpa vacare affirmat, nouissime Ioann. Machad. *in Perfect. confess. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 2. *docum.* 6. *num.* 3. qui omnes hanc opinionem vt receptissimam valde probant, & amplexantur.

Mihi tamen quælibet ex relatis Doctorum opinionibus satis tuta, & iuri conformis videtur, quoniam cum sit irrefragabile, vt ostendimus, diem, maxime quo ad pensum Diuini Officij exsoluendum, à vesperis incipere: quacunque hora post ipsarum recitationẽ tempore solito, poterit Matutinum secure effundi.

12 Hinc est nequaquam acquiescendũ viro alias doctissimo P. Leandro *dict. disp.* 13. *quæst.* 22. indistinctè asserenti, obligationem recitandi Officium Diuinum, non à vespera, sed à media nocte præcedentis diei incipere, repugnat enim expressis hac de re iuris testimonijs, præsertim textus in *cap. quod die* 5. 75. *dist. cap.* 1. *de consecr. dist.* 1. *c.* 1. & 2. *de ferijs*, quibus præscribitur diẽ Ecclesiasticum à vesperis antecedentis initium sumere, vt etiam de Horis Canonicis loquentes vulgo docent Interpretes, veluti ex *sup.* citatis licet colligere, quibus addendus Hostiensis *in summ. tit. de ferijs, num.* 3. Cotta *in memorabilibus, vers. Diem, vers. Et ad illud quod superius*, Alber. *in l. more, num.* 1. *ff. de ferijs*, Polydorus Rip. *de nocturn. temp. cap.* 3. *num.* 16. D. Ioan. de Escobar *tom.* 1. *tract. de Horis Canon. regul.* 9. *num.* 116. fauet illud Genes. *cap.* 1. *Factus est vespere, & mane dies vnus*, & notat optimè Præposit. *in cap. quod à patribus, num.* 1. 75. *dist.* Catan. *in summa de Horis Canon. in fin.* vbi ita: *Tempus dicendi Officiũ Diuinũ est totus dies naturalis, à vespera, scilicet, præcedẽtis diei, vsq; ad mediã noctẽ sequentis diei; ita tamẽ, quod solæ Matutinæ in vespera præcedẽtis diei dici licitè possint: reliquæ vero Horæ sequenti die, à mane vsque ad mediam noctem: sic vt præcepto Ecclesiæ satisfaciat dici licitè possunt.*

Quinimo & aduersatur ipsius P. Leandri traditionibus, quarum prope meminimus. Quomodo enim simul tuto colocari poterunt, licere absque peccato nedum vespere, sed & hora secunda pomeridiana, etiam non recitatis vesperis, aut nulla vrgẽte causa Matutinum exsoluere, vt tenet *quæstionibus* 21. 23. & 24. & tamen diffiteri, quo ad Horas Canonicas, & ipsarum obligationem spectat, diem à vespera computandum? quandoque præcipua horum omnium sedes, & basis, vt ita dicam, eo sit reposita, quod non à meditullio noctis, vt arbitratur, sed à vespertino more Ecclesiæ sit enumerandus, alioqui dicere opportebat satisfacere, qui hodie pensum crastinæ diei persoluit, quod nemo dicet, imo omnes contrarium, vt notatur *in cap.* 1. *de celebrat. Missar.* & expresse à Bart. à S. Fausto *lib.* 2. *de Horis Canon. q.* 189. *vers. Hinc qui pridie*, multis relatis sequitur Trullench *in* 1. *Decalog. cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 4. Escobar *sup. num.* 119. vt certum proferentes non satisfacere, sed teneri ad iterum recitandum, qui pridie persoluit officium sequentis diei. 13

diei. Quod multis rationibus prius docuerat Bonac. *de Horis Canon. disp.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 3. *propos.* 2. *num.* 3. Vnde Pius V. in Bulla, quam refert Antonin. Dian. *dict. tract.* 12. *res.* 33. asserit eum, qui non recitat suo tempore, non facere fructus suos. Etenim solutio præsupponit debitum, *l. solutionis* 54. *cum vulgar. ff. de solut.* & qui intempestiue, nondum existente obligationis die soluit, nil agit, nec à futura obligatione liberatur, *l. si soluturus* 39. *ff. de solut. l. qui Romæ* 122. *in princip. ff. de verbor. oblig.* obseruat post alios Pirrus Maurus *de solut. c.* 6. *n.* 19.

14 Nec iuuant quæ pro sua opinione adducit, cum fere omnia eo tendant, vt quoad Horas minores, & diurnum officium diem à media nocte, in mediam noctem designent, more Romano, *l. more, ff. de ferijs*, non vero quoad omnes Horas Canonicas, & integrum Officium Diuinum à Matutino, vtpote ab ipso adducti manifeste explicant, præsertim Villalob. *tract.* 24. *diffic.* 12. *n.* 4. illis verbis à Leandro recensitis: *Quãto á las Horas menores, todos conuienen, en que el dia es de media noche á media noche, de suerte, que no se pueda dezir Prima antes de media noche, ni Completas despues de la media noche siguiente.* Et Martin. Bonac. *de Horis Canon. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *prop.* 1. *num.* 2. vbi postquam generaliter præmisit tempus, recitandi Diuinum Officium incipere à media nocte antecedentis diei, & perseuerare vsque ad mediam noctem sequentis inclusiue, subiungit: *Excipitur tamen ab hac regula Matutinum, vt constauit ex dicendis, hac de causa Francol. Bellarm. & alij putant tempus Diuini Officij recitandi incipere à vesperis antecedentis diei, vsque ad mediam noctem subsequen-*

15 *tis.* Et consequenter deinde, *num.* 14. in fine, inquit, diem, quo ad Matutinũ inchoari à vesperis, vt etiam constat ex communi consuetudine, & praxi; adeò vt sit receptũ, Canonicum Theologum, qui tota die, qua legit habetur pro præsenti in Choro, etiam quo ad distributiones, veluti multis ostendit litteratissimus amicus noster August. Barbos. *de Canon. cap.* 27. *num.* 33. non cẽseri præsentem pro Matutino, quod dicitur pro die sequenti in vesperi præcedente, iuxta consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, veluti censuit Congregatio Eminentissimorum Cardinalium, teste Nicolao Gars. *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 118. Armend. *in addit. ad Recop. ll.* Nauar. *lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *de residentia, num.* 70. Galet. *in Margar. casuum consc. vers. Canonicus, pag.* 29. idem Barbos. *sup. num.* 34. *& de potest. Episcop. alleg.* 5. *n.* 9.

Et suadetur *ex dicto cap. Presbyter* 2. 16
91. *dist. dicto cap.* 1. *de celebr. Missar.* vbi expleto iam Matutinali officio, Presbyteros teneri scribitur, à mane pensum seruitutis suæ, videlicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperasq; persoluere. Supponens tantum quo ad minores Horas diem à mane dinumerari, id est à media nocte præcedentis diei, cum totum hoc spatium diei adscribatur, quo sensu accipiendum est, quod apposite nimis sentit gloss. *in c.* 1. *de consecr. dist.* 3. terminum scilicet viginti quatuor horarum, appellatione diei contineri. Cuius opinionem sequuntur Archid. *in cap. quod à patribus*, 75. *dist.* Marc. Anton. Eugen. *consil.* 48. *num.* 27. *vers. Quia respondeo, & num.* 8. Vbi de communi testatur Viuius *decis.* 266. *num.* 8. *vers. Et diei appellatione, lib.* 2. Et ita Romæ seruari in praxi asignatura, affirmat Flamin. Paris. *de resig. lib.* 12. *quæst.* 8. *num.* 34. *vers. Contraria tamen*, quibus accedit Polydor. Ripa *de nocturn. tempore, cap.* 3. *à n.* 17. Ideò *num.* 19 prosiliens non esse considerabilem noctem, in ordine ad diem hunc naturalem viginti quatuor horarum, quoniam eo inspecto, nox est nunquam, sed dies semper.

Sed quid per emendicata suffragia 17
tantæ veritatis scintilas inuestigrmus? Irradiat vtique manifeste *in l. more Romano* 8. *ff. de ferijs, more Romano*, inquit Paulus, *dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur, itaque quidquid in his viginti quatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est, perinde est quasi quauis ho-*

hora lucis actum esset, cap. consuluit 24. *de officio, & potest. iudic. delegat.* vbi eadem verba continentur.

18 Nec dictis repugnat prohibitio recitandi Primam ante Solis ortum, de qua *sup. Hora I.* multis egimus, quibus addenda quæ notant D. Thom. *quotlibet.* 5. *artic.* 28. Sanchez *in opuscul.* 7. *de Horis Canon. cap.* 2. *dub.* 35. Bonacina *eod. tract. quæst.* 3. *punct.* 3. *num.* 8. Barth. à S. Fausto *libr.* 2. *de Horis Canonic. q.* 189. D. Ioannes de Escobar *in simili tractat. regul.* 9. *num.* 126. vbi inquit, tẽpus recitandi cæteras Horas præter Matutinum, & Laudes, esse easdem horas, a quibus nomẽ acceperunt: nempe Prima, hora prima post Solis ortum, ex quo inferendum videbatur, quo ad Horas minores diem à media nocte haud exordiri posse: ac necessario quo ad Matutinum inde incipere credendum.

19 Quia respondetur eiusmodi prohibitionem non ita vrgere, vt extra præscriptas horas recitantem, lethalis culpæ reum, ac eiusdem officij adhuc debitorem efficiat, quoniam qui intra dicti temporis interuallum, scilicet viginti quatuor horarum, minores preces emittit, non peccat mortaliter; quia implet præceptum quo ad substantiam, quamuis forte nõ adimpleat quo ad horam à Sacris Canonibus præscriptam, ita Bonac. *vbi sup. num.* 4. & alij apud D. Ioan. de Escobar *d. quæst.* 4. *regul.* 9. *n.* 129. vbi sic recitantem iusta ex causa, nec venialiter peccare affirmat.

20 Minusque obstrigilatur validius, & quasi vnicum ipsius Leandri præsidiũ, nempe Horarum Canonicarum numerum, incipere à Nocturnis vigilijs, quibus media nox deputata est. Quia si ad primitiuæ Ecclesiæ morem recurrimus, Nocturnorum tempus non media nox, sed imò integra erat; tunc enim Ministri Ecclesiæ ter de nocte interpollatim surgebant ad Diuinum Officium celebrandum. Primò à vesperis, & circa primum somnum, quando vulgus solet ire dormitum. Secundo circa mediam noctem. Tertio paululum ante diem: sic ordinantes, vt officium nocturnum, & finitæ lectiones cum suis responsorijs perlectæ essent, priusquam lucesceret. Apparente vero Aurora pulsatis campanis cantabant, *Te Deum laudamus*, & Matutinas laudes. Et si postea algescente charitate, prosequitur Guil. Durand. *in rationali Diuinor. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 3. cum omnes, tam Ministri Ecclesiæ, quam populus surgere ad nocturnum officium pigritarent, receptum fuit, vt omnes media nocte surgerent, iuxta illud Prophetæ *Psalm.* 118. *Media nocte surgebant, &c.* Et totum noctis officium continue cantaretur. Idem referunt Isidor. *libr. de offic. Ecclesiast. cap.* 19. Thom. Vvald. *de Sacram. Altar. cap.* 24. Cosm. Guim. *in pragmat. Sanct. qualiter Horæ, vers. Officium*, Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 3. *n.* 122. Indicant Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 6. Bonac. *tom.* 1. *de Horis Canon. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 6. Et confirmatur expresso testimonio constitut. Apostol. *lib.* 5. *cap.* 2. vbi sic: *A vesperis quinti diei vsque ad Galli cantus vigilantes, atque in Ecclesiam conuenientes, vigilate orantes, & rogantes Deum, legentes in vestra pernoctatione legem, Prophetas, Psalmos, &c.* Ipseque Leander agnoscit, *quæst.* 21. antecedenti, vbi ex eo concludit nõ peccare, qui recitato Matutino in vespere, laudes recitat in Aurora diei sequentis, quia sic antiquitus vsum fuit.

Hosque cœtus fuisse illos antelucanos quorum meminere Patres, nec in dubium venit, Casianus *lib.* 3. *c.* 5. *Ne purificationem nostram*, inquit, *confessione simplici, & antelucanis orationibus acquisitam, vel emergens quædam redundantia humorum naturalium polluat.* Expressius Basilius *epist.* 63. *De nocte siquidem populus consurgens antelucano tempore domum precationis petit.* Et Sidonius *libr.* 1. *epist.* 2. *Si actionem diurnam, quæ est forinsecus exposita, perquiris: antelucanos Sacerdotum suorum cœtus minimo comitatu expetit.* Alijque sexcenti obseruabit eruditione, qua solet P. Ludouic. de la Cerda *in Tertull. lib.* 2. *n.* 59. Ergo ex primæua institutione Ecclesię

No-

Nocturnis, non media nox, imo totius noctis spatium erat designatum, cuius principium alterius diei vespera creditur, *d. cap. de esu carnium* 11. *de consecrat. dist.* 2. vbi notant omnes, præsertim Turrecremata, expresse Nauar. *de oratione, cap.* 3. *num.* 28. ibi: *Quod fit tribuendo nocti vespera*, Optime Iulius Labor, *Elucubrat. iuris, tit.* 1. *cap.* 6. *à n.* 74. Et suadetur testimonio Amiani Marcel. *lib.* 19. cuius meminit Kirchman. *de funerib. lib.* 3. *cap.* 23. *in fine.* Etenim consuetudo, quæ postmodum irrepsit, recitandi Matutinum media nocte, non tam Ecclesiæ institutum, quam pigritiæ, & irreligiosæ desidiæ fuit inuentum, à quo nec licet argumentari.

21 Vnde profluit non maioris momenti esse inconueniens, quod ex nostra opinione pro tutamine ipsius, cum hac de re placide ageremus, deduxit amicissimus P. Leander, videlicet futurũ diem vltra triginta horarum, si quo ad Matutinum spectat illum, non à medietate noctis, sed à vespere diei præcedentis dinumerandum cõtendimus. Quoniam idem eueniebat ex modo, & instituto Matutinum recitandi, quo primitiua Ecclesia vtebatur, cuius *supra* meminimus. Cum primum Nocturnum noctis initio dici deberet, a quo si horas vsque ad dimidium noctis sequentis numeramus, plusquam triginta horarum dies euadet; & tamen inde nullus sacratissimam illam ordinationem audet incusare.

22 Sub hæc autem & illud obseruandũ venit, quod Medicorum fere vniuersa schola docet, videlicet, alimentum non nisi post horam quartam a sumptione, siue in prandio, siue in cœna digeri. Ita Serapion. *tractat.* 6. *cap.* 14. Auicena *lib.* 4. *fen.* 2. *tract.* 2. *cap.* 55. & ex his Daza *lib.* 1. *de la bondad de las aguas, pag. mihi* 62. *& seq.* inde admonens intra prædictum tempus ab omni potu abstinendum, quod sensisse videtur Victorel. *in notis ad cap.* 28. *lib.* 2. *Toleti*, dum species Sacramentales elapsis quatuor horis consumptas videri affirmat. Sed hęc opinio determinatum tempus pro totali ciborum concoctione designas, fallibilis multifariam percipitur, quia nec omnes eandem quantitatem ciborum assumunt, nec omnes cibi eodem indiuisibili termino possunt conuerti: nec omnes homines æquali virtute coquente ornantur: nec hæc in eodem homine per diuersas ætates inuariata eiusdemque roboris esse potest, imo talis esse omnino repugnat, validius quidem pueri, quam adolescentes, & hi plusquam iuuenes, & hi plusquam iam consistentes concoquunt, vt senes reliquis iam dictis debilius; differt vero idem homo a se ipso per diuersas ætates, vt differunt homines in distinctis ætatibus constituti (veluti satis ostendimus nostris Annalibus *de ætate ad omnes humanos actus requisita*) quia vero particulares naturas adamussim agnoscere, & quantum alimentum, & quo tempore conuertere queant, impossibile censeo, probabilis relata opinio censenda, quatenus tempus idoneum determinat, quo peracto nulla noxa sensibilis actibus virtutem dissoluentibus imputari possit. Et si hæc opinio pro tanti alimenti concoctione quantum in prandio, aut cœna cõmuniter sumitur, probabilis est, improbabilem censeo mensuram temporis à Victorelo signatam pro consumptione specierum Sacramentalium; quatuor enim horas requirit pro tam leuis cibi cõfectione, quas pro communi cibo, & tam excedenti in resistentia & copia Medici sufficientes putarunt. Est enim euidens, maxime in philosophia, passum tenuius, & minori copia actioni corruptiuæ sui minus multo resistere. Est vero insigne discrimen in speciebus Sacramentalibus ad cibos communes comparatis, vt censeam, vel leuissimo dentium attritu, vel linguæ compressione parum durabili, saliuæ præsertim mixtione priorem ipsarum formam deperdi, & nouam acquiri; ex gloss. *in cap. non iste in additione, de consecrat. dist.* 2. quo circa satis mihi videtur vnius horæ spatium pro totali specierum de perditione, & mutationem in aliam substantiam.

Igi-

23 Igitur cum ea ratione, non teneatur coniux post prandium debitum reddere, ne indigestio, & inde prouenientia mala sequatur; vt communiter obtestantur Interpretes, præcipue adducti a Thom. Sanch. quibus ipse consentit, *de matrim. lib.* 9. *disp.* 24. *num.* 41. Bonac. *eod. tract. quæst.* 4. *puncto* 1. *n.* 6. Villal. *in summ. tractat.* 3. *diffic.* 48. *n.* 1. Basil. *lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 3. Ioan. Machad. *in Perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 6. *p.* 7. *tract.* 2. *docum.* 14. *num.* 5. nouissimè P. Leander *quæst. moral. in Sept. Sacram. part.* 2. *tract.* 9. *disp.* 25. *quæst.* 50. consequenter infertur, elapsis quatuor horis post dapes meridianas, aut nocturnas, nullatenus ob prædictum imminens indigestionis nocumentum, coniugem a debiti reditione iuste excusari, cum ex Medicorum consensu, iam sit regulariter dicto tempore facta alimenti digestio, & distributio.

24 Quo respexisse videtur antiqua illa lex: *Maritus horam vxori non neget*, quæ vt egregie explicat Marc. Mantua *in glossario iuris classe* 8. *dialog.* 21. *num.* 5. nil aliud significat, nisi vt ei congruo tempore debitum reddat, parsque pro toto posita est *in d. l.* & Synodoque figura, vt *in l. vxori, in princip. ff. de leg.* 3. quoniam hora, vt dies, mensis, & annus partes sunt temporis, veluti *in Rethorica nostra legali* exactius ostendemus.

Est vero inuestigatione dignissimũ, si vt cibus recenter ingestus obligationem legitimi thori aufert, sic dentur alia intra certas horas debitum impedientia? Galenus enim *in arte parua, c.* ... alia multa proponit obseruanda, vt sine salutis incommodo congressus fiat: sugillans itaque Epicurum, quod nunquam congressum salubrem putauit, sic fatur: *Opportunitas autem vtendi, cum exacte erit in medio eorum omnium, quæ illum exterius circumstant, nec nimis plenum, nec indigens, nec refrigeratum, nec calfactum, nec siccatum, nec humectatum immoderatè. Si autem aliquando errabitur, quia minimum sit quod erretur, melius autem calfacto, quam refrigerato, & pleno, quam indigenti, & humido, quã siccato corpori vti venereis.* Quod præceptum ex summo dictatore Hypocrate mutuauit, dicente, *cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria.* Requirit igitur vt salus tueatur, quod congressus non fiat sine cibi prioris coctione, & quando corpus alteratum extremę est. Ob id enim ordinem illum descripsit; vt extrema omnino vitentur, si sine salutis incommodo venus celebranda est. Nam si calfactus congrediatur, periculo magno febricitandi accute exponitur, qui à venus concusione & agitatione calfacit, & quia tãdem substantiam calidam, & perfectissimam euacuat, multoque vitali spiritu ornatam, refrigerat nimis, & sic & si antecedenti agitatione refrigeratis videatur posse prodesse, inanitione tamen tam calidæ & perfectæ substantiæ eos extreme lædit. Et ob eandem rationem debilibus inanitis, atque exsiccatis velut venenum est, quia vt dicebat Hypocrates, robustissimam substantiam euacuat, humidam & plurimo spiritu inbutam. Est notanda Auicenæ doctrina affirmantis, quod vt vna pars seminis generetur, requiruntur centum partes sanguinis, vt inde intelligas, quã perniciosa inanitis, & debilibus venus fit, vt omnibus præter modum, & obsecundantibus. Si autem humidus nimis sit homo, calfactione concusionis, & agitatione membrorum liquantur excrementa humida, sicque fluxionibus congrediens infestatur, nam etsi siccatione videatur prodesse; quia vero calor concubitus resolutioni tantæ humiditatis idoneus non est, liquat eã potius & fundit, sicque fluxiones concitat, & quatenus tandem refrigerat, nouo incremento humiditatum occasionem præbet, quia frigiditas si duret, auctore Galeno humiditatis prouentum creat.

Nec sola plenitudo cibi recẽs assumpti est nocentissima congressui, sed etiã plenitudo sanguinis periculum enim ruptionis vasorum non leue inducit. Sed hæc nostri instituti non est, quia non solum per horas, sed per dies, & menses permanere potest. Illudque fallacissimum sanguinis plenitudo habet, ni-

nimirum quod inclinet præter modum ad venerem, & in ipso congressu plenitudinis ipsius remedio certissimo, causa, & author interitus esse potest vasa rumpendo, vt docui. Hæc notasse libuit, vt deducas, quam lubrica sit hora & occasio veneri idonea, vt non sit mirum, tantorum morborum radicem esse posse, si occasionem tam præcipitem nacta, frequens sit eius reiteratio, hanc enim inculpatam esse repugnat, si occasio idonea, lubrica, & infrequens est.

25 Sed de hora studijs idonea quid sentiam, pauca accipias, fortassis enim in omnibus fere cum venere conuenit, repleto quidem ventriculo, vt venenũ putanda. Est enim studium intensa vigilia, & animæ attenta contemplatio, quælibet vitales, & animales spiritus valentissime destruit, & resoluit, vnde alimentum incoctum ob defectum vitalis caloris manere necesse est, caput etiam crudis vaporibus replet, quia per attentam contemplationem calor ad cerebrum euolat, secumque vaporum alimenti non cocti, magnam copiam defert, & rapit, quibus caput grauatur, & destillationũ radix feracissima efficitur. Distemperatur enim, frigore, & humiditate vaporum, sicque cruda excremẽta creat, quæ ad partes sibi subiectas onustum demittit, & varijs, atrocibusque affectionibus cruciat, *vt lib. 6. aphorism. com. 2.* Galenus doctissime exposuit, nullũ enim opus naturæ tantam vitalis caloris copiam requirit, vt coctio ventriculi, quia cũ tota ciborum mole, & à natura nostra magis distante duellum comittere debet, eamque superare. Indeque studiũ repleto ventriculo pestiferum est, & omnium malorum certissima occasio, vt est certissima copia crudorum, thesaurum etiam specierum (memoriam intellige) studium à cibo potenter diminuit, & interdum aufert omnino ob dictam iam causam, quia tenacitati memoriæ, nil plusquam frigida & humida intemperies cerebri obstat.

Vt calfactis erat culpabilis venus, sic & studium, vigilia enim calfacit prius, & febriũ origo ob id esse solet, vt venus. Et quia tandem refrigerat vitalis caloris dissipatione, est noxia refrigeratis, vt exsiccatis etiam bifariam, nam calfacere sine siccatione repugnat, vt implicat nõ siccare, quod spiritus, & sanguinis vapores muliebres dissipat. Et si tam certissime siccat; erit etiam perniciosum studium inanitis, vt erat venus, quia nullus sine siccatione est inanitus. Humidis etiã est studium noxium, quia fluxiones cõcitat, vt priusquam siccet calfacit. Est etiam ob dicta debilibus studium certa pernicies, qui spiritum resolutione vires valde effeminat. Vnde deduces horam studijs idoneam eandem fere esse, quæ veneri, quando nimirum homo est in medio eorum, quæ ipsum circunstant, nec repletus, nec inanitus, nec calfactus, nec algidus, nec siccus, nec humidus. Repletio vero ventriculi inimicissima saluti putanda. Sanguineis vero, aut nullam, aut minimam noxam studẽtibus affert. Ergo vt dicebat Hypocrates, labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria; sic eundem ordinem scholasticus seruabit, si sine noxa salutis locum idoneum litteris dare desiderat. Erit vero cõmodissimus locus si venerem excludens à loco ab Hypocrate posito; ibi studium collocet, vt sit commune axioma; labor, cibus, potus, somnus, studium, omnia mediocria. Robustissimum enim cerebrũ studium requirit, vt impressiones obiectorum efficaces & stabiles fiant, inconcussaque & indelebilia simulachra remaneant. Nunquam vero robustius agnoscitur, quam post exercitium, cibum, potum, & somnum, omnino excludendo veneremque vt vires omnes, nihil plusquam ingenium eneruat, discursum hebetat, lectionis amorem extinguit; non enim iam natis, sed nascituris dicata est, sic omnes lædit, & cum tantum detrimentum infallibiliter afferat si studio adiungatur: vires extreme labascent. Est enim studium ad virium languorem fere tam potens, vt venus, quinimo nunquam studium salubre putatur, cum sit venus interdum salubris.

bris. Quod si post cibum, & potum nō dormias, hora idonea vt litteris vaces erit peracta iam prima coctione, quæ in ventriculo fit; quia (vt docui) magnam copiam uitalis caloris requirit, eo quod, cum crudissimo, & multo alimēto separando pugnet; quilibet vero de proprio ventriculo expertus erit, quā temporis latitudinem ad perficiendam primam coctionem requirat: eritque omnibus ferè idonea latitudo quatuor, aut quinque horarum, vt sine noxa sensibili ventriculi, & cerebri litteris vacet; securior vero erit hora quinta nō dubiè, a prandio videlicet, seu refectionē meridiana. Quod nec displicuisse videtur nostro Accursio, *in tit. de Iustiniano, Codic. confirm. vers. Indefesso*: illam exhibens rationem, quia graues, fessique post cibum sumptum existimus, cui subscribit Speculator *de pet. sent. §. Vnico, circa medium*; & Petr. Rebuf. *in l. 21. §. Vis. vers. Nunc dicendum, de verbor. sign.* Item subdens studium, statim à cibo sumpto, maximè lucubrationem studiosis nocere ad indigestionem, scauiem, & ad alia teste Marsilio Ficino *de triplici vita, part. 1. tract. quinque sunt studiosorum hostes.*

Iuxta quam resolutionem, & legitimum horarum numerum ad studium post meridianum cibum subaudienda septem partiti nostri iuris dispositio, *l. 2. tit. 31. part. 2.* ibi: *De buen ayre, è de fermosas salidas debe ser la villa do quisieren establecer el estudio, porq̄ los Maestros que muestran los saberes à los Escolares, que los aprenden, viuan sanos en èl, è puedan folgar, è recibir placer en la tarde, quando se leuantaren cansados del estudio*, cui ab hora quarta, vel quinta pomeridiana in vere operam dedere, vt subintelligendum iuxta superiora oportet, conducit text. *in §. hæc autem tria; ibi Vrbibus Regijs, in procem. Digest.* & quæ ibi notantur ab Interpretibus facit text. *in cap. quorundam, 74. dist.* gloss. *in cap. tribus, de consecrat. dist. 1.* D. Thom. *de Regim. Princip. lib. 2. cap. 2.* Cassan. *in cathalogo gloriæ mundi, par. 10. consid. 32.* Natta *consil. 657. num. 16.* ex quibus, testimonio etiam dictæ nostræ *l.* partitæ obseruat expresse D. Ioan. Gasp. Hortigas *in patrocinio pro Cæsaraugustano gymnasio, 2. part. num. 68.*

A cœna vero tantum abest vt sit idonea, quod nihil periculosius, & in salubrius excogitari poterat: cum sine interruptione temporis ad somnum requisiti stare non poterit, nam qui de tempore naturalis somni, vt litteris vacent furantur, euidenti periculo extremi languoris virium, & omnium specierum morborum se exponunt. Vt illud axioma labor, cibus, potus, somnus, studium, omnia mediocria non de quolibet somno, sed de naturali intelligendum est. Natura enim vt virtutē, sic medium in omnibus amat, nam vt *in aphorismo 51. sectione 2.* dicitur, omne nimium est inimicum naturæ. Vnde summum ius, summam esse iniustitiam dicimus, quasi æquitati naturali contrarium, sic Terent. *in Heauton*: summū ius sæpe summa malitia. Et Lullius *lib. 1. Offic.* summū ius, summa iniuria est, notant Tiraq. *de retractatu linag. § 35. num. gloss. 1. num. 6.* & Hort. Caualc. *de brach. Reg. part. 6. num. 111. & seqq.* iam vero consent omnes, & experimentum suadet, in naturali somno, quem mediocrem dicimus, septem, aut octo horas absumendas esse, à quo & studium, & vomus, & alius quilibet labor secure suscipitur, qui ab illo calor vitalis, qui contra omnia corrumpentia naturam egregius antagonista putatur. Fortissimus abundansque est; & sic quemcunque moderatum laborem absque sensibili naturæ dispendio tolerat: Quinimo illum vt natura seruetur desiderat, nullus enim homo, aut nullum aliud animal, aut semper dormire, aut vigilare, laborareque potest sine vitæ periculo, vt Aristotel. *libr. de somno, & vigilia*, dissertissime docuit, quod si verum est, & vigilare vt vita tueatur confert, erit etiam studium mediocrè salubre, quia est moderata vigilia, quod assero contra opinionem Valesij putantis studia per se valetudinem conferre non posse, licet ex accidenti non parum conferant; pariunt enim ho-

homini prudentiam, & probitatem morum, liberantque à multis vitijs. Vnde ex Hipocrate, Plinio, Seneca, Celso, & alijs probat eruditè satis Mart. de Roa *singular. lib. 5. cap. 2.* lectionem, & disputationes caput, stomacumque iuuare.

Quod cum nec veteres ignorassent, vindemijs finitis media de nocte post legitimum somnum ad studia accedere incipiebant. Vt ex illo Iuuenalis elicitur.

Post finem Autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat: Accipe ceras,
Surge puer, vigilia.

Plinius à Vulcanalibus, quæ XIII. Augusti erant lucubrationes incepisse scribit, vti & ipsius Nepos, *lib. 3. epist. 5. ad Macrum*, notat Guid. Pancirol. *memorabilium lib. 1. cap. de characteribus litterarum, in fine pag. mihi* 273. Vbi Henric. Salmuth. *in notis*, pertinere inquit ad diligentiā somnum discutere. Quod si in vlla alia; certe in legali disciplina quam maximè requiritur: cum proditum sit, vigilantibus, & non dormientibus iura subuenire, *l. pupilus, ff. quæ in fraud. credit.* quæ vel ideo maximis cum vigilijs addiscere par est, cum non nisi multis cum vigilijs facta sint, & constituta, *§. quorum vtramque, in procœmio inst. l. si quando, C. de inof. test.* Subditque Raphael. Fulgos. in Scholares inuehi, qui ad Scholas mittebāt libros per famulos, cum ipsi in lecto iacerent, *in l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccles.* Vt & fecere Ioan. Andreas, & Odofred. *in c. 1. de Summa Trinit.* & Guiliel. Benedict. *in cap. Rainuntius, vers. adiectæ impub. num. 39. de testam.* quos rectius facturos existimauit Hostiensis, *in c. 1. de Offic. test. primicer.* Si parentes inanibus sumptibus non vexarent. Et tādem idem Salmuth. cum multis suasisset omnia præclara, noctu, quam die melius reperiri: Sed vtra noctis pars, inquit, ad vigilandum sit commodior; Matutina, an Vespertina, dubitari posit. Et mane potius surgendum, quam noctu vigilandum; Marsilius Ficinus quinque rationibus concludit *lib. de de vitæ sanit. cap. 7.* quibus, & hæc addatur: quod cum spiritus fatigatione diuturna, maximè subtilissimi quique resoluantur; nocte pauci, crassique supersint, studijs ineptissimi somno contra recreati spiritus; & membra corroborata cerebro seruiant. Petrus Gregor. *de iuris arte cap. 44.* sanè gallum ideo attributum Mercurio legimus, quod litterati, & negotiatores vigilare habeant necesse.

At hoc omnino respuit H. Cardanus, in Hipocratis prognost. prognost. 11. & 12. veriusque putat, esseque nociuū humanæ saluti studium antelucanum, ac pomeridianum, vt hæc ipsius verba euincunt: *Et licet homo non dormiat prioribus sex, aut septem horis, potest non lædi comedendo valde parum, at bene coctum: Sed si deficiat hæc pars vltima somni, non potest vlla arte sarciri damnum, etiam quod dormierint tota nocte residua, sed turbati, & stipudi surgunt, & hanc puto esse causam, cur Hipocrates suaserit somnum ad tertiam vsque diei partem: quia illa hora est ad vnguem, in qua fit tā vtilis distributio, & reparatio in cerebro, præsertim, & corde. Et ideo perspicuum est, quam male consulat Marsil. Ficinus illud studium antelucanum, cum etiam tunc aer sit valde crudus, ac malus, & Magistri ludij litterarij, qui hortantur, & cogunt suos discipulos, vt surgant ante diem ad studia: multo sapientius pater meus, qui me dum essem puer hortabatur, vt dormirem ad secundam horam ab ortu solis. Et non parum ei debeo ex hoc, cum in fine sexagesimiquinti anni huius adeò valeam, vt adolecens sensibus, ac mente, quamuis tot perculsus aduersis, puto hoc solo præcepto, quod iussit me perpetuo, vt seruarem.*

Septem partitum verò ius nostrum aptiores putat homines ad discendum, Matutinis primis horis, maximè ieiunos, vnde cum admonendos milites vellet eorum, quæ ad morum integritatem, & fidelitatem Regi præstandā scire oportet, id singulis diebus Matutino tempore ieiunis adhuc militi-

bus faciendum disponit in l.12.tit. 18 part.2.ibi: *E por ende los antiguos ponian siempre en los castillos omes señalados, que predicassen, è sopiessen mostrar estas cosas a los que estoniessen, de manera que touiessen esfuerzo para fazer bien, è que se sopiessen guardar de caer en pena de traicion. E esto deue fazer en la mañana quando los omes estan ayuntados, ante que se esparzan, estando ayunos, &c.*

26 Nec præteream artificialem diem quo ad opus ferrarum, à tertia, vel quarta hora Matutina incipere, & nona vespertina finiri; cum ea sit artificij natura, vt etiam noctu possit exerceri; confingũt enim sibi ferrarij dié, aut supplét ignitis inflammatisque carbonibus, quibus necessario vtuntur, & opus videre possunt. Ideò prædicta hora quarta Matutina frequenter, & ex more ad laborandum insurgunt, vt experientia didicimus, & testatur Petr. Rebuf. *in l. 2. §. vlt. vers. aduertendum est, ff. de verbor. signif.*

27 Et si ariolari licet, ex eo quod illa hora operari, & ineundem percutere incipiunt, qua reliqui eius quietem agunt, & lecto requiescunt, ab vrbe quondam fuerunt exulati, & quasi in insulā, & certum agrum ideo ferrariorum dictum, relegati, cuius extat vestigium in l. defuncta 58. §. 1. ff. de vsufructu, ibi: *Sempronio do lego ex redactu fructuum holeris, & porrinæ, quæ habeo in agro ferrariorum, partem sextam.* Consulerunt enim veteres quieti, & sopori ciuium, ne assiduo illo malei crepitu offenderentur, maximè eo tempore, quo ob noctis silentium molestius sonat. Sic factum à Sybaritis constat ex Athenæo, lib. 12. *Primi Sybaritæ* scri-
28 bit, *quæ cum strepitu exercentur artes, vt fabrorum ærariorum, & materiariorum, in suam ciuitatem recipi noluerunt, vt ne aliunde somnus turbaretur, aut interrumperetur: ob eandem causam nec ali gallos in ciuitate permiserunt.* Cuius auctoritate obseruabitité Aloys. Nouarinus *Schediasm. Sacro prophan. lib. 11. cap. 30. num. 251.* & iterum, *lib. 8. cap. 26. num. 139.* rursusque eod. *lib. cap. 29. num. 152.* vbi eiusdem Athenæi similem locum refert eiusdem *lib. 12. cap. 6.* ex quo luculentius colligitur Sybaritas, etiam fabros ferrarios, & quoscunque alios strepitum faciétes, vt lignarios, horumque similis, ita vt vndique imperturbati somni efficerentur.

Hinc merito studiorum fabor indu 29
xit, vt illis ex officio incumbens; vt Doctor, & Aduocatus possit ferrariũ, aut quemlibet alium obstrepentem è confinio expellere, argumento *l. vnic. in fine, C. de studijs liberal. lib. 11.* notant Scribentes *in l. 1.* & præcipuè Iason. *num. 45. ff. sol. matr.* Horat. Lucius, *titul. de priuileg. Schol. priuil. 46. & 74.* Rebuf. *eod. titul. priuileg. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 237.* Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 13. num. 40.* Gutier. *lib. 1. Canonic. cap. 35. num. 15.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 1. cap. 184. num. 10.* Alfons. de Escobar, *de Pontif. & Regia iurisd. in studijs general. cap. 14. num. 14* & nouissimè August. Barbos. *in voto de campanis dubio 4. num. 85.* vbi etiã 30
affirmat de Doctore, qui alta voce legit sicque alios impedit, vt ad silentium, vel saltim ad vocis moderationem cogi possit, ex Matth. Collero, *de processibus execut. part. 1. cap. 4. num. 8.* Barbos. *in dicta l. 1. nu. 54. part. 7. ff. solut. matr.* Addit. ad Guidonem Pancirol. *memorab. part. 2. tit. de campanis.* Fabrum vero non aliter eijcere poterit, quam si illum præuenerit prius in vico, aut confinio illo habitando, vt idé Collerus, Gutier. & Gratianus adnotant, id tantum eo casu limitantes cũ Menochio *dicto casu 237. num. 24.* in quo Doctor commodè habitare non possit, nam tunc expellendus erit faber, etiam qui eundem Doctorem inhabitando præuenit. Et quidé absque appellatione, cum ab hoc decreto nulla admittatur, ita Scaccia *de appellat. quæst. 17. lim. 6. membro 2. num. 36. & limit. 7. num. 13.* & Alfons. de Escobar, *vbi sup.*

Idque ne per tales strepitus distrahantur Doctores ab studijs, in quibus vertitur publica vtilitas. Iuxta Alex. ad Bart. *in d. l. vnic. §. ita vt vnicuique, num. 3. C. de studijs liber. vrb. lib. 11.* &

Gra-

Gracian. *vbi proxime num.* 13. vt distraerentur maximè ab studio antelucano omnium vtilissimo, cum ab hora quarta Matutina, qua solent studiosi frequenter ad libros surgere. Et ad maleum item ferarius ex more surgat, vt prædiximus. Quod adeò est in
31 festum, vt vel hoc solo Paulus (Doctor gentium) etsi sanctissimus, meritò de Alexandro prope domum suam ferariam artem exercente quæratur exclamans, Chorint. cap. 12. num. 7. *Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, vt me colaphicet.* Vt de hac persecutione explicat D. Ioãnes de Orozco, & Couarrubias, titul. de vera, & falsa prophetia, lib. 1. cap 6. ad finem, ibi: *Y de San Pablo sabemos todos dize de si, que porque la grandeza de las reuelaciones no le ensoberueciesse, le fue dado el estimulo, que llama de la carne, para q̃ le abofeteasse: y en lo que era esto; aunque de ordinario se explica como suena; San Chrisostomo dize, que era la persecucion ordinaria de vn Alexandro, vezino suyo, herrero, que le inquietaua, y de muchas maneras le perseguia siempre.* Cuius meminit August. Barb. *vbi sup. num* 84. in id etiam P. Thomam Massutium addu- cens *in vita S. Pauli lib. 9. cap.* 4. Ideo concludens Doctorem etiam posse coercere immodicum, & non necessa-
32 rium campanæ strepitum, ex Alciato *lib. 8. parerg. cap.* 11. Ioann. de Amicis *cons.* 105. Stephan. Gracian. *dicto loco num.* 17. qui ad similia item impedimenta hoc producit, vt in malis odoribus, sibilationibus, & vocibus in festis; quibus nec in cõgrue subaudi possunt canis vicini importunus latratus, & puerorũ adiscentium in scholis penè diurna vociferatio. Possunt enim hæc omnia maxime à litterati sarciri, ne debitis horis ab studijs, & officij munere auertantur.

33 Habent etiam, & hoc priuilegium infirmi ne quiescere, aut dormire impediantur, quibus expedit horis; vt ex Ripa *in l.* 1. *num.* 123. vbi etiã Alciat. *num.* 56. & Barb. *part.* 7. *num.* 57. *ff. solut. matrim.* indicat Cæpola *de seruitut. rusticor. prædior. cap.* 43. *num.* 3. Henric. Salm. *ad Pancir. vbi sup.* obseruat Aug Barbos. *dict. voto n.* 86. quoniam salus hominis cuius gratia natura omnia comparauit, *l. si pecudum* 28 *ff. de vsuris, §. in pecudũ, inst. de rer. diuis.* Omnibus rebus, & particulari commodo debet præferri; cum inæstimabilis sit, *l. si pater* 34. *de donat.* Id circo 34
eius causa licet currum, aut carrucarum transitum tignis; seu alio occlusionis genere prohibere; ne assiduo earum rotatu, maximè his temporibus, quibus ipsarum numerus vltra modũ creuit, infirmantium salus periclitetur. Dummodo iudicis assensus; aut illius qui ciuitatem regit accedat, quoniam eo inconsulto nemini licet cuiuscumque causæ obtentu publicã viam claudere, *l. seruitutes, §. publico, ff. de seruitut. l.* 2. *in princip. ff. ne quid in loco pub. l. quod Principis, ff. de aqua pluuia arcenda, l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam,* docẽt expressè Bart. Cæpola *de seruit. rustic. præd. cap.* 3. *n.* 27. tenebitur tamen iudex licentiam ad id cõcedere, vbicunque ad salutem cuiusvis, etiam particularis ciuis id expedire constiterit; nam vt diximus, hominis salus debet cuicunque commodo præferri.

Ex quibus etiam deducitur causa 35
publicæ quietis, posse nocturnis certis horis illis maximè quibus solent ciues frequenter somnos petere, currũ, & carrucarum vsus interdici: nam vt inquit Polydor. Ripa *de nocturn. temp. cap.* 9. *num.* 2. nox debet esse ab omni strepitu libera, sicque nocturno tempore prohibitum est obstrepere; quandoque vel hac sola ratione licet Iulianus, *in l. iter* 14. *ff. cõm. præd.* agnoscat in rusticis prædijs seruitutem itineris eo modo posse constitui, vt vel interdiu, aut noctu ire liceat; in vrbanis tamen necessarium admonet, vt non nisi ad diurnas horas concedatur: *Iter,* inquit, *nihil prohibet sic cõstitui, vt quis interdiu duntaxat eat; quod fere circa prædia vrbana etiam necessarium est.* Nedum ratione periculi, quasi maiorem nox peccandi ocasionem pręstet, *l. aut facta* 16. *§. tempus, ff. de pœnis,* vt placuit

Antonio Fabro *in Rationali ad dictam l.*cum & hoc etiam rusticis prædijs conueniat, si ad eos iter nocturno tempore pateat, sed eo potissimum, ne vrbis publica quies, & ciuium placidissimus somnus inuertatur. Vnde merito infert Cæpola *titul. de seruit. vrbanor. prædir. cap.* 38. *num.* 1. de nocte non licere ire per ciuitatem, & domos alienas, ex gloss. *in dicta l. iter, versic. Necessarium*, & Paul. de Castr. *ibid.* & ideo, inquit, si quis prætendat ius eundi per domum, vel fortalicium, aut scalas alterius, iure seruitutis constitutæ itineris, seu actus: tamen debet ire congruis horis: id est, tantum de die, secundum Florian. *in d. l. iter.* Quod subaudiunt Cæpola *ibid.* & Polydor. *dict. c.* 18. *num.* 4. de noctibus æstiualibus, quæ cum sint breuiores, minusque somni prębeant, cautius debet custodiri: aliter ac in hybernis, & hyemalibus, vtpote longioribus, veluti *in Antelogio* notauimus; his enim, inquit Polydor. si aliqua vrgeat necessitas, nec periculum immineat vicino, atque hora sit noctis tempestiua, nec nimis frequens sit eiusmodi nocturnus vsus, vel etiam sint ædes, quæ non claudantur, eundi ius erit. Ergo cum solus hominis transitus noctu interdicatur, ob communem quietem: carrucarum carruumque strepitus maiori ratione posset prohiberi.

37 Vnde etiam fit debere iudices, aut vrbium Rectores præcipere, vt nec musicis instrumentis, canticis, vel alijs modulationibus, quibus solent noctu iuuenes oblectari, dormientium pax turbetur, vt statuto Mediolanensi cauetur in criminalibus cap. 125. *Nullus vadat*, hæc sunt statuti verba: *Post tertiũ sonum campanæ, vsque ad campanã in diei eum lumine, vel sine lumine, cum aliqua viola, vel cantu, vel alio instrumento adsonandum, & qui repertus fuerit contra fecisse, condemnetur in solidos centum tertiolorũ.* Quod nec ipsis satelitibus, aut iustitiæ ministris, quibus oberrandi ciuitatem cura cõmittitur permitti, & si alia ratione merito placuit nostro Bobadill. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 56. *Tampoco se permite*, scribit, *que el Alguacil traiga musica que ande por el pueblo con él, para que la gente se llegue, y les quite las armas.* Iusta enim hæc prohibitionis ratio, sed quietis sola sufficeret; maximè in ijs, qui ex officij munere illam curare tenentur. Vnde meritò inquit Præpos. in *cap. cum cessante, de appellat.* quẽ refert Sylu. nuptial. *lib.* 4. *num.* 73. valere statutũ, aut Principis edictum, quo nocturnus chorearum vsus interdicitur.

Et ne à tempore nocturno discedamus, succedat & nunc illud dubium, vtrum liceat fidelibus sacram communionem quatuor horis ante Auroram, vel post meridiem suscipere? Et licere inde probari posse videtur, quia nullibi prohibitum legitur, imo si Scriptorum assertionibus hac in parte standũ est, permissum videtur, cum ex Siluestro *in Summa, verf. Eucharistia*, 3. *nu.* 15. Angelo, *eodem vers.* 3. *num.* 35. Candelabr. Aureo. 1. *p. de Sacramento Eucharistiæ, num.* 150. P. Saa, *in aphorism. Confessor. verf. Eucharistia, n.* 19. & pluribus ab ipso relatis, qualibet hora possit communio dari, & recipi. 38

Sed huic opinioni minime acquiescit Arboleda *in praxi Sacramentorum, de Sacramento Eucharistiæ, nota* 7. Nisi vbi parum ante diem, vel post meridiẽ fiat; nam si ad Auroram quatuor horæ deficiant, vel fuerint meridie elapsæ, improbabile existimat, posse rectè valentibus, nulloque mortis periculo laborantibus Eucharistiam concedi. Idque his verbis: *Digo lo segundo, comulgar el que està sano mucho antes de amanecer, ò notablemente despues de medio dia, aunque sea licito, no es conueniente, ni serà bien se practique sin mucha necessidad: y serà mucho, y natablemente, quando fuere dos, ò tres, ò quatro horas antes del dia, o despues de medio dia.* Quod probat ex sequentibus: Primum, quia ex eo quod non inuenitur prohibita hæc antelucana, & pomeridiana communio, tantum elicitur esse licitum, hoc est, impunibilem, non vero esse honestam, & decere. Secundum, quia vniuersali Ecclesiæ consuetudine extat sancitum, non

non nisi mane esse communicandum, vt patet. Ergo notabiliter ante, vel post cõmunicare nedum indecens, sed & illicitum erit. Tertium, quoniam si ius esset tunc communicare, esset in potestate fidelium, qualibet hora noctis petere à Sacerdotibus, maximè Parrochis communionem; & Parrochus quamuis intempesta nocte ex officio ad præstandam teneretur, quo nihil est absurdius. Quartum, quia frequenter communio in Missis præstatur; at Missæ regulariter dictis horis prohibentur, vt alibi diximus. Quintum,
39 nam & si aliquando ex particulis in Sacrario repositis communicent fideles extra Missas; id nimia liberalitate, & gratia Sacerdotum fit, cum illæ particulæ in id tantum ibi custodiantur, vt infirmis, & periclitantibus quacunque hora possit subveniri, ne absq; diuino, ac salutari hoc viatico decedant, *cap. Presbyter. de consecrat. dist.* 2. ergo hi tantum, non vero illi ad eas ius habebunt.

40 Quo circa vt certissimum definijt, tunc solum in tempestiuis hisce horis posse communicari, quando ex causa, vel priuilegio illis sacrificatur; cum absolute sit verum in Missis quacunq; parte diei celebratis licitam esse communionem fidelibus. Cum cõmunio se habeat, vt accessorium respectu Missæ quæ si licet, & hæc sit licita operępretium est. Deinde quoniam, & ita fuisse obseruatum in primitiua Ecclesia, inde conicijtur, quod tunc Christiani adeò persequebantur, vt vix liceret nisi in speluncis, & intempestiuis horis celebrare; & tamen omnibus Missis communicabant fideles, ad idque necessario constringebantur, *cap. Episcopus, in fine, de consecrat. dist.* 1. ibi: *Peracta autem consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere limitibus.* Et cauetur *lib.* 2. *cap.* 57. *& lib.* 8. *cap.* 20. *constitution. Apostol.* refertq; S. Dionys. *de Ecclesiast. Hierarchia, part.* 2. *cap.* 3. Vnde assistere Missis, pro communicare dicebatur, ab eo quod qui Missis aderant facere solebant. Sic deducitur *ex canone* 19. *Concilij Antisidorensis*, quo præcipitur, non licere presbyteris post cibũ sumptum, nec Missam dicere, nec assistere vbi dicitur; hoc est communicare, habetur *tom.* 4. *Concilior. pag. mihi* 522. Et nunc idem obseruatur cum ordines celebrantur, in quibus Missa solet quarta, vel quinta hora Vespertina diei, & ea nihilominus initiandi omnes communicant; quare iuxta eiusmodi sententiam esse intelligendũ admoneo, quod *supra* ex Siluestro, Angelo, & alijs notabimus, posse quacunque diei hora communicari, videlicet si ea Missa celebrari contigerit. Alio vero sensu, & vt verba preferunt, nimis improbabile censeo.

Et denique nequaquam prætermittendum, Episcopum ex sententia antiquissimi Guilielmi *in monitis Episcopalibus*, hora diei quarta ante meridiẽ teneri publice sui copiã omnibus præbere, qui ipsius opem, consilium, patrociniũ, aut eleemosynam exoptant. Et si non ignorem Gaspar. Cantarenum S. R. E. Cardinalem, *in titul. de officio Episcopi*, quem refert Marc. Anton. Genuens. *in manuale Pastor. cap.* 23. *n.* 4. id potius hora tertia præscribere illis verbis: His peractis quæ ad diuinum cultum, & animi erectionem faciunt, tertia diei hora instante conferat se Episcopus ad eos excipiendos, atque audiendos, qui ipsum, vel tanquam Iudicem, vel tanquam Consultorem, vel adiutorem adibunt, quibus se facilem benignumque præbeat, ita tamen, ne à grauitate recedat, & expediat statim, quæ rectè potest, nec ab hoc munere cesset, quousque omnes audierit, dimittat verũ, quantum fieri potest omnes à se lætos, tristem nullũ: quod si non potest, conetur saltim humana, lenique oratione mitigare eorũ tristitiam: poterit tamen aliquando virorum improborum, ac peruicatium, quos si benigne tractes, magis exasperes, contumaciam retundere, asperis, grauibusque verbis quibusque parentes in filios, quos maximè amant, vti quandoque solent. Quod nedum Episcopis, sed & Regibus, ipsorumque 41

Ministris, præsertim ijs, qui maiora negotia tractant haud parum necessariũ crediderim. Sic enim & iustitia, qua omnia conseruantur, melius custoditur; & subditorum amor, sine quo nec regnum consistit felicius conciliatur. Hinc Octauianus Augustus, vt Auctor est Suetonius *in ipsius vita*, omnibus horis, etiam nocturnis suorum causas audiebat, adeò, vt cum aliquo morbo laborabat, gestatoria sella ad camerã siue tribunal deduci curabat, ne tanto muneri, aut per horam viuens subtraheretur, quoniã vt satis concine scripsit politissimus vir D. D. Eugenius de Narbona charissimus patruus, *in doctrina politica ciuili*, *aphorism.* 197. *Oir causas, propio oficio de Rey, y bien necessarissimo a los vassallos, y el que mas grangea su amor.* Et iterum *aphor.* 199. *Principe de grande estado, y por el consiguiente ocupado en varias, y grãdes cosas, oyga lo que pudiere algun dia determinado, y de ciertas causas que mas necessiten de su autoridad.* Vt à Carolo Magno Galliarũ Rege factitatum refert testimonio Papir. Mas. *Annal. lib.* 3. vt enim beneuolentiã facilis iste ad Principem aditus auget, ita difficultas inueniendi, & aloquendi, odium etiam ad internetionem vsque parit; exemplo sit nobis Ramirus huius nominis Tertius, qui parũ abfuit, vt hac de causa Regno priuaretur. Et Ildephonsus cognomento Sapiens, eo nec alia ratione depulsus, vt affirmat nostræ ætatis Magister Historiarum Ægidius Gundisaluus de Auila, *in Histor. Henrici III. cap.* 48. his verbis: *Al Rey don Ramiro el Tercero le quisieron quitar el Reyno sus vassallos, y para ello le pusieron capitulo: Que daua Audiencia de mala gana, y respuestas asperas, y desabridas. Contra el Rey don Alonso el Sabio conjuraron los Grandes, y Ricos hombres de Castilla, hasta quitarle el Reyno, por sentencia que se pronunciò en las Cortes que se celebraron en Valladolid, mal contentos de sus palabras, y demasiada seueridad.*

MINVTA HORAE QVINTAE.



Horà quinta infelix vocatur, 1.

Quinta hora Matutina nostri, aut Gallici Horologij laborandi initium, 2.

Septem horæ diei priores, de quibus in l. 2. de verbor. signification. à quinta hora Matutina computantur, 3.

Operæ diurnæ meliores sunt, quam nocturnæ, ideo hæc non debeantur ex generali obligatione operarum, nisi necessitas aliud suadeat, ibid.

Pomponio Lux adhibetur, in l. 3. ff. de operis libertor. 4.

Solutio, quæ minutatim fieri nequit, pro dimidia parte consistit, etiam respectu censũs, vel annui reditus, ibid.

Text. in l. 2. ff. de annuis legat. illustratur, 5.

Ex nostris legibus, Operarij tenentur summo mane in strumentis suæ artis singulis diebus foro adesse, 6.

Dies artificialis apud nostros non tam horis, quam ortu, & occasu Solis computatur, 7.

Ope-

1 HOram quintam e numero infelicium esse, vel ex eo profert doctissimus Iudocus, *lib. 2. de Horis canon.* quia nec in Sacris Scripturis celebrata inuenitur, neque in ea aliquod præcipuum, aut insigne Redemptionis nostræ Sacramentum memoratur fuisse complectum. Quid ergo mirum si quæ in diuinis, nec nominari meruit, in humanis etiam à iuris nostri conditoribus silentio fuerit in-
2 voluta? Hinc est ea nec multis nobis agendum, sed paucissimis, eoque præcipuo, quod primus adnotauit Petr. Rebuf. *in l. 2. vers. septem. ff. de verb. signific.* videlicet, quintã horam Matutinam nostri, aut Gallici Horologij laborandi initium esse; omnesque ab ipsa ad duodecimam: & inde à duodecima ad septimam operari debere; vt seruant Typographi, nisi operam antea perfecerint.

Quod meritò *ex dict. l. 2.* desumpsit, quæ id mirifice probat, dum septé primas horas Matutinas scilicet, maiorem diei partem describit. Suppo- 3
nens

nens diem quoad opus, resque peragẽdas, à quinta Matutina hora exordiendum; quidqud immeritò inficietur Anton. Augu*st*. *lib.4.emẽdat.c.*13. in fine, & ex eo Guil. Forn. *ead. l.*2. Veriusque existimantes eiusmodi septem priores diei horas, nõ à quinta ad duodecimã, vt cũ Rebuffo sentimus, sed à duodecima noctis ad octauã diei fore cõputandas; quod vixerit, vt cuiquã probetur si animaduertat, Consultum *in d. l.* agere de mẽsura diei in ordine ad laborẽ, qui non tã noctis, quam diei esse solet, cum frequenter homines interdiu defatigentur, & noctu à laboribus quiescant. Vnde noctem fessi sæpè vocant, vt apud nuperum poetam.

Rursus me fessi terque, quaterq; vocant.
Sicque laborem filium noctis finxere Poetæ, vt obseruat Polydor. Ripa de *noctur. tempor. cap.*156.*nu.*7. eo ni fallor, quia ex nocturna requie validi, & alacres ad diurnum laborem exurgimus; est enim ita proprissimus diei labor, vt affirmet Ioann. Bertachin. *in Repertor. verb. Nox, vers.*4. nocte seruiẽtem non liberari, quando promisit scribere, vel aliud facere; quia nocturnæ operæ non equiualent diurnis, ex sententia Baldi, *in rubrica, C. de oper. libertor.* Alex. *in l. more, ff. de ferijs in fine* Angel. & Imol. *in l. stipulationes, vbi notat Gloss. de verbor. obligat.* asserentiũ operam de mane esse meliorem, quam de sero, quibus consentit Vincẽt. Carroc. *de locato part.*5. *quæst.* 21. *num.* 7. eo proferens operarium, nocte laborantem nullam consequi mercedem, vt proposita quæstione expressè resoluit Angel. *in d. l. stipulationes commodissimum*, quoniam ad operandum conductus, primis horis diei, non vltimis id facere tenetur, quia vesperi non ita prompti sumus, sicut mane, ex sentẽtia Alciat. *in d. l.*2. *vers. cuiusq; de verb. sign.* Et Vincent. Carroc. *sup. n.* 8. ideoque nocturnæ operæ non debentur, nisi aliqua necessitas illas exegerit, vt ex eodem Baldo *vbi sup.* tenet idem Berth. *dicto loco in fine*, quæ omnia manifestè conuincunt, dictas priores septem diei horas, non à duodecima noctis, vt Antonio Augustino & Fornerio placuit, sed à quinta Matutina esse numerandas.

4 Ex quo luce donatur difficile alias Pomponij responsum, *in l.*3. *ff. de oper. libert.* illis verbis: *Itaque nec ei liberto, qui sex horis dumtaxat ante meridianis præsto fuisset liberationem diei contingit*, id est, eius partis diei, nempe, mane. Sic enim illa verba: *Eius diei*, subaudienda existimo; quasi sensus sit: Ideò libertum sex tantum horis ante Meridianis patrono inseruientem, nec ab operis mediæ primæ partis diei liberari, quia non à quinta hora Matutina (vel ab vltima noctis, Auroræ adscripta, quæ quintæ equivalet in naturali die) ad duodecimam eas præstitit, septem horis obsequendo, quibus prima diei pars hoc respectu proculdubio constat. Quo circa sex tantum horis præsto stans libertus Patrono, nil consequitur; non liberationem ab operis, prorata, quia pars operæ per horas solui nequit: non ab integra prima parte diei, quia hæc septem horarum est, & nisi totas inseruierit parum proficiet. Est enim liberti officium diurnum, ita que aut integre, aut saltim pro dimidia exolui debet; vt desolutione certæ quantitatis dici solet, quæ licet minutatim fieri nequeat, *l. plane, ff. famil. hercisc. l. tuto. §. Lutius, ff. de vsuris, l. acceptam, C. eod.* pro dimidia sortis facta sustinetur, *l. etiam* 43. *de vsufr. l. legata* 19 *de legat.* 1. *l. de ætate* 11. *§. si interrogatus, ff. de inter. action. l. cum quæstio* 23. *C. de legat. l. nomen filiarum* 164. *§. portionis nomen. ff. de verbor. sign.* vbi multis comprobant Petr. Rebuf. & Guilielm. Forner. Et de census redemptione loquens tradit Ioan. Bapt. Madius, *de censuum requisitis* 9. *requisit. num.*6. vbi inquit, quod si inter contrahentes nil dictum fuerit de modo, & quantitate redemptionis faciendæ, non posse census minori parte quam pro dimidia redimi, quia appellatione partis simpliciter prolatæ, quæ in Bullis redimi conceditur, intelligitur de dimidia, cũ nulla sit expressa quota pars in hanc rem à Pontificibus.

Alio-

Alioqui si vt verba sonant, consulti mentem acciperemus, inconcinna vtique, & tepida ipsius sententia foret, quis ergo vnquam dubitabit integrũ diem laborare obstricto, sex tantundem horarum præstatione eius diei liberationem non contingere?

5 Estque ad eandem horam quintam referendum verbum, *mane, in l. 2. ff. de annuis legat.* cuius in calce sic legitur: *Quemadmodum si diurnas operas stichi dare damnatus, non à mane, sed à sexta diei hora det: totius diei nomine tenetur.* Nam licet pomeridianas horas soluerit nil egisse videtur, quoniam nec medium diem soluit. Est igitur artificialis dies quoad operarum præstationem tredecim horarum (& si quindecim esse voluerit Cherubinus Sandolinus, *in Thaumalemmate, lib. 8. cap. 22.* & quod superst nacti deputari) quarum septem, à quinta Matutina enumeratæ, primã diei partem constituunt: reliquæ vero sex a Meridie, vltimam continent. Quod aperte, *ex sacra Matthæi Historia, cap. 2.* cognoscitur, vbi operarij à Patre illo Familas conducti, & missi in vineam primo mane, vsque ad duodecimam culturæ insudarunt; vnde indignati ægre ferebant eos pares fecisse ijs, qui vndecima conducti vna tantum hora in vinea fueruut; quoniã duodecima opus sistebat, & primo mane inchoabatur, id est, vna hora ante Solis ortum, siue mane secundo, quod hora diei prima contingit. Sic Beda *de diuisione tempor.* Anselm. *lib. 2. de Imagine Mundi, cap. 3.* Censor. *de die natali, c. 27.* Theodor. Rubeus, *in Horario vniuers. Eccles. cap. 17. num. 41* vbi inquit, Sole Oriẽte, & existente in ipso Horizonte terminari horam nocturnam duodecimã inæqualem, & summere initium horam primam diurnã similiter inæqualem. Ergo quamuis libertus ã sexta hora, seu Meridie operas præstiterit, adhuc totius diei nomine tenebitur, quia nec mediam diei partem soluit, qui sex tantum horis siue ante, siue pomeridianis præsto fuit: constat vtique, vt prænotabimus, dies operarum tredecim horis, quarum sex, cum alterius dupli ci quadrante medium efficiunt. Igitur nisi septem persoluerit, maneuit tamẽ totius diei reus, & debitor. Vt plane sensisse videtur subtilissimus Andreas Alciat. *in d. l. 2. vers. cuiusque, de verb. signif.* cum inquit, quod licet à meridie ad Occasum opus faciens, mediam operam fecisse dicatur; at diurnæ mercedis dimidium ideo non consequitur; secus vero, quia mane vsque ad meridiem id operatus est, iure optimo dimidium mercedis habebit; notat vt singularissimum Vincent. Corrosc. *de locato d. part. 5. quæst. 21. num. 9.* Quo, ni Cujatius respexit, *lib. 1. Pauli ad edictum in dict. l. 2. de verb. signif.* cum vltimo dixit eum liberari, qui operas præstitit a diluculo vsque ad sextam tantum, improbabiliter loquitur; maximè cum textus *in l. 6. de operis libert.* cuius auctoritate id affirmat, nec verbum de eo agat.

6 Inde prouidissimè apud nostros sancitum *in l. 2. titul. 11. lib. 7. nouæ Recopil. legum Hisp.* operarios teneri summo mane, & aluescente Cœlo singulis diebus foro artis suæ necessarijs instructos adesse, vt conducti protinus recto itinere in opus progrediantur. Dabo integra ipsius legis verba, vtpote quæ rem nostram maximè illustrant: *Porque es orden de justicia, que los mercenarios no sean defraudados de su merced, ni aquellos que los alojan, y alquilan no sean defraudados del seruicio; ordenamos, que todos los carpinteros, y albañiles, y obreros, y jornaleros, y los otros hombres, y mugeres, y menestrales, que se suelen alquilar, y alquilar, que salgan a las plazas de cada vn lugar do estuuieren, lo es acostumbrado de se alquilar, cada dia en quebrando el Alua, con sus herramientas, en manera que salga del lugar en saliendo el Sol, para hazer las labores en que fueren alquilados, y labren todo el dia, en tal manera que salgan de los dichos labores en tiempo que lleguen a la villa, o lugar donde fueren alquilados, en poniendose el Sol: y los que labraren dentro en la villa, o lugar donde fueren alquilados, que labren desde el dicho tiempo que*

que sale el Sol, y dexen la labor quando se pusiere el Sol, so pena que le no sea pagado del jornal que ganare. Ex quibus plane conuincitur diem artificialem apud
7 nostros non tam horis, quam Solis ortu, & Occasu quolibet anni tempore mensurari, vt patet ibi: *En manera que salga del lugar en saliendo el Sol.* iuncto versic. sequenti: *En tal manera q̃ salgan de los dichos labores en tiempo que lleguẽ a la villa, o lugar donde fueren alquilados en poniendose el Sol.* Et rursus, de operarijs statuens, qui intra opidum opus exercent: *que labren*, inquit, *desde el dicho tiempo que sale el Sol, y dexen la la-*
8 *bor quando se pusiere el Sol.* Toto ergo hoc spatio, quo Solis ortus distat ab Occasu, laborare tenentur, quia ad totius diei laborem sunt conducti, sic ibi: *Y labren todo el dia*; alioqui prorata amissi tẽporis mulctabuntur. Nam pœna quartæ partis mercedis, quæ *dicta l.* imponitur, respicit tantum, nõ exeuntes ad opus designato tempore, vel redeuntes, opusque deserentes ante designatum tempus, non vero ad casum protenditur non laborandi, aut minus, quam oportet, otio aliquam partem diei absumendo; quo, æqualitatis ratio, qua nostra decisio maximè innititur, veluti eius initio satis reprehenditur, suadet pro modo temporis mulctam esse infligendam. Ita tamẽ vt ratio habeatur otij necessarij, neque enim, scribit eleganter Guil. Forner. *in dicta l. 2. de ver. or. signif.* vsque
9 adeo duriter, & inique cum artificibus cæterisque diuturnarum operum debitoribus agendum, vt nulla ab opere recreandarum, ac reficiendarum virium gratia relaxatio concedatur: hoc est, vt acquiescere meridiano tempore, & valetudinis, & honestatis suæ rationem habere sinamus, *l. Medicus 26 l. operarum 50. ff. de oper. libert.* Etenim non assiduus labor in homine desiderandus, *l. si quid 18.* ibi: *Et si laboriosum & vigilacem affirmauerit esse, non continuus labor per dies noctesque ab eo exigatur, ff. de ædel. edict.* conducit *Theodosij Nouella 8. ad Senatũ Constantinopol.* qua illud legitur: *Et si vos frui otio quodam tempore patiamur; ne labore vidiamini fatigari continuo*, & Seneca, *lib. 2. epist. 13. Neq; te iubeo semper imminere libro, aut pugillaribus, dandum, & aliquod interuallum animo: ita tamen vt nõ resoluatur, sed vt remittatur.*

Inde est eum dici continue habitasse aliquo loco, vbi ad id iure tenetur, 10
qui congruis tantum horis habitauit, vt notat Polydor. Ripa *de nocturn. tẽpore cap. 121. num. 1.* ridiculum esse proferẽs, vt qui diurnis horis foro inseruit, aut alijs incumbit negotijs, quã ob causam extra proprias ædes contingat esse, is non dicatur ideo perpetuo habitasse; atque in continua possessione fuisse. Cũ vt egregie scribit Abbas *in procœmio Decretal. nu. 3. vers. his notabilibus expeditis*, vbi item Felin. & alij, is semper residisse dicatur in Ecclesia, qui suis horis residit; & testis satis de continua residentia, seruitio, aut labore probat, qui de solitis horis testatur; nec ideo erit reijciẽdus, quia illum nocturno tempore habitantem, seruientem, aut laborantem non viderit, ex Angelo *in l. 1. §. item fluminum nu. 4. vers. eodem modo, ff. de flumi ibus*, Mascard. *de probat. concl. 1221 n. 26. vers. hinc dicebat*, quibus accedit Polydor. *vbi proximè num. 7.* Nullum enim onus ita continuum in homine desiderari potest, aut cum ipso pacisci, quod aliquam temporis relaxationem non admittat, cum nec cogendus sit incessanter operari, sed ciuiliter, vt sentit Amescua *de potest. in se ipsum, lib. 2. c. 19. num. 4. in fine*, eo contendens non esse inutilem promissionem perpetuo seruiendi, aut operas præstandi. Quia licet continua intermissionis tamen aliqua momenta naturæ, & honestati necessaria admittit, *l. continuus 137. ff. de verb. oblig.*

Ex quibus luce donatur textus *in* 11
cap. significatum 11. de præbend. & Dignitat. Vbi Alexander III. S. P. definijt, Sacerdotem, cui cum onere quotidie celebrãdi fuit assignata præbenda, ad id necessario teneri, exceptis illis diebus, quibus aut honestatis, aut propriæ deuotionis ratio exegerit, vt

vel

vel alibi, vel nullibi celebret, ex quo infert Zanard. 1. *part. de sacrif. Missæ cap.* 13. & ex Antonin. Diana, *resolut. moral. part.* 2. *tit.* 14. *resol.* 28. *& part.* 5. *tit.* 5. *resol.* 23. *& tit.* 13. *resol.* 51. *§. notandum*, quod Capellanus obligatus ex stipendio quotidie celebrare, potest causa maioris honestatis vnam Missam singulis hebdomadis omittere, aut duas, secundū Nauarrum, *tom.* 1. *cons. lib.* 3. *cons.* 6. *num.* 5. Esset enim inhonestum ita assiduæ celebrationi Sacerdotem obstringi, vt nec aliquando liceret pro se ipso celebrare, aut recreationis causa à celebrando abstinere.

12 Cuius simile, & in illis disponitur, qui ad pensum diuini Officij perpetuo tenetur, quod non ita cōtinuo esse intelligēdum, inquit Ioan. Enriquez, *in compend. cap.* 29. *num.* 30. vt saltim per octo dies non liceat in anno Officium omittere, quod ad duos tantum dies restringunt Sotus, Aragon, & Filliuc. Sed neutra harū opinionū subsistit stāte Bulla Pij V. quæ pro qualibet die, & pro qualibet Hora neglecta restitutionis onus iniungit: quare meritò reprehendunt Bonarcius, *cap.* 11. *num.* 15. Palaus *tom.* 2. *disp.* 2. *punct.* 7. *n.* 4. Antoninus Diana, *d. part.* 2. *tit.* 12. *resol.* 34. & *part.* 5. *tit.* 5. *resol.* 24. & D. Ioan. de Escob. *tit. de Horis Canonic. quæst.* 5. *§.* 3. *num.* 18. Et nouissimè multis relatis P. Leander *quæst. moral. in sept. Sacram. tit.* 6. *disput.* 13. *quæst.* 29. eo præsertim, quia est contra decisionem *cap. dolentis, de celebrat. Missar.*

13 Probabilius tamen sequi potest Nauarri opinio, qui *cap.* 5. *de oratione, nu.* 21. *& cap.* 21. *num.* 64. non peccare affirmat, qui causa barbam resecandi, aut eundi ad actum Scholasticorum se excusat à Chori residentia bis, aut semel in mense; etiam si plures horas illius diei, quem ad hæc necessaria accipit, & quibus diuinis assistere poterat, otio, aut ludijs cōsummat; quia sufficit quod principalis causa excusationis à Choro sit iusta, & si non tanti temporis, vt omnes horas, vel ante, vel post barbæ depositionem, aut actū Scholasticum absumat. Quamuis non defuerint, qui cōtrarium ausi fuerint affirmare, vt Garc. de Benef. 3. *part. cap.* 2. *num.* 245. Moneta, *de distrib. quotid. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 45. Castrus Palaus *dicto* 2. *tom. tit.* 7. *disp.* 3. *puncto* 9. *§.* 12. *num.* 18. & D. Ioan. de Escobar, *vbi proximè num.* 153. vbi docent, cōsuetudinem facere non posse, quod singulis mēsibus summatur vnus, vel alter dies pro barba radenda, ita vt in illis distributiones lucrentur, quia non videtur iusta causa; nam & si necessaria, adeò breui temporis interuallo perfici potest, quod non impediat Chori assistentiam. Licet de obseruantia, & practica prioris sententiæ in multis Ecclesijs testetur idem Escobar *ibidem*, cui quodammodo accedere videtur P. Garsia *in Summ. de excellent. Clericor. tit.* 2. *dif.* 9. *punct. vlt. num.* 31. vbi aut manè tantum, aut vespere à Choro abesse, vt barba radatur verius indicat.

Sed ne longius diuagemur, extra 14 omnem dubitationis aleam, positum extat, operarios, etiam qui ad continuū, totius diei laborem asummuntur, non ita perpetuo ad opus teneri, vt nec liceat aliquando otio refici, aut recreari. Et si hoc tātum admittat Petr. Rebuf. *in d. l.* 2. *de verbor. signific. vers. Septem*, vbi consuetudo, qua id omne regi debere affirmat, admisserit. Cuius opinionem solum quoad excessum quietis recipiendam crederem; quoniam necessariam meridiationem, vt sic dicam, aut requiem meridianā nulla consuetudo impediet, cum debita sit exigentia naturæ, quæ omni existit consuetudine superior.

Nec illud *ad nostra l.* explicationē 15 negligam, in ciuilem videlicet, & inhonestam eo videri, quia tam hominū, quam fœminarum conuentum in foro nocturnis horis præcipit; res quippe adeò publicæ honestati repugnans, vt vel eius vitandæ solummodo causa Romani nocturna sacrificia mulieribus inhibuerint: quasi eo tēpore magna præberetur occasio peccandi: *Et*

Le-

Lege XII. tabularum, præscripserint ne quis in vrbe cætus nocturnos agitaret. Quem morem scribit Benedict. Ægid. *tit. de iure, & priuileg. honest. art.* 14. *num.* 9. imittata est Ecclesia in solemnibus sactorum; nam cum prius venerationis causa à Vesperis per totam noctem vigiliæ in Ecclesijs à fidelibus agerentur, postea honestatis ratione hoc exigente fuit sublatum, & vigiliarum, siue pernoctationum loco ieiunia instituta, quibus necne vtimur constat *ex cap. nosse* 76. *distin.* & obseruant item noster D. Præses Couar. *lib.* 3. *variar. resol. cap.* 19. *num.* 10. *vers. verum pernoctiones*, Polydor. Ripa *de nocturn. tempor. cap.* 96. & plerique alij enim cum præfata *hæc lex Regia* statuit, *artifices: y los otros hombres, y mugeres, y menestrales, que se suelen alojar, que se salgan a las plazas de cada vn lugar do estuuieren, do es acostumbrado de se alquilar cada dia en quebrando el Alua*, noctu omnes ibi ad futuros exoptat, quoniam Aurora nocti adscribitur, sic Alexand. & Castr. *in l. Titius,* §. 1. *de liber. & posth.* Franc. Bursat. *cons.* 319. *num.* 6. *lib.* 3. Ideò asserentes factum in Aurora, & ante ortum Solis (vt concursus nostræ legis) noctu factum videri, vnde si statuto grauior, vel duplicata pœna pro nocturnis delictis infligatur, Auroræ tempore cōmissa proculdubio complectitur. Natta, *cons.* 469. *n.* 1. & 3. Ioan. Andreas, *in cap. si perfodiens, de homicid.* & hoc esse ex mente Ecclesiæ voluit Cardinal, *post glossam in Clementina* 1. § 1. *de reliq. & vener. sanctor.* iuxta notata *in cap.* 1. *eod. tit.* dum inter Horas nocturnas primam reponit, quæ vt diximus in Aura recitatur.

16 At quidquid hæc suadeant nequaquam inhonestatis eiusmodi occasio poterit dictæ legi adscribi; imò summa cura, & prouidentia illam prorsus excludendi: cum & hac ratione pro tempore ad hos laboratorum cætus: *En quebrando el Alua*, assignauerit, id est, cum aliquid sensibilis lucis ex erumpentibus Solis fulgoribus in aere apparet, ex sententia eiusdem Natæ, *dicto cons. num.* 6. & aliorum, quos recenset Polyd. Ripa *de noctur. tempor. c.* 3. *num.* 52. cuius dubiæ lucis statum, diem in fieri appellauit Iason. *in d. l. Titius,* §. *Lucius, num.* 3. *vers. sed Barthol. ff. de liber. & posth.* quoniam si Natæ credimus, *num.* 16. dies fit in aduentu Auroræ albescente cælo. Sicque canit Ecclesia: *lux intrat, & albescit Polus*, quod de Aurora intelligit Theod. Rubeus *in Horario vniuersal. Eccles. c.* 25. *num.* 3. quæ meritò à nostris *Alba* nuncupatur, quasi tunc albescat, id est instantibus Solis radijs splendeat, vnde *albente die*, pro splendenti dixit Cæsar *lib.* 1. *de bello ciuili*, ibi: *Cæsar exploratis regionibus albente cælo omnes copias castrense ducis* & Hircius, *de bello Africano: Cæsar vna nocte consumpta id cælo albescente cum proficisci conaretur.* Vbi notandum nocte consumpta iam cœlum albescere dixisse, quasi expressè significans cœli albescentiam diem esse, siue diei principium, vt satis colligitur *ex l. Titius* 25. §. *Lucius Titius, ff. de liber. & posthum. Lucius Titius*, ait, *cum suprema sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnantem rure agentem scripsit; id quod in vtero haberet ex parte hæredem. Quæro, cum ipsa die, qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate hora diei sexta; eodē die albescente cœlo* (hoc est, ipsius diei initio) *rure sit enixa Mæuia masculinū, an institutio hæredis valeat, cum quo tēpore scriberetur testamentum iam editus esset partus?* Ex quibus optimè obseruat D. D. Laurentius Ramirez de Prado, omnigenæ eruditionis vir, *in Pentecont. cap.* 2. Albescere, idem ac splendere, & nitere plerūque significare in idque D. Marcum adducit, *c.* 9. *num.* 3. *& vestimenta eius facta sunt splendentia, candida nimis, velut nix: qualia fullo super terram non potest candida facere*; cum tamen fullonum id sit artificium, ac si diceret, vt supra modum, & natu- 17
ram vestes albicare faciant, quod herbæ cuiusdam beneficio assequebantur, quæ ideò fullonum dicebatur, vt Malachiæ *cap.* 3. *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.* Vbi accipi-

pitur metaphora ab emundatione metallorum, & dealbatione vestium: nam ignis emundat splendescereque facit aurum, fullonum vero illa herba dealbat, & quasi nitere facit vestes. Hancque esse illam herbam cuius meminit Ieremias, *cap.2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata est in iniquitate tua corã me, dicit Dominus*: vel ex eo satis constat, quod eadem metaphora emundationis, & dealbationis vestium vtitur, vt Sinagogam immundiciei arguat. Vulgo Saponaria vocatur, inde ducto nomine, quod ea pro sapone sit ad extergendas sordes, & delendas maculas atque omnino ad mundiciem vestium, & candorem: eam autem herbam hic intelligi ex translatione Chaldaicæ paraphrasis deducitur, qua ita legitur: *Si putatis vos mundari posse à peccatis, vt nitro, aut sapone.* Sed siue eadem, siue alia fuerit satis ex notatis euincitur huius herbæ ministerio adeò bestes albicasse, vt quasi splendescere instar cœli, qui cũ mane albescit, splẽdet idque ex aurata luce splendorum Solis jam erũpentis, a qua Auroræ nomẽ, vt Varronis testimonio admonet Marti. Delrius *ad Senecam in Thyestem, vers.* 821. *pag. mihi* 404. 3. *part.* & Theodor. Aubeus, *in Horario vniuersali Ecclesiast. cap.* 25. *num.* 1. ibi: *Solarium radiorum splendores, qui mane Orientem Solem præuenientes ab aurata luce, Aurora, de serò Occidentem sequentes, à luce dubia crepuscula vocantur*; mane Orientem Solem eiusmodi Auroræ splendores præuenire inquit, vt Astrologiam, & Iurisprudentiam optimè calluit Theodorus, vt ex vtriusque scientiæ Principis constaret, hanc temporis partem mane esse, & ideò diei adnumerandam, quidquid aliter senserint initio recensiti, quos meritò despicit Polydor. Ripa *vbi proximè.*

18 Cæterum est relatu dignissimum, laudẽ Domini, quam Brutis, & istiusmodi generis animantibus Regius Vates exoptat, *Psal.* 148. *vers.* 7. ibi: *Laudate Dominum de terra Dracones, & vers.* 10. *Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ.* Quinta diei hora perpetuo ab ipsis naturaliter persolui, si Georgio Cedreno Græco Scriptori, *in compendio Historiali*, fidem adhibere oportet, qui cum duodenario horarum spatio cunctas creaturas preces Deo offerre pronuntiet: *Prima*, inquit, *diei hora preces peraguntur. Prima in cœlo; Secunda preces Angelorum; Tertia volucrium; Quarta iumentorum; Quinta Bestiarum; Sexta Angeli assistunt, omnesque discernuntur creaturæ; Septima ad Deum intrãt Angeli, & exeunt; Octaua laudatio, & sacrificia Angelorum; Nona precatio, & cultus ab hominibus; Decima aquarum inspectio; preces cœlestium, & terrestrium; Vndecima mutua confessio, & exaltatio omnium; Duodecima interpellatio hominũ Deo accepta.* Refert Petrus Bungus *de myster. numeror. num.* 12. *pagina mihi* 394. Vbi non mirandum subiungit, quod Bruta numeri inscia, Deum laudare dicantur: quemadmodum S. Thom. edocet 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 10. *ad tertium*, dicuntur, Bruta Deum inuocare propter naturale desiderium, quo cuncta suo modo diuinam bonitatem consequi desiderant, sicut etiam Deo dicuntur obedire ob naturalem instinctum, quo mouentur à Deo. Quo sensu animalia iurisperitia censeri scripsit Vlpianus *in l.* 1. *§. ius naturale, ff. de iust. & iur.* ibi: *Videmus enim, cætera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri.* Et aues nonnullas Philosophiam, & iurisprudentiam callere, vt Coruus, Columba, Ciconia, Vincent. Turturet. affirmat, *in paralel. ethicis, & iuridic. dissert.* 34. vbi iuridice agit, & tandem bruta animalia ratione vti, Plutarch. *in colloquio Vlysis, Circis, & Grilli*, vt apud Gaspar Dornabium, *in Amphiteatro sapientiæ, tom.* 1. *pag. mihi* 359. nouissimè penes Atanas. Kircherium *de arte magnetica, lib.* 3. *prælusione* 1. qui animalia professionem omnium scientiarum affectare, scribit. Et quid mirum? cum Orientius Vetus, & eruditus Scriptor, extremo fragmentorum, rationem etiam in brutis ag-

noscere videantur illo carmine:

Hinc cohibet totum pacis concordia Mundum;

Quæ brutis etiam cum ratione datur.

Et si dictionem *cum ratione*, diuerso sensu acceperint Martin. Delrius, & Gaspar Barth. *aduersar. lib.* 43. *cap.* 9. Sed citra omnem interpretationem mentem in brutis concedit Galenus *lib.* 3. *de vulgari morbo comic. exponendo diem* 14. *morbi Hermocratis*, cum sic scribit: *Nempè vt Sabinus dixit, morbus insidians veluti fera aliqua, vel homo nequam (nempè mentem habentis animalis est insidiari) repente iam inuadit inopinatos eos, qui ab ipso insidijs obsidentur.*

20 Nec sileam S. P. Clementis statutum *in cap. tribus gradibus* 22. *de consecration. dist.* 2. cuius reuerenti prouidentia disponitur. Sacratissimũ Christi corpus, siue in sacrificio, siue in cõmunione recipientes, saltim quinque horarum spatio (veluti si Matutina hora secunda accipiant, ad sextam; sin vero quarta, vsque ad vesperas, siue nonam) à cæteris vulgaribus cibis abstinere debere, adducã Pontificis verba: *Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consummunt: non statim ad accipiendos communes cibos conueniant, ne putent sanctæ portioni miscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum diffunditur. Si igitur mane Dominica* (hora scilicet secunda; sic accipiendum, vt sequenti cõgruat, & ordini, & numero horarum) *portio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt, & si tertia, vel quarta hora acceperint, Ieiunent vsque ad vesperes.* Vnde Siluest. *in Summa, verb. Eucharistia* 3. *num.* 8. Angel. *verb. Missa, num.* 55. proferunt necessario, vacandum esse ab epulis, & potionibus per aliquod tempus assump-

21 tione Sancti Sacramenti. Quod & si non ita absolutè, saltim sub veniale obseruandum indicat Fagundez *præcep.* 3. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. & Antonin. Diana 3. *part. tit.* 4. *resol.* 44. *in fine*, cum solum grauem culpam ex hac irreuerentia excludant; & suadetur exemplo Ægyptiorum Patruum in Eremo degentium, inter quos: *Nec desunt*, inquit Phil. Iud. *lib. de vita contemplat. Qui præ laute accepto epulo sapientiæ copiosæ præuentis sua placita* (Eucharistiam videlicet) *perdurant duplum eius temporis, & vix sexto die gustant cibum necessarium.*

Mihi tamen aliorum sententia magis placet, qui etiam absque leui culpa licere post Missam, & communionem mensas petere, vt certius constituunt. Nec ideò is sum, qui hoc licere putem; potius enim summe conuenire existimo, aliqualem abstinentiam post spirituale illud cõuiuium, sed non ita sub præcepto, vt statim edentes, reos nec venialis efficiam. Angelico Doctori subscribens, *in* 4. *dist.* 8 *quæst.* 1. *art.* 4. *quæst.* 3. sequuntur Azor *lib.* 10. *cap.* 30 *quæst.* 2. *vers. quæ res an absolutio.* Villalob. *in Summa, tom.* 1. *tit.* 7. *dif.* 39. Suarez *disp.* 68. *sect.* 4. *in fine.* Granad. *tit.* 11. *de Eucharistia, disp.* 1. *num.* 5. Bonacin. *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 25. Layman *lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 6. *num.* 23. & nouissimè P. Leander, 2. *part. in septem Sacram. tit.* 7. *disp.* 5. *q.* 43. qui ita Religiosorum praxim admittere testatur, cum frequenter, vltimam Missam celebrans statim refectorium ingrediatur. 22

Nec aliud euincitur ex decisione dicti *cap. tribus*; quia præterquam quod non est vsu recepta, vt testis est D. Thom. 3. *parte, quæst.* 80. *art.* 8. *ad sextum*; cui fere omnes supra relati cõsentiunt; consilium potius, & adhortationem, quam præceptum continet secundum Archidiaconum, & Turrecrematam, *ibidem*. A quibus nec dissentit Anton. Gãma *post decisiones, quæst.* 1. *num.* 15. ea vero quæ consilij sunt nullam culpam inducunt quamuis neglecta, vt notissimum est. 23

Iuxta quæ erunt subaudiendi Caietanus *in Summa, verb. Communio.* Henriq. *lib.* 8. *cap.* 49. *num.* 1. Philibert. *tit.* 3. *c.* 3. *in fine*. Conrad. *part.* 2. *q.* 224. Laym. *vbi supra*, & alij asserentes non nisi post aliquod tempus à communione esse expuendum; cuius con- 24

contrarium defendit Granad. *dict. tit.* 11. *de Eucharistia, disp.* 1. *num.* 6. & P. Leander *dicto loco quaest.* 44. Respiciunt etenim hae magis decentiam, & honestatem, quam obligationem sub peccato.

MINVTA HORAE SEXTAE.

1 CVm sextæ diei, qua creatus est homo hora sexta peccauerit, & à Paradiso fuerit expulsus; ipsamet Christus, vt quasi eisdem vestigijs redimeret, mori, & affigi voluit, veluti communis Ecclesiæ traditio affirmat, & optime describit Hugo à S. Victore *in speculo Ecclesiæ*, his verbis: *In eadem hora Christus Redemptor noster mori voluit pro homine, in qua homo expulsus est de paradiso: & in eadem hominem per lignum redimere placuit, qua eum lignum hostis deceperat, ars vt artem falleret, & medellam ferret inde hostis, vbi lesserat*; indubitatum tanto facto oportet nil tam naturale esse, quam eo genere quidque dissolui; quo colligatum est: *l. nihil tam naturale* 35. *ff. de regul. iuris*, id est, eo modo in contrarium acto, vt *ibidem* explicat Petr. Faber, nam vt omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt, *l. omnia* 100. *ff. eod.* ita & quæ iniuria fiunt *l.* 1. *& fere per tot. titulum, ff. de vi armata*, & Paul. de interdicto vnde vi agens *lib.* 65. *ad Edictum* hoc sensu idem protulit *in l. fere* 153. *de regul. iuris*, vt Cuiatius, *ibid.* & Pet. Faber, *supra*, meritò obseruarunt.

Hinc satis ad rem Petr. Bungus *de myster. numeror. Num.* 6. nec misterio vacare, inquit; quod in Dominica Passione non dicitur meridies, sed hora notatur sexta, cum vtique sexta hora, non aliud, quam meridianum tempus ostendat, vt vulgare est; & nostri etiam indicant *in l.* 2. *de annuis legat. l. Titius, §. Lucius, de liber. & posthu. l. ideoque de vsucap. l.* 3. *de oper. libert.* Notat egregie Anton. Augustin. *lib.* 4. *emendat. c.* 13. Nullus tamen Euangelistarum meridiem nominauit; sed ita dixit Matth. *ab hora sexta tenebræ factæ sunt super terram, vsque in horam nonam.* Lucas vero: *Erat iam quasi hora sexta*, sed & Marcus: *Cum autem esset facta hora sexta, tenebræ factæ sunt.* In conuiuio autem Patriarcharum apud Ioseph, *Genes.* 43. *& in Cantico Canticor. cap.* 1. Tempus id non significatum est nomine sexti numeri, sed meridiei: *Euangelistæ vero*, subijcit Bungus vt rem expediat, *in his quæ narrabant, non meridianum tempus, sed horæ sextæ numerum requirebant; ad enarrandum scilicet sacrificium hostiæ eius, quæ oblata est in die Paschæ pro Redemptione hominis*, 2

qui

qui sexta hora peccauit, atque Paradisiaca sede propulsus est. Vnde Senarius dicitur redemptionis numerus, siue liberationis, indeque libertus, aut quiuis alius diurnas operas dare obstrictus, si adiliculo ad horam sextam persoluerit, liberatur eo modo, quo *supra Hora 5. n. 4. & 5.* animaduertimus.

3 Et quamuis D. Marcus, *cap. 15.* Christum Crucifixum hora tertia dixerit, itaque sit à Telesphoro scriptũ *in cap. nocte sancta 48. de consecrat. dist. 1.* postremis illis verbis. *Reliquis vero temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus Crucifixus est, &c.* Quibus magis adducitur D. D. Laurentius Ramirez de Prado *in Pentecontarc. cap. 38.* & inde suaderi poterat, quia fortasis hac de causa tres priores diei horæ sanguini adscribuntur, iuxta sequentem Bungi partitionem, *vbi supra num. 4. Prima igitur diei hora vsque ad perfectionem trium horarũ, est sanguinis; tres vero subsequentes, quarta scilicet, quinta, & sexta, choleræ rubeæ; at septima, octaua, & nona choleræ nigræ; tres supremæ, decima nimirum, vndecima, & duodecima pituitæ.* Sed vt horum alia est ratio, ita & superiorum, cum Christum Domi-

4 num hora tertia Cruci fuisse affixum non effectu, sed lingua, & ingrati populi clamoribus debet intelligi, *cap. periculose 23. de pœnit. dist. 1.* vbi sic ex Diuo Augustino: *Nam Iudæi Dominũ nequaquam proprijs manibus occiderunt sicut scriptum est.* Nobis non licet interficere quemquam: *Sed tamen illis Domini mors imputatur: quia ipsi lingua interfecerunt dicentes:* Crucifixe, Crucifixe eum, *vnde vnus Euangelista dixit, Dominum Crucifixum esse hora tertia, alius sexta: quia Iudæi Crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta magnibus*, repetit Gloss. *in dicto cap. nocte sancta, verb. Crucifixus.* Azor *instit. moral. 1. part. lib. 10. cap. 2. q. 9.* Bonac. *tom. 1. tit. de his quæ ad priuat. diuini Offic. recit. pertin. disp. 1. q. 1. punct. 3. num. 5.* vbi eodem pacto exponenda esse docent verba illa, quæ continentur *in Hymno Horæ Tertiæ* iuxta ritum Ambrosianum.

Iam surgit hora tertia,
Qua Christus ascendit Crucem.

Idem sentit Iodoc. Damhouderius *in praxi rerum criminal. cap. 70. de homicidio linguæ*, vbi postquam scripsit, homicidium lingua quotuor modis cõmitti: nẽpe adulterino, seu falso testimonio, consilio, suggestione, vel adhortatione; præcepto, iussu, vel mandato; & iniqua, seu injusta condemnatione; Iudæos non solũ adhortatione, sed etiam mandato, & iussu Christum Crucifixisse, inquit *num. 8. Atque hoc item modo Iudæi*, hæc sunt verba, *Cum Pharisæis, & Scribis, Christum seruatorem nostrum occiderunt: quem iussu, clamoribus, ac mandatis imperiosis ad Crucis patibulum adegerunt, vti habent sacræ Euangelistarum historiæ: Crucifixe, Crucifixe eum. Si hunc dimittis, &c.* Cõducit quod in simili scripsit Bald. *in l. is qui, C. si pendent. appel.* eos videlicet qui damnantur ad mortem, bis interire, primo gladio oris iudicis, quia fiunt serui pœnæ, secundo ipso supplicio, refert Castracan. *de societatib. offic. cap. 30. num. 4.* ex quo patet quam periculosè errent, vt verbis vtar dicti *cap. periculose*, qui eos tantum homicidas esse existimant, qui manibus homines occidunt: ac non etiam eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur.

Et stabilijt præfatam sententiam cœleste illud horarium Pasionis Iesu-Christi anonymi cuiusdam, apud Bernardum Cæsium *de mineralibus, lib. 3. cap. 10. sect. 9. num. 11.* quatuor nempe, & viginti Iesu Christi patientis mysteria oculis fidei, singula singulis horis, à prima feriæ quintæ hora, nocte iam appetente, ad vltimam Parasceues, hac serie spectanda proponens. I. Labat, II. Euchariftiam instituit. III. Sermonem habet. IV. Orat. V. Proditur. VI. Vincitur. VII. Colaphis impetitur. VIII. Obnubitur. IX. Negatur. X. Ad Pilatum rapitur. XI. Accusatur. XII. Vt amens 5

irridetur. XIII. Flagellis cæditur. XIV. Coronatur. XV. Ecce Homo. XVI. Crucem Baiulat. XVII. Spoliatur. XVIII. Crucifigitur. XIX. Matrem alloquitur. XX. Sitit. XXI. Expirat. XXII. Lancea transfoditur. XXIII. Deponitur. XXIV. Sepelitur. Hora decimaoctaua die naturalis Redemptorem Crucifixum designat, quæ lucis quasi horæ sextæ respondet, vt eleganter dispungit Petr. Bungus, *dict. tit. Num.* 4. cum illud Euangelij à sexta hora, factas fuisse tenebras super vniuersam terram, intelligendum esse a decimaoctaua hora, vsque ad vigesimamprimam diei naturalis edocet. Et si aliter Euangelistas in concordiam redigere conetur Cardinal. Tolet. *in cap.* 19. *Ioan. annot.* 8. Iacob. Grethser. *de Cruce, lib.* 1. *cap.* 25. P. Suarez *disp.* 40. *q.* 6. Petr. à Iesu Maria *in sufficient. concionat. tit.* 8. *cap.* 40. *ad finem*, Cantapet. *lib.* 9. *Hypotipos. regul.* 36.

6 Idcirco in tanti beneficij memoriam singulis diebus, eadem hora preces Deo effundēdas decreuit Ecclesia, *c.* 1. *de celebrat. Missar. cap. Presbyter.* 2. 91. *dist.* expressè Rupert. *lib.* 1. *cap.* 4. *de diuin. Offic.* Optimè Guil. Durand. *in rational. diuinor. lib.* 5. *cap.* 7. melius Iudocus *lib.* 2. *de Horis Canonic.* qui & nōnullas alias rationes subiungit his verbis: *Porrò hora sexta persoluuntur Deo quotidianæ laudes in memoriam eximiæ illius charitatis, qua pro nostra redemptione ea hora Cruci est affixus*: quemadmodum dicit Ioannes: *Erat*, inquit, *Parasceue Paschæ hora quasi sexta.* Et Lucas: *Erat autem fere hora sexta, & tunc etiam subito obortæ sunt* (vt ait Matth. & Lucas) *tenebræ per vniuersam terram ab hora sexta, vsque ad nonam.* Vt Sol pullus, & ater suo lumine contracto, suum, & omnium visus fuerit eluxisse conditorem. Rursus eadem sacra annotatur hora, qua Dominus noster volens ostendere nostræ salutis desiderium, quo flagrabat, à muliere Samaritana aquam petiuit, & illi suæ salutaris doctrinæ (& per illam Samaritanis omnibus) fluenta communicauit, sui cognitionem, quod esset vere Saluator Mundi ipsis elargiens, atque sub illorum typo se in sexta ætate toti mundo per susceptam carnis dispensationem benignius manifestans, Saluatoremque declarans. Nō subticuit id Diuinus Euangelista, cum ait: *Erat autem ibi fons Iacob: Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta, venit mulier de Samaria aurire aquam*, eadem denique Beatissimus Petrus, orationi intentus, visionem habuit de populo gentium in vnum Ecclesiæ sinū per fidem congregando, cum vidit linteum descendens de Cœlo, plenum quoad rupedibus, volatilibus, & reptilibus, quemadmodum, *Acta Apostolorum, cap.* 10. testantur, *ascendit*, inquiūt *Petrus in superiora vt oraret circa horam sextam*, consentit Ioan. Cassianus, *lib.* 3 *cap.* 3. & refert Michael Timottheus *in diuinum Offic. tit.* 6. *q.* 3.

7 Ex quibus infertur ante eiusmodi Horam nequaquam posse siue à Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ Canonicis capitulum celebrari, nam cum hæc fuerit vltima Horarum, quæ mane debent in Choro recitari, ipsius decantatio Capituli Congregationem præcedat inde opportebit, quia iure prohibente capitulum dum diuina celebrantur officia fieri non debet, vt multis probat Nocol. Garsia *de beneficijs part.* 3. *cap.* 2. *à num.* 559. & ita ipso efflagitante fuisse per sacram Congregationem Concilij anno 1605. declaratum testatur, in hæc verba: *Congregatio Concilij ad primum respondit, Congregationes einsmodi capitulares habendas non esse eo tempore, quo diuina Officia celebrantur, nisi causa aliqua vrgens eas in aliud tempus differri non pateretur, quod si hæ Congregationes absque causa prædicta tempore celebrationis Diuinorum habita fuerint, Canonicum iure ab his, vt choro interfit, abesse posse, nec propterea esse mulctandū.* Quod & iam pridem de anno 1600. sub die 17. Nouembris à sacra Rituum Congregatione declaratum, refert August. Barbos. *de Cononic. & Dignitat. cap.* 36. *n.* 14.

cu-

cuius declarationis hæc series: *Congregatio sacra Rituum viso, & perpenso memorali pro parte dimidiorum Canonicorum, & Quartenariorum Ecclesiæ Vlixbonnen. eidẽ sacræ Congregationi porrecto, declarauit, Capitula, seu tractatus, & Congregationes, ac actus Capitulares per Canonicos Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum peractis diuinis Officijs, & præsertim Missa maiori, ne diuinus cultus propter ministrorum subtractionem minuatur, habendus esse; quod si dum Missa, & alia diuina Officia celebrantur, aut Horæ Canonicæ recitantur, Capitula habere voluerint, nisi forte euidens necessitas, id postulauerit eius Horæ, in qua id commiserint, quotidianas distributiones minimè lucrari debere censuit.* Reperit idem Barb. *in Collect. Bullarij, verb. Canonici, & verb. Congregationes Capitulares, §. 4. & verb. Capitulum.* Et P. Hyeron. Garcia *in Summa de excellent. Sacerdot. tit. 2. difficult. 9. dub. 8. puncto vltimo, num. 29.* ex Decreto Clementis VIII. ita scribens: *De dõde se infiere, que regularmente hablando, no es causa legitima que escuse, porque celebrar Capitulo en tiempo del Oficio potius est in damnum, quam in vtilitatem Ecclesiæ; y esta es la mente del Papa, pues prohibe tenerlo en aquella hora: pero si se ofreciesse algũ caso forçoso, que no se puede diferirse, no ay duda sino que quedarán escusados, y que podràn lleuar las distribuciones, porque el Pontifice no prohibe estos casos incidentes, y peremptorios.* Vnde meritò infert Nicolas Garcia, *vbi proximè num.* 563. & ex eo August. Barbos. *dict. cap.* 36. *num.* 16. non solum prohiberi illis horis, quibus diuina, mane præsertim celebrantur Congregationes Capitulares, sed etiam quascunque alias particulares Commissariorum Capituli, adeò vt nec tunc liceat facere, aut exigere rationes, computa bonorum, & redditutum mensæ, vel fabricæ. Vti nec Missam dicere, vt communiter docent Scribentes, maximè Hieron. Gonçalez *in regul. 8. Cancel. §. 7. procemial. num.* 181. Garcia de Benef. *d. cap.* 2. *num.* 390. March. *de sacrific. Missæ part.* 2. *cap.* 35. *num.* 2. Lotherius *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 48. Bonacin. *de Sacram. Euchar. disp.* 4. *quæst. vltim. punct. 7. §. 5. num.* 7. Barb. *de potest. Episcopi alleg.* 53. *num.* 134. & *in remission. Concilij, session.* 24. *cap.* 12. & *Bullarij, verb. Canonici, §.* 12. & P. Hieron. Garf. *supr. num.* 30. qui omnes proferunt, Canonicum, qui tempore diuinorum Missam celebrat, non lucrari distributiones, cum causa celebrationis non sit legitima, saltim vt excuset à Chori assistentia; vtpote quæ potest in aliud tempus differri, & alijs rationibus à supra relatis perpensis; qui & illud disputant, an distributiones lucretur, qui licentiam ab Episcopo obtinuit illa hora celebrandi: & licet hac in quæstione negatiua aliquibus placuerit, præsertim Bonacinæ; mihi tamen, magis affirmatiua probatur cũ Nicolao Garcia, & Gonçalez, *supra*; qui ita declaratum affirmat his verbis: *Qui tempore quo cantatur vna Hora in Choro, Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi Horæ, nec illius distributiones accipere potest; si vero iussus fuerit à superiore, vt celebraret, tunc reciperet. Superior tamen debet cauere à tali iussione,* cui subscribit alter Garcia *de excellentijs Sacerdot. loco vbi sup.*

Hucque spectat quod licet diebus Dominicis, & festiuis Missã hora tertia, ex iuris dispositione, celebretur, *cap. nocte sancta* 48. *de consecr. dist.* 1. *cap. & hoc attendendum* 52. *ead. dist.* ex quibus ita notauimus *supr. Hora* 3. In profestis tamen non nisi hora sexta debet decantari, vt rerum Ecclesiasticarum peritissimus Guil. Durandus admonet *in Rationali Diuinor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 20. & Nauar. *de Oratione cap.* 21. *num.* 31.

Vnde cum monitoriales litteræ ab Episcopo, seu illius Vicario generali, pro rebus furto subtractis, aut aliter deperditis expeditæ, debeant necessario inter Missarum solemnia à Parrocho, aut alio de ipsius licentia diebus festiuis in Ecclesia publicari, vt colligitur *ex Extrauag. vnic. Ioannis XXII. de furtis*, & refert Petr. Anton. Lazarius, *de Monitorijs, sectione* 1. *quæst.* 19. *num.* 1. dictis horis publicentur operæpretium erit, vtpote quibus communiter his diebus solent Missæ decan-

cantari,& populus ad illas accedere. Sicque subaudiendum erit id, quod in Episcopo solemniter excommunicante disponitur *in cap. Debent* 106. 11. *quæst.* 3. videlicet, debere duodecim Sacerdotes Episcopum circunstare: & lucernas ardentes in manibus tenere: quas in conclusione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram,& conculcare pedibus, hoc enim inter Missarum solemnia fiebat, vt omnibus tunc conuenientibus innotesceret, quod præmaxime in publicis his excommunicationibus desideratur, vt colligitur ex textu *in c. curæ sit* 20. *ead. causa, & quæst.* vbi eo præsertim nomina excommunicatorum, præforibus Ecclesiæ affixi præcipiūtur, vt & hodie apud nostros cum in tabela describi mandatur, nisi vt de ipsorum excommunicatione vniuersi Ecclesiam introeuntes certiorentur, audi textus verba: *Curæ sit omnibus Episcopis excommunicatorum omnino nomina, tam Episcopis vicinis, quam suis Parrochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita præ foribus Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in vtraque diligentia excommunicatis vbique Ecclesiasticus aditus excludatur: & excusationis causa omnibus auferatur,* quibus & indicari videtur, moris fuisse illo sœculo, excommunicatorum nomina, siue scripturam nominum, diebus Festiuis præsente populo ad limen Ecclesiæ pedibus conculcare, hoc enim significare videntur, ibi: *Eaque in celebri loco posita præforibus Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare.* Et suadetur *ex dicto cap. debent,* vbi in anathemate inuentur lucernæ illæ, qui bus proculdubio excomunicati significantur, in terram abijci, & conculcari, nō aliter ac sal infatuatum, quod iuxta Euangelicam doctrinam ad nihilum valet vltra, nisi vt projiciatur foras,& conculcetur ab hominibus, *cap. non omnes Episcopi* 2. *quæst.* 7. Quo referendum existimo illud Concilij Arausiconensis, cuius fit mentio *in cap. cum aliquis* 108. *dicta causa, & quæst.* Vt cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, Episcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas Ecclesiæ venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui eum hinc, & inde circumstare debent; & si ille terræ prostratus veniam postulat, & de futuris cautelam spondet: tunc Episcopus apprehensa manu eius dextera, in Ecclesiam illum introducat, & communioni Christianæ reddat. Terræ enim postratus absolutionem eo petere debebat si cōiectari fas est, quia necessario à terra loqueretur opportebat, qui propter excommunicationem fuerat in terra proiectus.

Quibus adnectam sex horarum spatium partem considerabilem cuiuslibet diei, etiam Romani, aut ciuilis censeri; vtpote quæ ipsius quartam partem constituunt, veluti obseruat Anton. Diana, *resol. moralium, part.* 1. *tit.* 9. *resol.* 1. *vers. quid ergo,* vbi inde deducit laborantem, in die festo per dictum spatium, lætalis culpæ reatum incurrere; nec posse ratione paruitatis materiæ excusari. Nā licet regulariter quarta cuiusque rei pars, minima habeatur; id non perpetuo verum est, vt casu, de quo loquimur, & serotinæ collationis in ieiunio, quam & si prædicta ratione ad quantitatem quartæ partis eorum, quæ ieiunanti ad ordinariam cœnam sufficerent, producant Reginald. *in praxi tom.* 1 *lib.* 4. *cap.* 14. *dub.* 10. *num.* 185. Laym. *in Theolog. Moral. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 1. *num.* 9. & Filliucius, *tom.* 2. *tit.* 27. *part.* 2. *cap.* 3. *q.* 7. *num.* 33. Id tamen meritò displicet Antonino Dianæ *ibidem.* 9

Ex quo fit sex horarum defectum in præscripta ætate ad professionem, ipsam vitiare, nullamque reddere. Ita Villalobos *in Summa tom.* 1. *tit.* 15. *dific.* 20. *num.* 1. his verbis: *Se dio por nula vna profession, con parecer de los hombres mas doctos desta Vniuersidad de Salamanca, por auerse hecho seis horas antes que el nouicio cumpliesse los diez y seis años.* Idem docet ex Basilio Antonin. Diana, *resolut. moral. part.* 3. *tit.* 2. *de* 10

du-

dubijs regulariter, resol. 57. *& part.* 5. *tit.* 5. *resol.* 18. Vbi ita Rotam censuisse obtestatur, quibus, & nos subscripsimus *Annal. lib. tractat. de ætate ad omnes humanos actus requisita Anno* 16.
11 *quæst. vnic. num.* 6. rationibus à Thom. Sancio expensis, *lib.* 2. *de matrim. disp.* 24. *num.* 22. vbi contendit vnius, vel alterius horæ defectum officere validitati professionis, vti in expresso declarasse Eminentissimos Cardinales expositioni Tridétini deputatos, affirmat Summæ fidei, auctoritatis, & doctrinæ vir August. Barbos. *iuris Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 139. & Ioannes Machad. *in perfecto Confessore tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 1. *tit.* 3. *doc.* 3. *num.* 3. Et si in contrariam sententiam magis inclinent asserentes subsistere professionem emissam qualibet hora vltimi diei, quo nouitius legitimam ætatem adimplet. Vt tenent Campanil. *in diuers. iuris Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 129. alijque apud Barbosam, *vbi proximè.*

12 Quibus congruit ex sententia doctissimi P. Ioannis Marianæ *lib.* 2. *de morte, & immortalitate, pag. mihi* 398. Sex horas diurnas sufficere ad laborem, & si hoc minimè ius nostrum admittat, *l.* 2. *ff. de ann. legat. l.* 3. *ff. de Operis libertor.* ibi: *Itaque nec ei liberto, qui sex horis dumtaxat ante meridianis præsto fuisset, liberatio eius diei contingit*, & si hoc diuersam habeat rationem, vt ex his quæ ad huius l. explicationem superius *Hora* 5. meditauimur, satis conijectatur.

13 Id tamen certius est, quod subindicat idem Ioan. Mariana, & probatur *in libris nostris*; scilicet horam sextam diei artificialis, horam esse quietis, & recreationis post laboré. Vnde Palladius Ægyptioru more, *lib. de re rustica*, in omnibus mensibus metitur horas duodecim à Solis ortu ad occasum, sextá accipiédo pro duodecima meridiana nostri Horologij, quá otio adscribit. Hinc nos appellamus *Siesta*, quietis illud tempus ab hora *Sexta*, qua quiesci solebat, *vt elucidario nostro linguæ Hispanicæ* contendimus ex eodem verbo, consentit Sebast. Couarr. *in Thesauro eiusdem linguæ*. Quod etiam Romanis commune fuit, audi Martialem *lib.* 4. *Epigr.* 8. qui postquam aliarum horarum officia distribuit, ita rem aperit.

Sexta quies lassis, septima finis erit.

Facit & apud Græcos incerti Auctoris disticon, quod sic vertit Lilius Girald. *de annis, & mensibus, pag. in libro nostro* 605.

Sufficit in sextam labor horam, deinde sequentes,

Vt viuas, numeri littera cidi *monet.*

Hoc carmen ita Maxim. Planudes exponit: Ad sextam diei horam, inqut, operari, & laborare decet, post hanc cibum procedere, quod etiam manifestatur per litteras Horologij; nam si Græcas litteras, quæ septimam, octauam, nonam, & decimam horam significant coniunges, verbum *Cidi* exprimes, quod *viue* significat Latine, ac si dicat, cedas, vt viuas. Et quia meridianis horis interquiescere solebát veteres, & torpore quodá animi & corporis solui in soporé; torporis, & desidiæ Dæmonem, meridianum dicebant, ita Euagrius *de octo vitijs*: *Desidiæ Dæmon, qui etiam meridianus vocatur, Dæmonú omnium grauissimus est; ac monachum sub horam quartam agreditur*, meminit huiusce obseruationis Gasp. Barth. *tom.* 2. *aduersar. lib.* 45. *cap.* 4. à quo veluti periculosiori, merito liberari exoptat Regius Vates *Psal.* 90. *vers.* 6. *ab incursu, & Dæmonio meridiano.* Et sic diuersa hac de re alij senserint, quorum meminit Torrebl. *iuris spiritual. lib.* 4. *cap.* 8. *sect.* 10.

Hac de causa, cum spectacula Bestiariorum, siue eorum qui bestijs obijciebantur matutina fuissent; vt satis euincit Petr. Faber *semestr. lib.* 1. *cap.* 6 *ad finem*: Meridiana gladiatorum exhibebantur, vt horum quies, & oblectamentum, illorum tristitiam leniret. Sic ex Seneca didicimus, *epist.* 7. illis verbis: *Casu in meridianum spectaculum incidi, ludos spectans, & sales, & aliquis laxaméti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant.* Facit Tertul. *in apolog. cap.* 15. *Risimus, & inter ludi*

ludicras Meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinātem, & ibidem P. Ludouic. de la Cerda *num*. 494. Item Suetonius *in Claud. Bestiarijs, Meridianisque adeo delectabatur, vt à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandiū populo, persederat.* Ex quo forsan consuetudo irrepsit in tragædijs, & comædijs ludicrum aliquid, & iocundum intermiscendi, quod *Entremes* vulgari sermone, quasi intermistionem dicimus, & Græci *Episodion* dixerunt, vt notat Lilius Gregor. Girald. *de Poetar. Histor. dialogo 6. pag*. 231. vbi ex Theophilo, & Suida scribit episodiū, appellari in fabulis, id quod risus causa infertur, extra subiectum, vel argumentum fabulæ, à quo idem profert Sebast. Couarr. *in Thesauro linguæ Hispanicæ, verb. Entremes*; cuius rei plura Lipsius *Saturnal. lib*. 1. *cap*. 19.

Erat enim meridies, vt illud prosequar, ipsissima quietis hora, vt nec iuris nostri conditores latuit, cum sic expressè caueatur *in l. Medicus* 26. & suadetur *in l. operarum* 50. *ff. de operis libert*. ex quibus idem *Hora præcedenti* admonuimus. Quæ etiam post meridianos cibos Episcopis permittitur, iuxta Gasp. Cantarenum, *tit. de Officio Episcopi*, apud Genuensem *in manuale Pastorum, cap*. 23. *num*. 5. affirmantem posse Episcopum simio prandio aliquantulum honeste cum familiaribus recreari, dummodo, inquit, recreatio in contumeliam alicuius, neque in obscænitatem labatur scurrilitas summopere vitanda, in oratione grauitas seruanda, risus immodicus cohibendus aliquos musicæ genus nō reprehenditur, dummodo non sit lascibum: animi enim relaxatio illum alacriorem facit, ad negotia, & ad bonam valetudinem deseruit. Et forsan hoc nobis insinuare voluit Deus cum peractis omnibus, quæ admirabilem vniuersi Orbis structuram decebant, deambulat in paradiso ad auram post meridiem, *Genes*. 3. *vers*. 8.

14 Adstruunt ergo proxima horam diei sextam meridiem, & noctis mediætatem conficere, cuius rei eam veram rationem his verbis assignat egregiè Polidor. Ripa *de noctur. tempore cap*. 6. *num*. 3. Ego existimo, scribit, attento Hispaniarum vsu, qui media nocte duo decimam calculant horam, itidem, & in meridie, quoniam vero attento breuiore Horologio horarum summa diuiditur in quatuor partes, ita vt est quatuor sex horarum quaternarijs integre conficiatur Orbis viginti quatuor horarum, & singulis sex horis denuo prima enumeratur hora ad sextā inclusiue; ideò in meridie opportune dicitur sexta hora diei, in media nocte sexta noctis hora; probat *l*. 1. *ff. de manumis*. Ad quam sextam meridianam hora respexisse videtur, Virg. *AEneidor*. 8.

Sol medium cœli conscenderat igneus
Orbem.

Et Mart. *lib*. 3.

Iam primo Phetonte sudat Aethon
Exarsitque dies, & hora fessos
Interiungit equos meridiana.

Itemque Lucan. *lib*. 1.

Quæque dies medius flagrantibus
æstuat horis.

Nocturnam etiam horam sextam describit Virgil. 4. *AEneid.*

Nox erat & placidam carpebant fessa
soporem corpora, & c.

Ouid. quoque 5. *Fastor.*

Nox vbi iam media est, somnusque silentia præbent.

Necnon & Stat. *lib*. 2. *Theb.*

Ast vbi prona dies longos super æquora fines exiget,
Atque ingens medio natat vmbra profundo.

Dabantur enim accusatori ex legis 15 præscripto sex horæ, quibus in foro dicere, & causam verbo agere posset. Vnde Plinius *lib*. 4. *epist*. 9. ad Vrsum: *Nam cum ex lege accusator sex horas, nouem reus accepisset, ita diuiserat tempora Reus inter me, & eum, qui post me dicturus erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur.* Cicero *pro Flacco*: *Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur, vt duceret iudicium, cui sex horas omnino iudex dedit.* Et rursus 3. *actione in Verrem*, idem sig-

significasse videtur: *Hic tu fortasse eris diligens*, inquit, *ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam, nisi omni tempore, quod mihi concessum est, abusus ero, quereteDeum, atque hominum fidem implorabis, circumueniri Caium Verrem, quod accusator nolit tamdiu, quam liceat dicere: quod mihi mea lex cum det, eo mihi vti non licebit?* Consentit Alex. ab Alex. *lib. 4. dierum genial. cap. 11. in foro autem leges cauebant, vt sex horæ accusatori, reo vero darentur nouem, ne paucioribus clepsydris tẽpore præscripto præcipitarent causas*, refert Franc. Pollet. *Historiæ fori Roman. lib. 1. cap. 2. ad finem.* Et si Asconius Pedian. *in Orat. Ciceronis pro Milone.* ex Pompei constitutione memorat horas duo accusatori, & tres reo datas.

16 Quod interuallum, vt ex proximè narratis conijcitur, nedum ipsis tantũ accusatoribus, & reis, sed & illorum patronis, & Oratoribus permittebantur, vt nec vltra prolixis rationibus commendatam causam instruerent, cuius tanta nostris legibus cura fuit, vt siue verbo, siue scripto aduocatorum petulantiam, & temeritatem, quasi qui horas sermonibus fallunt, omnimodo auersentur, inde *l. 4. tit. 16. lib. 2. nouæ Recopil.* inter alia hæc leguntur: *Y otrosi defendemos, que en el processo no disputen los Abogados, ni los Procuradores, ni las partes principales, mas cada vna simplemente ponga el hecho en cerradas razones* Et expressius *sanctione illa anni* 1594. ad bonum regimen edita 5. Februarij, quam vulgo *Auto de buen gouierno* dicimus, quæ nuperrime excusis 128. locum obtinet, vbi sic cauetur: *En Madrid a cinco de Hebrero de mil y quinientos y nouenta y quatro años, el Consejo consultò a su Magestad, que auiẽdo visto la demasia que ay en Abogados, assi en hazerse pagados, como en se alargar en las informaciones en derecho, parecia que de aqui adelante hagan las dichas informaciones breues, y compendiosas, en Latin, sin Romance alguno, si no fuere algun dicho de testigo, o escritura, o ponderacion de ley, o Doctor que principalmente tocare al punto, y ai que refiere a los otros sin dezir los referidos por èl, so pena de veinte mil marauedis para la Camara de su Magestad, y pobres, por mitad.* Et inferius: *Y su Magestad vino en ello, y mandò que assi se hiziesse, y se despacharon cedulas della para las Chancillerias, y Audiencias, y el Consejo mandò se notifique a los Abogados de esta Corte.* Et deinde *simili constitutione* 157. qua præscribitur, nõ nisi vnicum aduocatum, pro vno quoque litigantium in Senatu loqui debere, sic scribitur. *Y ansimismo mandaron que los dichos Abogados conformen en quien ha de hablar en los estrados en el hecho, y derecho, que solo ha de hablar vno, y no mas, con breuedad, como lo dispone la ley de la Partida, y leyes destos Reynos: Ansi lo proueyeron, y mandaron.*

17 Fuit ergo semper Aduocatorum in dicendo effrænata colluuies inuisa, & exossa, quandoquidem hac de causa ab officio propellendos, vt litium concinatores admoneat Vlpianus *in l. ne quicquam 9. §. 1. ff. de Offic. Procons.* idest, quasi qui verbis aut causas confingũt, aut perpolliunt, vt explicat Alex. *dierum genial. lib. 4. cap. 15. & ibidem* Andr. Tiraquel. ex Alexandro Neapolitano, Petr. Gregor. *sintagm. lib. 49. c. 6. n. 29. & 30.* Meritò enim loculẽtis istis, aut blateronibus silentiũ à iudice posse indici sub amissione Officij, tenet Glossa *in l. ex ea causa, ff. de postul.* cui & nõnulli subscribunt, quibus accedit Ioan. Neuizan. *in Sylua Nuptial. lib. 1. verb. non est nubendum, num. 18.* faciunt scripta à Cardinali Tuscho, *pract. conclus. iuris littera A. conclus. 233. num. 2.* vbi ex eodem Neuizan. refert Clementem V. S. Potificem, noluisse eos in voce audire, propter impertinentia ipsorum verba, quorũ nocumentum egregiè, & satis ad rem expendit idem Petr. Gregor. *vbi proximè*, ita: *Iudici porro officiunt istæ Cicadæ, quæ nihil præter verba habent: quod illis veritatem obscurent, & tempus iudicandis litibus decretum, battologia præripiunt, falsa pro veris inculcant, decipiuntque.* Nec reticeam Ciceronẽ, qui id egregie prædixerat, *de Oratore:*

Sunt

Sunt enim quasi rabulæ, qui sibi diserti non videntur, nisi omnia tumultu, & vociferatione concusserint. Et paulò post: *Non enim causidicum, nec proclamatorē, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus.* Et elegantissimè D. Bernard. ad Eugenium *de consi. lib. 2. cap. 10. Miror quemadmodum religiosæ aures suæ audire sustinent huiusmodi disputationes Aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subversionem, quā ad inuētionem proficiunt veritatis; Hi sunt qui docuere linguas suas loqui mendacium, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt, vt faciant malum eloquentes, vt impugnent verum.* Quo & medicis vitio adscriptum nec semel obseruaui, vnde prouerbium: *Medicus loquax ægrotanti alius rursus morbus:* hac de causa Virgil. 2. *Æneidor.* artem medicam mutam appellauit, vt notat Mercurial. *lib. 3. variar. lect. cap. 13.* ex Tulij Vrsini explicatione dicentis; mutam à Virgilio artem medicam nuncupatam, quod tota eius vis in operationibus, ac remedijs potius, quam in sermonibus, atque eloquentia collocetur, quod Celsus, & Gallenus passim prædicant, sed Celsi præfationis verba non subticeam, sunt elegantissima: *Morbus autem,* inquit, *non eloquētia, sed remedijs curari, quæ si quis è linguis vsu discreta bene norit, hunc aliquanto maiorem medicum futurum, quā sine vsu linguam suam excoluerit.* Et fortè hac mente artem medicam, Deorum manus esse credidit Herophilus apud Serib. Larg. *epist. ad Iul. Callist.* Hinc apud veteres iactitatum vbi me dico, ad ægrotum opus sit, ibi non accedendum esse musico. Id est, loquaci medico, nil extra vocem habenti. Meminit Vitrubius *lib. 1. cap. 1. Si vulnus mederi, aut ægrum de periculo eripere oportuerit, non accedet musicus.* Idemque sensisse Sophoclem Aiac. Flagellif. notat Gaspar Barth. *aduersar. lib. 24. cap. 9.* consentit Zacutus *in introitu ad praxim præcept. 3.*

Sed ne à nostris longius abeamus, venditores quoque inanium verborū omni æuo fuisse, Martialis indicat *lib. 6. Epigram. 19.* in Posthumum Causidicum.

Non de vi, neque cede, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto:
Hoc iudex sibi postulat probari.
Tu cannas, Mithradaticumque bellū,
Et periuria Punici furoris
Et sullas, Mariosque, Mutiosque
Magna voce sonas manuque tota
Iam dic Posthume de tribus Capellis.

A quo nec dissentit Gellius *noct. Attic. lib. 1. cap. 22. Memini ego Prætoris docti hominis tribunali me forte assistere, atque ibi Aduocatum non incelebrem sic postulare, vt quam causam diceret, rem quæ agebatur non attingeret.* Quod de pessimis dictum vellim, nam rectis & timoratæ conscientiæ Aduocatis nil est laudabilius: Lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minus prouident humano generi, quam si prælijs, atque bulneribus patriam parentesque saluarent, vt scripsit Leo Imperator *in l. Aduocati, C. de aduocat. diuersor. iudic.* facit *l. laudabile, sequent. titulo*, & vt Theodorici vno verbo dicam apud Casiodor. *lib. 1. variar. epist. 12. Quid enim aduocationis officio ornatius? Quod peregrinum negotium ad suas molestias trahit, vt laboribus subueniat alienis.*

18 Deinde vt vlteriora petamus, Ecclesiastici solēt frequenter citare subditos, vt intra sex horas compareant, quarum duas pro prima, aliàs duas pro secunda, & demum aliàs pro tertia dessignant, vt docent Bancius *de nullit. titul. ex deffectu citationis, num. 108.* vbi id generali consuetudine esse receptum testatur: refert Lazar. Fœnut. *de momento temp. cap. 21. num. 4.* qui & si iure communi attento id satis putet, argumento *l. contumacia 53. in princ. ff. de re iudic.* Et eorum quæ communiter notantur *in l. ad peremptoriam, ff. de iudic. & in cap. consuluit, de offic. delegat.* ex quibus constat licere iudici citare semel peremptorie ad sententiam intra tres dies, aut horas, quarum vna pro primo, alia pro secundo, & tertia pro vltimo, & peremptorio dessignata videtur; cæterum

rum stante statuto præcipiente, quod tertio citari debeat, non sufficere vni cam eiusmodi citationem pro tribus, docet, sed omnes debere fieri diuersis temporibus, ex Baldo *in cap. ex litteris, de constitut. in fine*, & Alex. *in l. 3. §. Prætor ait, num.* 14. *ff. de damno infecto.*

19 Vtrum autem post horam diei sextam, nostri scilicet Horologij duodecimam, liceat Episcopo minores ordines conferre? Nondum exploratæ quæstionis existit. Negatiuam partem amplectuntur Siluest. *Verb. ordo 2. q. 6. in fine.* Angel. *eodem verb. 5. §. 5.* & alij adducti à Fornerio *de ordine, c. 8. num. 3. vers. Tertio nota*, Zerola *in praxi, part. 2. verb. Ordo, vers. Decimo.* Philib. *tract. 1. part. 7. cap. 5. n. 3.* qui docent, ordines minores minimè post prandium dari posse.

Pro affirmatiua tamen vt probabiliori pugnant Henriq. *lib. 10. cap. 12. num. 2.* & alij quibus adhæret nouissimè P. Leander *in sept. Sacram. tract. 6. disp. 9. quæst. 6. part. 2.* vbi ita praxim Hispaniæ, & Italiæ obseruare affirmat, cuius & testis adsum.

20 Est etiam huiusce inspectionis annum naturalem, siue solarem confici ex trecentis sexaginta quinque diebus & sex horis, vt extat notissimum, & aduertit Iulius Labor. *elucubrat. variar. tit. 1. cap. 6. num.* 15. qui & *num.* 16. subiungit, annum esse duplicem, communem, & bissextum. Primum constare ex CCC. LXV. diebus. Secundum, qui & intercalaris dicitur, dies CCC. LXVI. habere: Progreditur enim annus ciuilis per dies integros, neglectis minutis horarum, cum sit institutus ad cõputum vulgi, quod minutias percipere non potest. Vt autem cum anno astronomico prosequitur, quo ad fieri potest congruat, loco horarum, & minutiarum, quarto quoque anno intercalatur dies vnus, & quia dies interiectus aliquando plus continet, quam fragmenta præcedentibus annis neglecta, ideò institutum est post reformationem Kalendarij, vt quadrigentesimo quoque anno bissextilis annus omittatur, ne alioquin

tilis annus omittatur, ne alioquin

æquinoctia, & solstitia versus principia mensium paulatim progrediantur, quam diuersam anni dimensionem Cõsultos non latuisse, planè conijcitur *ex l. ita vulneratus 51. §. æstimatio, ff. ad l. Aquil. l. cum hæres 4. §. Stychus, el segundo, ff. de stat. liber. iuncta Gloss. ibidem.*

Qui quidem annus trecentorum, & sexaginta quinque dierum, non per momenta temporum in horas, & semihoras iure ciuili computatur, *l. anniculus 134. ff. de verbor. signif.* vt si hora prima à meridie quis natus sit, ea hora anniculus dicatur: hoc enim non inspicitur inquit Petr. Rebuf. *in dicta l. anniculus*, facit *l. cum hæres, §. Stychus ff. de stat. liber.* Ex quo infert, non censeri interruptum processum, si vltimo die anni (post horam tamen, qua mathematice fuit completus) pars compareat, licet alias omnino transacto hoc anno interrumperetur, ex Bartol. *in §. 23. de iurisd. omnium iudic.* & hoc computandi modo vti debere, inquit, in anno ad prosequendam appellationem constituto, *cap. cum sit Romana, de appellat.* In eo post cuius lapsum missus in possessionem ex primo decreto efficitur verus possessor, *l. si finita, §. si plures*, vbi Gloss. *de damno infecto.* In præfixo, iudici delegato ad exequẽdã sententiam, *cap. quærenti, de offic. delegat.* Et hæredibus vt non nisi intra annum cõtra ipsos competat actio in iudicio repetundarum, *l. 2. ff. ad leg. Iuliam repet.* Itemque in designato ad reclamandum erroris causa contra sententiam, *auth. quæ supplicationes, C. de prec. Imperat. Offer.* Ad deliberandum, vt si intra illum institutus decedat, hæreditatem transmittat, *l. cum antiquioribus, C. de iure delib.* Et tandem nonnullis alijs, quibus annus fauore magis, & ex benignitate, quam odio præfigitur.

Vnde cum anni, & duorum mensiũ spatium, quod publicanis ad gabellarum exactionem præscibitur *in l. 19. tit. 17. lib. 9. Recop.* Potius in odium 22

ipsorum statuatur, vt priora *eiusdem l.* verba demonstrant, ibi: *Por relevar a nuestros subditos, y naturales de molestias y vexaciones injustas: y porque nuestros Arrendadores sepan dentro de que tiempo han de pedir las nuestras Alcabalas, &c.* Non per dies, sed per horas, semihoras, & momenta erit computandũ ita, vt si post illius horæ punctum, quo anni, & duorum mensium spatium completur, Publicanus gabellam in iudicio petierit, nequaquam sit audiendus. Idque verissimum puto, dummodo annus in dict. l. non pro solari CCC. LXV. dierum subaudiatur; sed pro eo omni tempore, quo fuerint gabellæ conductæ, ita, vt legis sensus sit, Publicanum debere tempore suæ conductionis siue vnius, siue plurium annorum fuerit, & duobus mensibus sequentibus, à venditoribus gabellas petere, alioqui dicto tempore elapso actionem amittat. Hocque legislatorem sensisse semper existimaui, illis verbis: *Mandamos, que de las ventas que se hizieren de bienes muebles, o semovientes, sean obligados a pedir assi el Alcabala, como las penas, en todo el año de su arrendamiento, y en dos meses despues.* Nec enim inusitatum videri debet annum in iure pro quocunque tempore accipi, siue trecentis & sexaginta quinque diebus maiore, siue minore, vt pro hebdomada, *in cap. tenere 4. 31. dist.* ibi: *Anno vicis suæ.* Vbi obseruat Gloss. colligiturque ex tradditis à Quintiliano Mandosio *in casibus annal. num. 8. & seqq.* M. Anton. Bard. *de tempore vtili, & continuo, cap. 2. n. 4.* Sic item accepisse videtur Plutarch. *lib. de fect. Oration.* cum annum pro hominis ætate vsurpat; eo inquit Lelius Vilciol. *horar. successiuar. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 2.* quia vt annus plura tempora horarum, videlicèt, dierum, & mensium continet; sic etiam hominis ætas ex eisdem circulo suo annorum contexitur, nec mirum ætatem annum diei, cum homo ipse annus item nec immeritò inde dici possit, quod tot membris, quot diebus anni reuolutio conficitur, & illius corporalis structura constet; vt nonnullis placuit, vel trecentis sexaginta quatuor, vtpote magis Epiphanio probatur *contra hæresim Basilidis*, Scribenti, & Mantuæ *in glossario iuris, clas. 1. dialog. 23. num. 3.*

Sed vt rem prosequamur, sensus *dictæ l. 19. Recop.* eo modo quo diximus, satis euidenter ex ipsius verbis colligitur: nam vt ex relatis patet, toto tẽpore suæ locationis Publicano conseruat actionem petendi gabellam, ibi: *Todo el año de su arrendamiento.* Ergo siue fuerit vnius anni locatio, siue plurium (cum gabellæ non vno tantum, sed pluribus annis soleât locari, *l. penes, C. de vectigal. l. 2. & 4. tit. 13. l. 13. & 18. tit. 11. lib. 9. Recop. cap. 6. incipiẽti: Otrosi, con condicion, que si pareciere a las justicias, in nouis gabellarum punctuationibus,* ex quibus notat Gironda *de gabel. part. 1. num. 17.*) integro locationis tempore exigendi ius habebit. Verbum enim illud *año*, licet in singulari, idem operatur ac si in plurali positum fuisset, cum vbi ratio suadet, etiã singularis importat pluralitatem, *l. filij, de verbor. signif.* Molin. *lib. 1. cap. 5. num. 21. & 22.* Velaz. de Auendaño *in l. 40. Tauri, gloss. 10. num. 5. & l. 41. gloss. 2. num. 13.* Casan. *cons. 4. vol. 1. num. 20.* Flores de Mena *ad Gammã, decis. 225. & lib. variar. quæstion. q. 17. num. 38.* P. Molin. *de iust. & iure, disp. 590.* & plures alij quibus id probabimus *nostris obseruat Grãmatico-legalibus verb. singularis.*

Idque adeò verum existimo, vt non solum si plurium fuerit annorum locatio, his omnibus actionem ad gabellarũ petitionem concedam: imò & toto tempore secundæ locationis, si prima finita iterum reconduxerit. Hoc casu indubitatum crediderim publicanum posse gabellas primo locationis temtempore debitas, quolibet anno secundæ locationis repetere, quoniam *prædicta l. Regia* concedit actionem conductori gabellarum, donec conductor esse desinat, & cum fuerit officio functus etiam per duos menses. Ergo ibi semel & iterum, quis gabellas conducit,

cit, debita prioris locationis, etiam secunda durante extorquere poterit, donec conductor esse desierit, & quasi non conductori possint item duo illi menses competere ad exactionem; sicque censui *in vna Taurinensi vectigalium, quæ ad Præfectos Nobilium huius Cancellariæ fuit deuoluta* 20. *Octobris* 1646.

23 Et subhastatio rerum fiscalium, quæ ex præscripto *l.*5.*tit.*11.*lib.*9.*Recopil.* ea hora fieri debet, qua homines in foro conueniunt, vt supra *in Antelog. minut.*131. notabimus; hora sexta fiat consectarium elicitur, cum hac frequēter homines ad forum concurrāt, teste Guil. StucKia *antiquit. conuiuial. lib.*1.*cap.*11. qui id verbis istis affirmat: *Obseruabis etiam hic, id quod Brodæus, lib.*4.*Miscel. cap.*32.*annotat, quoniam maxima populi olim circa horam sextam, id est, meridiem in foro esset frequentia*; quod & nostris commune sciunt omnes, aliter vero facta subhastatione publicorum redituum, aut rerum fiscalium, nullius erit roboris ex defectu solēnitatis requisitæ, ideoque nouis adiectionibus, vulgo *pujas*, erit locus, veluti in proposito adnotauit Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.*20. his verbis: *Y a esto digo, que o el remate se hizo sin assistencia de la justicia, y Diputados, y a deshora, priuadamente, sin pregones, y omitida la solemnidad de derecho necessaria: y en este caso es nulo, y se deue admitir la baxa.*

24 Vtrum autem vomitu laborantibus, si per sex horas saltim quieuerint, possit sacra Eucharistia ministrari? Elegans est disquisitio, in qua necessario cum Medicis, præmittēdum bifariam contingere ægrotantes vomitu lancinari, aut quia solum euomant quidquid deglutiunt, siue alimentum sit, siue potus; quandiu vero nihil deglutiunt quiescat ventriculus, & vomitus, molestiam eiusque euentum effugiant. Et hoc duobus modis considerandum venit, potest enim alimenta, & potiones reijcere, & non omnia, aut cuiusque sortis, & quouis modo præparatos cibos, aut potus statim excludere, & hoc siue in moderata, siue in paucissima quantitate deglutiantur.

Secundo modo, vomitus contingit, non excitato, aut molestato ventriculo, occasione alicuius rei deglutitæ, sed ob propriam morbi ideam, tanquam accidens eius vomitum excitātem (vomitus enim accidens morbi, non morbus est.) Quod accidens trifariam euenire potest, aut assiduè, & continuè, ita vt breuissima sit reiteratio vomitus, aut quia per determinata interualla repetat, aut quia indifferenter eueniat non repetens stabili, sed variato tempore, vt si modo per horam, modo per dimidiam; postea per duas, aut tres, aut longiorem durationem euariet, vt in nulla duratione, seu intermittentia certum temporis retineat, & seruet.

His prælibatis, sit conclusio prima; si alimentum moderatum ventriculus reijceat, paruum tamen retineat, propinari Eucharistia debet, absque vlla distinctione horarum quietis, est enim in hac hypotesi vomitus occasio quātitas moderata alimenti, quæ & si moderata in mole videatur, si cum mole cōmuniter per sanitatem assumpta cōferatur, verum respectu hominis iam ægrotantis, immoderata, & molesta ventriculo est; sicque irritatus ventriculus tanquam pondus molestum, & sibi inimicum recusat; partior vero delicatiorque cibus retinenti virtuti proportionatus existens, amplectitur, detinetur, & coquitur; signum euidens quod detinebit non minus, quæ minus pondere grauent. Et cum incomparabiliter pondus Eucharistiæ sit minus, detinebitur, non dubie, cui retentioni attenta contemplatio erga tantum beneficium, mentem Christianorum occupans, non parum succurrit, cum omnis attenta cogitatio sensum molestiæ, sine quo vomitus non agitur, suspendat. Quam assertionem docte tradidit Ioan. Sancius *selectar. moral. disp.*38.*num.*2.

Restat vero contra illam discutiendū pulcherrimum dubiū ob exceptio-

nem ab eodem Sancio adductā, sequentibus verbis: *Imò & si modicum non retineat, non statim credendum eijciendam Eucharistiam, præsertim si hostia consecrata tam exiguæ quantitatis esset, quod iudicio medicorum crederetur non irritatura stomachum, cum parum pro nihilo reputetur.* Quæ exceptio non leuē difficultatem ingerit, sæpè enim, imò frequentissimum est quando solum fit ciborū vomitio sub qualibet, & si minuta quantitate, non irritari stomachū ab alimento assumpto, sed commotionē ad deglutiendum requisita vomitum excitari: interdum enim tanta datur succorum, seu excrementorum in ventriculo, faucibus, & gula stabulantium malignitas, vt vel leuissima eorum commotio vomitum, & molestissimam nauseam statim excitet. Quod inde suadetur, cum passim videamus ob solam recordationem alimenti, vt deglutiatur propositi, nauseare stomachum summa molestia. Quid ergo non faciet si necessaria Eucharistiæ deglutio proponatur, quando sola deglutionis memoria tam moleste nauseare cogit. In hoc ergo casu, seu in hac vomendi occasione, nullomodo suadenda est Eucharistiæ sumptio, est vero probabilissimum, eam excrementorū grauitatem relatas nuper partes obsidere, quando tam nauseabundus ventriculus supponitur, vt vel minimum alimētū ad vomitum statim inuitet, & moueat: nam obiectum tam leue, nec ad irritandum pondere, aut qualitate aliqua idoneum esse potest, & hinc in causam intrinsecam culpa vomendi reijcienda est, ex cuius commotione tam teter vapor exhalat, quādo ad deglutiendum instrumenta mouentur.

Illud vero vel me tacente ignorare non licet, quod cum ad vomitum perficiendum non sufficiat quælibet nausea, sed magna compressio requiratur, vt sursum moueatur alimentum deuoratum, quia est corpus graue; contingere recte potest, quod morti iam proximus non euomat, & si antea robustior alimentum sursum detrudebat: maior enim conatus requiritur ad vomendum, quam ad nauseam, ille vero maior in morti iam proximis non dabitur. Sicque in hoc extremo tentari debet Eucharistica sumptio, nec rectè inferas, quod qui ob extremum languorem non potest euomere, nec poterit deglutire, cum vtrumque opus eiusdem partis, & facultatis sit; nam deglutio facilius fit, quam vomitio, non solum, quia corpora grauia facilius deorsum, quam sursum mouentur; sed quia lege naturæ facilior deglutio fit, & sic poterit non expelli, quod fuit deglutitum, etiam si expulsionem degluti natura nauseabunda procuret. Et hoc vel libentissimè noto, ne vt desperatus ad susceptionem Eucharisticam relinquatur, qui ob robur expellentis virtutis quicquid deglutiebat, reiecit; nam effœminata ex expultrix ingrauescente morbo expellere quod antea non possit. Sicque experimento docemur, pereuntes ob vomitum, aut deiectionem, antequam animam agant, sunt tamen morti iam proximi, nullam euacuationem perficere, & si crebro irritentur.

Quando vero vomitus molestat nō ob deuoratos cibos, sed ob propriam morbi ideam prauum humorem expellendo natura, & eius consortio quidquid deuoratur, si vomitus assidue, & continuo reiteretur, extra dubium omnes admittunt, Eucharistiam concedēdam non esse; non enim datur tempus idoneū ad desitionem specierum, & permutationem in aliam substantiam.

Si verò vomitio continua non fit, 25
sed per interualla repetat, nō leue dissidium datur, quid in hac hypotesi sit tenendum, Ioannes Sancius *loco citato*, tam indifferenter loquitur, vt ex eius lectione certa regula deduci repugnet. Verba sunt: *At si vomitus, vel secesus secundo contingat modo, & talis naturæ sit, vt etiā nullo sumpto cibo perduret, ministrari nullo modo debebit sacra Eucharistia, a quo tamē vomitu si ægrotus cessauerit per sex horas, iudicet medicus num Eucharistia possit ministrari, & si medi-*

dicus absit, non timerem ego Eucharistiā porrigere, cum tunc prudenter iudicetur vomitum cessasse, licet non omnino, in melius tamen abire saltem per tempus opportunum, quo prudenter possit iudicari, nec etiā intra aliā horam redditurum vomitū (sicque censere notāt medicos Doctores quos in Curia Mantuana consuluit) *vnica enim hora spatium sufficiens est, vt species Sacramētales digeri possint. Quod si contingat statim sumpta sacra buccella vomitum reddire, per accidens erit, & contingere posset, etiam si infirmus nunquam vomuisset.*

Nos vero altius rem propositam considerando dicimus, quod si vomitus per determinata, & certa interualla repetat, Eucharistia sacra concedenda sit, etiam si interuallum quartam horæ partem solum occupet: esseque graui nota dignissimum in periculo graui per sex horas spectare vomitus intermissionem, vt Sanctissimum Christi corpus concedatur. Quæ enim idonea excusatio reddenda erit si ante obitum per duas horas, aut tres, nullus præcesserat vomitus, & sex sperando ante earum complementum tanto, & tam necessario pignore priuatum, naturæ debitum animam exhalando pet soluisset? cum certum mihi sit, non solam quartam horæ partem adęquatum ad desitionem specierum tempus includere, verum & multo minorem dilationem sufficere si ægro consulatur vt assidua attritione cum lingua, & palato species intra os exquisite attenuentur, vt calore resolutæ in aliam substantiam mutentur breuissimè, quod vel ex hoc facile disces, si enim hostiæ non consecratæ madidam portionem digitis premas, & teras, aut omnino euanuisse percipies, aut in aliam substantiam fuisse permutatam agnosces. Quinimo censeo, sacras species sic lingua & palato altritas, & in minutulas partes diuisas, nec vomitus obiectum, seu materiam esse posse, neque facile reijci etiam si alterius rei vomitio sequatur; non obiectum, quia nec pōdere, nec qualitate molestare potest, non pondere constat, non qualitate, non minus, cum temperatissima sit hostia consecrata. Estque ob id laudanda illius panis compositio, quia temperatissima, & in tam leui, & tenui materia, tam facileque, tum alterabili, tum in aliam substantiam mutabili, vt sic celeri transmutationi resistere nequeat; & si ijs annectas glutinis proprietatem nancisci, percipies quam facile, quam sit difficile semel in ore (vt nuper dicebam) species exqnisite contritas, & attenuatas, vomitu reijci posse, etiam si alia excrementa trudantur, vt hinc tibi constet omnē modum facili corruptioni specierum conducentem sanctam Ecclesiam con suluisse; vt saluti animarum in periculo tam præcipiti per morbos acutos passim occurrenti, occurreret etiam ipsa. Liberiusque quam multi putant cōcedatur, tam longum tempus inter vnum, & alium vomitum requirentes vt dari possit, velut si non sit seccurius, & Religioni Christianæ plausibilius, animarum saluti omnifariam per se intendere, quam ob timorem effectus per accidens contingentis, tam fructuoso, & saluationi animarum requisito dono priuari.

Et hinc deducitur quod quando per determinatus periodos, seu reiterationes vomitus veniunt, si inter vnū & alium mediat tempus determinatum quartæ partis horæ, licitum sit, & dari debeat Eucharistia, cum sit idoneum tempus ad permutationem, & resolutionem specierum, præsertim si vt dixi acurata, & diligens altritio in ore cum lingua fiat, scimus enim vniformiter sæpissimè naturam expulsiones excrementorum, & humorum reiterare, & eadem hora infalibiliter repetere, vt in quotidianis tertianis, & quartanis, febribus non sine omniū admiratione quotidie experimur, qui ordo inconcussus in vomitus, & alijs expulsionibus passim animaduertimus.

Et in hac suppositione repetitionis certæ, dandum est corpus Domini statim a vomitu, quia nunquam vomitus venturus plus distat ab alio, sicque du-

duratio maior ad specierum permutationem inuenietur; nec natura ineptior ad nouam expulsionem mouendã, quam a fine vomitus esse potest. Estque tutum consilium in quolibet casu timendi vomitum (vt à medicis didici) cucurbitulam ventriculo affligere cum multa flamma, strenue enim contra reiterationem vomitus pugnat, & ventriculum inquietum detinet, non solũ quia sensatione sua obiecti molestiam expellendi obscurat, sed etiam quia compresioni ventriculi sine qua vomitio repugnat egregie resistit in contrarium motum trahendo ventriculum. Et si quæ sunt alia auxilia vomitum reprimentia infirmoque, grata à medico petenda sunt.

Similia obseruanda censeo, quando natura in repetitione vomitus tempus certum, & determinatum non seruat, sed nimis evariat, nam vt potest breui vomitum reiterare, sic poterit longissimè à primo vomitu alium tentare; non decet enim per vomitum dubium id quod per se animarum saluti tantopere confert negare, estque difficillimum quod applicata tunc cucurbitula non sistatur vomitus tẽpore idoneo, vt in ore attritæ, & agitatæ species nouam formam acquirant, cũ (vt antea monui) tam promptè mutationem accipiant.

26 Et sit pro coronide, quod si delirantibus iam, qui ante delirium Eucharistiam anxie, & deuotè petierunt, dari permittitur, ex sententia Angeli *in Summa, verb. Eucharistia* 3. *num.* 15. *Angel. quæst.* 2. *de Euchar. art.* 7. *conclus.* 2. Armil. *verb. communio, num.* 25. Victoria *à num.* 84. Zanard. *in Summ.* 1. *part. tit. Euchar. cap.* 7. Ioann. de la Cruz *in Summ. q.* 5. *de Eucharistia, dub.* 5. *conclus.* 3. Sancius, *vbi proximè, dicta disput.* 38. *num.* 10. P. Leander *quæst. moral. in septem Sacram. part.* 2. *tit.* 7. *de Eucharistia, disput.* 6. *quæst.* 12. Vbi id verum putat etiam, si non expressè, sed tacitè, & implicitè, & quod magis est, interpretatiue, petijsse videantur; sufficiet, inquit, vt assumentes antea christiane vixerint, vt per hoc interpretatiue censeantur petere Sacramenta sibi vtilia, iuxta Nauar. Suar. Bonac. Hurtad. Dian. & Lugo, quos in id adducit. Si enim delirantibus eiusmodi Eucharistia conceditur, nescio cur negari debeat in casibus à me propositis, nam in delirijs nulla actio datur certa, & secura, & vt putatur quod Eucharistiam deglutiet, potest illam spuere, aut alio modo indecenter tractare, quoniam delirantes mouentur praue à facultate regente ex propria idea morbi, ita vt nulla actio rationi consona ab eis per se speranda sit, quælibet vero erronea debeat timeri. Et nihilominus Eucharisticum donum conceditur, quia euidenter non constat de indecentia aliqua, & si possibilis sit; simili ergo spe in casibus à me adductis propinari debet, quia euidenter non constat de vomitus reiteratione in tempore tam breui, vt ad specierum permutationẽ, vt iam probaui requiritur.

His accedat matrem, quæ ex naturali, ciuilique lege filio recens nato lactantum primo vitæ triennio præstare tenetur, *l. penult. C. de patria potest.* quam ita interpretantur præter antiquiores Palac. Rub. *in cap. per vestras, notab.* 3. *§.* 23. *num.* 1. *de donat. inter vir. & vxor.* Bald. Nouel. *tit. de dote, part.* 6. *priuil.* 6. *vers. quod tamen.* Cæsar Lãbert. *de iure patr. art.* 6. 3. *q. princ. n.* 21. Roland. Valle *cons.* 54. *n.* 80. *vol.* 2. & multis alijs relatis Mart. Coler. *de alimentis, lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. & quam plures alij, quorum auctoritate id ipsum tradidimus *nostris annal. de ætat. ad omnes humanæ act. requis. anno* 3. *quæst.* 1. *num.* 6. non statim à purpureo mandare obstringi, vt voluisse videtur Alfons. Carranç. *de partu, cap.* 13. *§.* 4. *n.* 4. & 8. Sed nonnullis ab eo horis elapsis, quinque scilicet, aut sex, veluti subaudit doctissimè Franc. Valles, ex Galeno 1. *de tuenda valetudine*, qui de recens nati procuratione agens, nõnulla ante infantuli lactationem præmittenda necessario constituit his verbis: *Recens natus infantulus, cuius corporis constitutio omni naturali vitio vacat:* 27

pri-

primum quidem fascijs deligetur, sed corpori prius toto sale inspersο modice, quo cutis eius densior solidiorque reddatur (& paucis interpositis) *ergo hi fascijs inuoluti lacte pro alimento vtantur, & balneis salubrium aquarum.* Quam recens nati necessariam procurationem significasse videtur Ezechiel *cap.* 6. ibi: *Et quando nata est in die ortus tui, non est præcissus vmbilicus tuus, & aqua non est lota in salutem, neque sale salita, neque inuoluta panis*, & paucis interiectis) *transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo viue.* Alloquitur Dominus Ierusalem, per allegoriam ductam ab ortu, & educatione infantulæ, ingratitudinis illam arguens, exprobransque, quod cum in lucem educta, seruata ad incrementum perducta, & ornata sit, alioqui in ipso primo ortu peritura, his omnibus abusa, cum omnibus gentibus fornicata sit, quibus adeò Galeni verba congruunt, vt alia ex alijs transcripta videantur, nam Propheta *aqua non est lota in salutem*. Galenus *vtantur balneis salubrium aquarum*; Propheta *neque sale salita*. Galenus *sale prius modice corpori toto inspersο*; Ille, *neque inuoluta panni*; hic; *ergo fascijs inuoluti*. Hoc interest solum; quod Propheta ordinem quo hæc agi debent ante ablactationem, melius ipso sermone expresit. Primum omnium, præscindi atque alligari debet vmbilicus, mox puer labari salubri balneo, mox saliri, deinde inuolui pannis, post hæc omnia, sua hora lactari; quod quidem Galenus etiam toto illo libro docet satis dilucide: Ergo ante quam hæc omnia exequantur, quæ ex Vallesij opinione sex horarum spatium requirunt, mater a lactandi obligatione erit libera, & interim vt ipse ait, aliquid dispumati mellis lingendũ puerulo dari debet, ne redundet pituita. Vnde si tunc mori filium contingeret, nil matri poterat imputari ex quo non lactauit, cum fecerit quod ipsi opportebat, nec ad aliud teneretur.



MINVTA HORAE SEPTIMAE.

SEP-

1 SEptima hora filius Reguli apud Ioannem, *cap.* 4. à febre liberatur, quia vt *ibidem* notat Ericius & ex eo Petr. Bungus *de myster. numeror. Num.* 7. Septenario Spiritus Sanctus significatur, à quo omnis sanitas, redēptio, & liberatio procedit. Hinc Christus nostræ Redemptionis incomparabile beneficium, ipsa febris curatione adumbratum, septem horis perfecit, quibus temporibus laudes Creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est, propter beneficium summæ iustitiæ Dei, quod fuit iudicium redemptionis nostræ, persoluere debemus, *cap.* 1. *de celebrat. Missar.* quam sic explicat in finalibus verbis Margallus *in ipsius expositione*, adducens Gabriel. *conclus.* 13. *in explicat. Canonis Missæ* asserentem, institutionem Horarum Canonicarum factam specialiter ad laudandum Deum pro beneficijs suis, inter quæ maxima sunt; beneficium creationis septem diebus expletum, *Genes.* 1. & beneficium redemptionis septem quodāmodo horis peractum, nam Passio Christi, vt plerique tenent inchoata est, quo ad effectū ab osculo Iudæ, quoniam cum Christus fuerit verus homo, & habuerit sensitiuam potentiam, & vim, læsit eam Iudæ proditoris osculum, & quia vt patet *in Gloss. vltim. dict. cap.* 1. & in horis quæ communiter habentur de Cruce,
4 Deus homo captus est hora matutina post Iudæ osculum, & ab eo tempore, vsque ad horam in qua expirauit possunt computari septem horæ, quia tēpore quo Christus passus est, erat æquinoctium Ierosolymis, à prima hora, & Solis ortu vsque ad sextam, quæ erat meridies, computabantur sex horæ, & cum fuerit mortuus post sextam, fuit hora septima mortuus. Hæc Mar
5 gallus, consentiunt Ioann. Casian. *de instit. Monachor. lib.* 3. *cap.* 3. & Nauarr. *de Orat. cap.* 3. *num.* 27. & si alia ratione Horas Canonicas, quas octo esse contendit, institutas voluerit, cui optimè aduersatur Bonacina, *tom.* 1. *tit. de Horis Canon. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. P. Sanchez *lib.* 7. *cons. moral. cap.* 2. *dub.* 1. *num.* 4. qui hanc opinionem probabiliorem vocat, vti & relati à Barbosa *in collect. ad dict. cap.* 1. *de celebrat. Missar.* & nouissimè à D. Ioann. de Escobar *tit. de Horis Canonic. quæst.* 1. *num.* 6. qui post octodecim rationes, quibus septem potius Horas Canonicas esse defendit, & nostram subnectit, quia scilicè septem horis humanæ redemptionis beneficium consummatum noscitur, reddit eamdem Ioan. Buseus *de statibus hominis cap.* 4. *de statu Clericor.*

6 Vnde cum sacrificio Missæ tanti beneficij memoria recolatur, *cap. cum Marthæ* 6. *de celebrat. Missar.* & hora septima diei, id est, vna post meridiem, quæ sexta hora contingit, vt *superius* ostendimus, id posse celebrari veluti probabilissimum, vel hac sola ratione censeo, cui & Syluium adiungam, *quæst.* 83. *artic.* 2. Bonac. *de Sacram. Euchar. disp.* 4. *quæst. vlt. punct.* 9 *nu.* 7. & nouissimè eruditum P. Leandrum *resol. moral. in sept. Sacram. tit.* 8. *de sacrif. Missæ, disp.* 6. *quæst.* 11. qui hanc sententiam vt probabiliorem tuetur contra Azorium 1. *part. lib.* 10. *cap.* 25. *quæst.* 6. ad tertiam horæ partem post meridiem id solum permittētem, & aduersus Entiq. *lib.* 9. *c.* 14. *num.* 5. *in fin.* Fagund. *præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 6. Philibert. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 14. Laym. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. Hurtad. *disp.* 4. *dif.* 5. ad semihoram nimis stricte tantundē producentes, quod ijs relatis prius docuerat Antonin. Diana 2. *p. tract.* 14. *de celebrat. Missar. resol.* 34. à quo ipsius nomine suppresso desumpsit Leander. Quibus suffragari videtur Bustam. *in ceremon. lib.* 1. *cap.* 4. *rubr.* 15. *num.* 3. Vbi inquit, post meridiem Missam dici posse, dummodo non per horam, Ioan. Machad. *in perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 11. *docum.* 7. *n.* 2. Theodor. Rubeus *in Horar. vniuersali Eccles. cap.* 19. *num.* 9. vbi refert Principem Massæ à Papa petijsse licentiā audiendi Missam post meridiem, illāque indulsisse, vt post mediam horam à meridie illi interesset, dum tamen ea li-

licentia non continue vteretur. Quocirca sequta legitima causa, aut dispensatione non debere vltra meridiē notabili temporis spatio tardari ad ce-
7 lebrationem docet, subdens, *num.* 11. hac in specie meridiē intelligi non vere, & pūctualiter, sed moraliter, id est, paulò plus post meridiem, vt sentit Francol. *cap.* 39. *num.* 31. eo nimirum, quia vt idem Rubeus aduertit *cap.* 22. *num.* 3. in Ecclesiasticis non punctualiter, sed moraliter est procedendum; quo circa *cap.* 31. *& seqq.* fuse ostendit, Ecclesiam non sequi veros, sed medios motus Solares, & Lunares.

8 Nihilominus hæc parum à suscepto opinionis cursu deterrent, quam necessario verissimā fatentur Nauar. *in manual. cap.* 25. *num.* 85. *& de orat. cap.* 21. Candelab. *de Euchar. num.* 151 Pitigian. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 4. Llamas, *part.* 3. *meth. cap.* 5. *& cap.* 18. Sà *in prima editione, verb. Missa, num.* 27. Salced. *in prax. crimin. cap.* 46. *num.* 4. Et quotquot vt certissimum defendunt Missam inchoari posse tribus horis post meridiem, vel saltim duabus cum alterius dimidio. Quorum opinio & si attentari antiquæ consuetudinis certa videretur, hodie tamen ex abrogatione Pij V. substineri nequit, vt testes sunt P. Suarez *disp.* 80. *tract.* 4. Vazquez, *disp.* 232. *cap.* 4. Sotus *dist.* 9. *quæst.* 2. *art.* 2. Fagund. *præcept.* 1. *lib.* 3 *cap.* 17. *nu.* 8. *&* 9. Hurtad. *disp.* 4. *diffic.* 4. Ioann. de Cruce *de Missæ sacrific. quæst.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 4. Philibert. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *n.* 12. quibus recensitis, idem affirmat nouissimè P. Leander *dict. tract.* 8. *disp.* 6. *resol.* 9. sen serat prius Cardinal. Bellarm. *super Concil. Trident. sess.* 22. *de obseruand. & vitand. in sacrif. Missæ, cap.* 9. *vers. debitis horis pag. mihi* 247. vbi cum post lucem, & ante nonam Missas celebrari posse statuisset, subdit: & quia pluribus fuerat à Sede indultum, vt Missas etiam de vespere celebrare possent S.D.N Pius V. omnes huiusmodi licentias, & priuilegia reuocauit 1566. *Ind.* 9. *die* 29. *Mensis Martij, anno eius primo*, sed concessum postea fuit confraternitati SS. Francisci, & Magdalenæ celebrandi Missam ante lucem, sed non nisi duabus horis ante ortum Solis, & in Templo Pacis, etiam post nonam Missæ celebrantur.

Quam S. P. Pij V. derogationem ad priuilegia item quorumcunque Regularium exerit Azorius *tom.* 1. *inst. moral. lib.* 10. *cap.* 25. *quæst.* 3. Fagund. nonnullis adductis *vbi proximè num.* 5. Marc. de los Guertos *tract. de sacrif. Missæ, quæst.* 13. Sed hoc maximè displicet Ioan. de la Cruz *simili tract. de sacrific. Missæ, quæst.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 4. *in fine, & in epitome, lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 6 *conclus.* 2. & Antonin. Diana *resolut. moral. p.* 2. *tract.* 14. *resol.* 34. ideòque generaliter proferunt licere regularibus, celebrare vsque ad horam nonā inclusiue, id est, tribus horis post lapsum meridiem. Quod non nisi intercedente aliqua legitima causa admittit Eminentissimus Lugo, *disp.* 20. *num.* 40. Vbi & in eo taxat Antoninum Dianam, quod nimis absolutè dixerit; horam nonam esse vsque ad tres horas post meridiem, cum id non sit perpetuo verum, sed in Æquinoctio, in solstitio hyemali nona hora attingit solū ad secundam post meridiem, cum quadrante. In solstitio autem æstiuo, vsque ad horam tertiam post meridiem, cum tribus quadrantibus, ex sententia Francolini *de temporibus Horar. cap.* 10. quibus consentit P. Leander *dict. tract.* 8. *disp.* 6. *q.* 10. 9

Ergo summa huiusce disquisitionis sit, non licere etiam Regularibus post septimam diei horam, siue vnam post meridiem, extra legitimam causam Missam inchoare. Dixi enim extra legitimā causam, quoniam iusta aliqua id exigente, poterit vtique, vt omnes supra enumerati fatentur, & Ægid. Trullench, *in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib.* 2. *§.* 5. *dub.* 3. *n.* 5. Vbi quatuor recenset casus, in quibus Missæ inchoatio post meridiem permittitur. Veluti primo in solemnibus ne aliqui absque Missa maneant; & si id limitet, dum tamen non vltra horam post meridiem incipiatur. Sed absque vlla restrictione, 10

ne, imò quod tunc possit etiam vsque ad horam nonam Missa inchoari, tenent relati à Bonacina *de Eucharistia, dict. disp.* 4. *quæst. vltima, punct.* 9. *num.* 7. & à Leandro *vbi supr. quæst.* 12. Ioan. Machad. *dict. lib.* 4. *part.* 1. *tract.* 11. *docum.* 7. *num.* 3. quibus non audet assentiri Bonacina *ibid.* deficiente Episcopi licentia.

11 Secundo, quando ratione itineris cui operam dabat Sacerdos die festiuo, ante meridié celebrandi, haud habuit facultatem, quod agnoscere videntur Sotus, Enriquez (qui etiam in nostro caso loquitur *lib.* 9. *cap.* 24. *n.* 6. & si non vltra horam post meridiem admittat) & alij neoterici apud Fagund. *præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 16. Cum eadem de causa posse presbyterum ante Auroram celebrare, vt cõmodius iter perficiat tenét. Licet hoc solis Episcopis elargiantur Layman, Fagund. Diana, & Philibert. quibus subscribit Pater Leander *dicto loco, quæst.* 7.

12 Tertio, ex Episcopi dispensatione, qui & si non possit hac de re priuilegium concedere, poterit circa temporis anticipationem, vel prorogationem dispensare. Ita etiam Suarez, *disp.* 80. *sect.* 4. Reginald. *lib.* 29. *num.* 174. Chamer. *de Missæ sacrif. dub.* 13. *ad finem.* Filliucius *tract.* 5. *c.* 4. *quæst.* 7. *n.* 113. & istis annuens Bonacina *d. punct.* 9. *n.* 7. *vers. ego tamen.*

13 Quarto, ex simili dispensatione, & indulgentia Commissarij S. Cruciatæ, cui inter alia, & hoc ius demandatur, vt obfirmat noster D. Alphons. Perez de Lara, Vir quidem in iure colendissimus, *in Compendio gratiarum, lib.* 7. *pag.* 59.

14 Quibus & quinto loco subijciam; etiam vsque ad horam nonam æque licere pro communicando infirmo extremè agenti, si species deficiant, de curso meridie sacrificare; vt meritò cum Vazquez, Hurtado, & Lugo resoluit P. Leander *dict. tract.* 8. *de sacrif. Missæ, disp.* 6. *quæst.* 12. faciunt tradita à Turrecremata *in cap. nocte sancta, num.* 4. *de consecrat. dist.* 1. quod prius docuerat Ioan. Scotus *in* 4. *dist.* 9. *q.* 3. asserens Sacerdotem, etiam pransum, post meridiem clanculum posse adire Ecclesiam, & consecrare, ne moriatur infirmus sine Eucharistia. Et suadetur ex Concilio Constanciensi *sess.* 13. quo definitur, approbatam consuetudinem Ecclesiæ seruare, Sacramentum non debere confici post cœnam: nec à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, refert Ioan. Margallus *in cap. consuluisti, in fine, de celebrat. Missar.*

15 Dictisque non repugnat text. *in cap.* nihil 16. 7. *q.* 1. *vers. final.* ibi: *Netamẽ quod naturæ languoris causa conconsulitis, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, &c.* quibus verbis insinuari videtur, nec languoris, aut infirmitatis causa licere Missas facere, quoniam neglecta improbabili differentia inter facere Missas, & conficere, aut consecrare, quo hunc nodum scindere infæliciter conatur Margallus *supra*, verius arbitror dictum *versiculum*, iuxta antecedentia textus esse intelligẽdum. Præmiserat enim, quod si incœpto iam sacrificio ita Sacerdos ægrotaret, vt perficere nequiret, substitueretur alius minister, qui id expleret, etiam si fuerit pransus, dum ieiunus non facile habeatur, vt subaudiri oportet: *Et ne hoc quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur,* aliquisque inde existimet fas esse non ieiunio Sacerdoti ministrare; admonet nullum post cibum, potumq; quélibet minimum sumptum Missas facere, extra prędictũ casum, aut similem posse.

Denique superpondij vice id tantum subijciam, quod ex Suario *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 80. *sect.* 4. *vers. dico secundo*, tenet Ægid. Trullench *in Bullam, d. lib.* 2. *§.* 5. *dub.* 6. *n.* 5. scilicet, non requiri Missam terminari ante meridié, vel ante septimam horam, vt nostra fert opinio; imò sufficere ipsius inchoationem ante dictum tempus, vt etiam nouissimè concludit P. Leander *supra, quæst.* 16

quæst. 13. vbi in funere Regis, aut Principis posse Missam incipi ante meridiem, & protrahi vsque ad vesperam, vel nonam incunctanter profert, ex sententia Enriq. *lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 6. *litt. A.* & P. Fagundez *præcep.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 19. & probari potest ex textu *in cap. Sacramenta* 49. *de consecration. dist.* 1. ibi: *Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur*: ergo si nō fuerint pransi, licebit pomeridiano tempore sacrificatio? Idem permitti *supra* scripti omnes affirmāt in Sabbato Sancto ob longum officium; & in celebritate ordinum, qua licitum
17 est, si actus fuerit cœptus ante meridiē Missam item post horam nonam inchoare, vt patet ex textu *in cap. quod a patribus* 4. 76. *dist.*

18 Inde contra nonnullos proferētes, præceptum de audienda Missa diebus festiuis obligare pro toto tempore ante meridiem, quia in toto illo potest præcepum impleri, & non extra illud, vtpote quod solum est ab Ecclesia, & consuetudine pro Missæ celebritate designatum, certius arridet P. Saurio *de Relig. tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 7. hoc præceptum de se indifferenter obligare ad audiendam Missam in qualibet parte tēporius illius diei, in quo inueniri possit. Vnde infert, si in pluribus horis eiusdem diei festi (ipsius sunt verba.) *Missæ copia possit haberi, liberum homini relinquitur, vt in quacumque hora velit, possit præceptum implere.* Et tunc quamuis horam anticipet, pro qua nōdum præceptum vrget, sufficientissimè illud implet, neque oportet tunc assignare tempus illud quasi præuentum est, vt sic dicam. Si vero auditio Missæ dilata est vsque ad vltimam horam diei, in qua potest Missæ copia inueniri, pro illa hora vrget iam hoc præceptum, quia est quasi vltimus terminus obligationis, extra quam impleri non poterit, neque aliter potest certū aliquod tempus, pro quo obliget hoc præceptum determinari.

Hæc elegantissimè P. Suarez, qui 19 & *num.* 8. ex dictis satis ad rem colligit, posse hoc præceptum impleri statim post mediam noctem, si tunc Missa dicatur, ex Siluestro *verb. Missa* 2. *quæst.* 1. quia iam auditur Missa die festo, cuius initium quoad obseruantiam & præceptum, vt infra *Hora* 24. monstrauimus, à media nocte computatur. Et similiter èconuerso (prosequitur) dicendū venit, quod vbicumque possit dici, & de facto dicenda sit in aliqua hora post meridiem, non teneatur quis audire Missam antea, etiam si possit, quia talis determinatio in ipso præcepto formaliter non continetur, neque ex vi, & forma præcepti affirmatiui colligi potest. Et eadem ratione (vt dicam cum eodem Suario, à cuius verbis, vtpote elegātissimis discedere religio est) *Econuerso si alicubi Missa tātum dicenda sit Hora octaua, vel septima* 20 *vel alia antecedente matutina, ibi, & in tali die obligare præceptum pro tali hora, & non posse aliquam licitè, nec bona fide tunc scienter eludere præceptum, non audiēdo Missam illa hora eo prætextu, quod præceptum non obligat pro tali hora, sed absolutè pro toto tempore matutino, & ideo posse illius executionem licite differre vsque ad meridiem; quod si tunc Missa non inueniatur, esse per accidens, & inducere excusationem: est enim vanus prætextus, quia præceptum non concedit positiue, vt sic dicam, vt toto tempore ante meridiano possit differri Missa, sed simpliciter præcipitur, vt illo die audiatur, & consequenter virtute conceditur, vt possit differri quandiu copia illius spectatur intra totum illum diem, quando vero futura non speratur, præceptum iam pro tunc obligat, & ideò non habet locum excusatio.* Vnde etiam fit vt teneatur homo præuenire, & audire Missam quam primum potest in illo die, si probabiliter timet superuenturum impedimentum, ratione cuius non possit post talem horam Missam audire, etiam si alias de futura non sit, quia vt dixi, præceptū simpliciter obligat ad Missam audiendam in illo die, & tunc non potest aliter impleri nisi audiendo

Mis-

Missam in illa hora: nam hic, & nūc, & in tali persona illa est quasi vltima hora diei apta ad implendū præceptū in qua, & pro qua præceptum obligat. In quo omnes Doctores conuenire, & cō suetudinē ita declarasse fatetur, ex eo-
21 que fundari posse inquit *num.9.* incolam illius loci vbi festum colitur, teneri eo die exeuntem Missam audire, quāuis intra breue tempus extra illud, & in alio vbi dies nō seruatur sit futurus, vt tenuit Nauarrus *in manul. cap.* 21. *num.*1. cuius nonnullas ibidem rationes assignat cōtra Sancium de *matrim. lib.*3. *disp.*28. *num.* 21. & alios, quos suppresso nomine refert Filliuc. *tom.* 1. *lib.*5. *cap.*7. *num.*120. qui tamē Suario consentit, vti & Ioan. Machado, *in Perfect. Cōfess. tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 4. *tract.* 1. *docum.* 2. *num.* 3.

22 Ex dictis, velut consectarium euadit illius voluntatem seruari non debere, qui testamenta Missas, vespertino, aut nocturno tēpore dici debere adscripsit, vt expressè docet P. Garsia *in Summ. de excellēt. Sacerdot. tract.* 3. *diffic.* 9. *dub.* 1. *num.* 4. debet enim iuxta legum Ecclesiasticarum dispositionē modulari, itaque interpretari, vt legatum potius valeat, quam pereat, *c. nos quidē, de testam. cap. Abbate, de verbor. sign.* quo circa Missæ dici debebūt, sed congruo, & legitimo tempore, nēpe ab Aurora, vsque ad meridiem, vel paulò plus iuxta prædicta.

23 Cæterū dictis annectam occisi corpus, intra septem horas coram suspecto de homicidio constitui debere, vt si e vulnere sanguinem emittat, indicium contra eum faciat ad torturam. Ita Casonus *tract. de indicijs, & tortura in præmissis, cap.* 3. *num.* 3. Antonin. Naldus *in pract. quæst. litt. H. verb. Homicidium, num.* 4. Adamus Kellerus *de officijs iuridico-politicis, lib.* 2. *ca.* 12. Franc. Valeriola *lib.* 2. *obseruat. medicinal. obseru.* 7. Ioan. Baptist. Bernard. *in Seminario totius Philosophiæ, tom.* 3. *litt. V. verb. Vulneratus post aliquod tempus.* Hieron. Cardan. *tract. de Sapientia, lib.* 4. *pag.* 230. Ioan. Stephan. Durant. *quæst.* 62. inuit Farinac. *tom.* 1. *praxis criminal. quæst.* 52. *num.* 156. *in fine.* Atanas. Kircherius *de arte magnetica, lib.* 3. *part.* 9. *cap.* 1. *pag.* 904. qui ideo factitari subnectit, vt dū alia indicia alicuius homicidij perpetrati nō suppetunt, facinus quod nullo morali processu patere potest, physico innotescat. Et fortè huic respexit *sacer textus, Deuteron.* 21. cum ad ostendendam populi innocētiam super cadauere hominis occisi, & in agro extraque ciuitatem reperti nonnullis præmissis, seniores, & maiores ciuitatis tenebantur accedere coram interfecti cadauer.

Scio tamen nonnullos, aut longius, aut breuius tempus in hanc rem designasse, nec satis de eo inter se conuenire, vt vel ex Libanio, *de cruentatione cadauerum*, & ex Paulo Zachia *medico-legalium, lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 8. affatim liquet: cum plerique nonnisi post octo, vel ad summum decem, aut duodecim horas talem sanguinis eiaculationem fieri contendat, Galleoto Martio assentientes *de doctrina promiscua, cap.* 22. *pag. mihi* 232. Alij ad tertiam diem prosilere credunt, cum Gemma *lib.* 1. *de Caracterism. cap.* 6. Et tandem alij nullum tempus designant, sed quandocumque cadaueris occisor præsentetur sanguinem effundi autumant quorum placitum amplectitur nouissimè Atanas. Kircher. *supra.* Tamen receptiori eorum est sententia, qui asserunt id, non nisi intra septem horas ab inflicto vulnere contingere, vt proximè adducti testantur: post illud vero tempus nequaquam, refrigescente fortè affatim sanguine, euanescentibusque spiritibus.

Cuius rei illam rationem exhibet Galleot. Mart. *dicto loco*, cū enim occisor furore ductus, hominem aggreditur, cuncti spiritus qui sui sunt, opus iuuantes in occidendum conuolant, sicuti de more eorū est. Itidemque hominis trucidandi in occisorem tendunt, quo ira corporis sui prosilijt, ita vt in occisorem volent, ibique viuāt: Cū ille occisus est, sanguis iam frigefactus fluere desijt: Sed comparente 24

 occi-

occisore, spiritus vtriusque diuerso motu agitantur: quilibet suum corpus repetens motum facit, vnde & hominis occisi spiritus redeuntes, sedemque suam repetentes, & occisoris recedentes, vt ad corpus redeant, faciunt motum eius rei quam habitant (habitant autem sanguinem) & hoc pacto sanguis iam frigidior, & ad fluxum ineptus, ab occisoris; & occisi spiritibus, vi multiplicata agitatus rursus fluitat: estque illis tantus proprij corporis affectus, vt plerunque latitatem hominem, sed proximè existētem, intra tempus quod assignauimus (tot enim horis viuunt) recognouerint, ac repetiuerint. Hoc autem non in omnibus occisis, sed in plerisque euenit, quoniam quorundam natura ita debilis est, vt eorum spiritus vno momento conflacescant. Necesse ergo est corpora, vbi hæc fieri debent, sint calidiora, quoniam calore spiritus cōseruantur. Hæc Galleotus.

Aliter hac de re Philosophatur
25 Franc. Valeriola *loco vbi supra, pag. mihi* 101. vbi huius miraculi eam rationé adferri posse scribit, quod cum nondum calor omnis in recens occiso corpore extinctus sit, nec agitatio omnis visque interior nobis occulta quieuerit; vltionem quidem tacita illa vis clamat; moxque ad vindictam bilis accenditur: ab ea sanguis inflammatur, & ad vulnus confestim prorumpit, patefacto ad exitum per vulnus meatu: eodem concurrunt, & spiritus; qui quoniam leues sunt ad occidentem hominem, si coram steterit, volantes in eum migrant: seruanturque natiuo calore aliquandiu, nempe ad horas plus minus sex, aut septē quo quidem in tempore si qui interemit in conspectum interempti veniat, & interemptum intente inspiciat, vulnus cruorem versus interimentem eijcit: quod (quemadmodum diximus) nondum in cadauere recens iugulato ad horas aliquot vis omnis interior calorque extinctus sit: qua quidem latēte, & interiore vi efficitur, vt sanguis spiritus repetat suos, atque etiam spiritus ipsi suū retrahāt sanguinem, vnde ipsius manatio, & effluxus consequitur. Sed magis (vt rectè arbitrandum est prosequitur Valeriola) Dei iudicio arcano, maleficum hominem tali signo notaque peculiari, ac propria designare ac prodere volentis id fieri cēsendum est. Sanguis enim interfectorum ad sui vindictā clamat ad Dominum, vt *Genes.* 4. scriptum est de Abel à fratre Cain interfecto: *vox sanguinis fratris tui*, inquit Dominus, *clamat ad me de terra.* Quod prius dixērat Henricus de Assia *super Genesim*, vt refert Bartholom. Sybilla *in spec. peregrinar. quæstionum de eadem cap.* 8. *quæst.* 4.

Gemma vero *dicto lib.* 1. *cap.* 6. aliū- 26
de prouenire existimat, eo nimirum, quia vera interfectoris imago ad tertium vsque diem (quem huius experimenti terminum ipse designat) necato corpore in coagulato sanguine latitat; sicque per id tridui spatium, quo ideæ sanguini adhærent, coram perculso percutor appareat, residuum quendam spiritum virtute, ac motu idearum in superuenientem occisorem concitum, tandiu sanguinis pro fluuium cogere erumpere, quandiu is, qui criminis reus fuit, longius è funere sit semotus, probat Enric. Kormanus *tract. de miraculis mortuorum, part.* 9. *cap.* 23. *ad* 27. At antipathiæ ex vehementi occisi odio in occisorem vt certius adscribit Mart. Delrio *in Octauiam Senecæ, versu* 117. & iterum *disquisition. Magicar. lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 4. *vers. sexto cadauer*, vt & fascino Atanas. Kircher. *de arte magnet. dicto loco.*

Sed vt sit, nostri ex prædicto euen- 27
tu tenent, oriri indicium ad capturam & torturam. Sic Menochius *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 9. *&* *quæst.* 89. *ex num.* 118. *&* *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 270. *num.* 14. Paris de Puteo *de Syndic. verb. tortura.* Nouelus *regul.* 184. Boerius *quæst.* 166. *num.* 1. Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 867. *num.* 26. Carrer. *in pract. tract.* 2. *de indicijs, indic.* 17. *n.* 2.

Sunt

28 Sunt tamen qui hisce rationibus ita parum detulerint, vt id omne detrectauerint, & nullum inde indicium desumi posse, vt verius attestentur, ita Vairus *lib. de fascinat. cap.* 10. Gregorius Horstius *lib. singulari de hac re*, Hieron. Mag. *Miscel. lib. 4. cap.* 5. quibus accedit doctissimus Paul. Zachias *dicto loco*, vbi postquam aduersis rationibus propulsis oppositam sententiã neglexit tandem *num.* 27. eiusmodi rem digerit: *Vnde his sic se habentibus, nullum vnquam desumi debere indiciũ ex hoc contra aliquem firmandum, neque ex hoc posse iudices ad alicuius rei executionem deuenire reo praeiudicialem, cum etiam coram insontes, & homicidij illius nescios sanguis ex cadauere leui ex causa emanare posit, non tamen pertinaci animo negare in animum induxi meum omnem eius rei relationem, sed si vlterioribus, certioribusque experientijs, firmioribusque rationibus ea res innotescet, sententiam mutare paratus sum. Ex re interim Medicorum futurum existimo, vt hæc experientia omnino infirmetur, & euanescat; nam si vera manifestabitur, heu quod Medici ex eo indicio suorum ægrorum occisores deprehensi, homicidij pœnas luerem?* Idem senserat Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap.* 13. *num.* 15. *vers. sed saluo meliori iudicio*, cui, & alijs subscribens Farinac. *vbi supra nu.* 56. expressè docet eiusmodi sanguinis effluxionem per se, nullũ indicium ad torquendum, nisi concurrẽtibus alijs adminiculis supeditare: bene tamen ad inquirendum prodesse consentiunt nouissimè Franc. Torreblanc. *iuris spiritualis, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. & Anton. Queuedo, *tract. de indicijs, & tortura, c.* 8. *n.* 9. vbi Læsium adducit *de iustit. lib. 2. c. 29. n.* 167.

29 Nec preter eundum est, septem primas horas maiorem diei partem efficere, vt edixit Consultus *in l. 2. ff. de verbor. sign.* & si alio sensu, veluti ex vera *dictæ l.* explicatione, quam huius operis initio tradidimus satis apparet; vulgo tamen ex ipsius verbis proposita generalis sententia depromittur, præsertim à Glosographis, quibus addendus Casaneus *in Catalogo gloriæ Mundi part.* 12. *consid.* 43. Calcagnin. *de verb. & rerum signif.* vbi indicat, septem priores horas non diei maiorem partem haberi, ex maiori horarum numero; sed quia illæ sunt actuosiores, vt alibi prolixius ostendimus, & iuuat Martialis *lib.* 4. *Epigram.* 8. qui in diuisione diei septem primas horas dat rebus forensibus, reliquas palæstris, ludis, & balneis, notat Ioan. Tornarapæus *ad satyr. 3. Persij.* Quo sensu accipio Iuuenal. *satyr. 6. vers.* 180.

——— quis deditur autem
Vsque adeò est, vt non illam, quam laudibus effert,
Horreat, inque diem septenis oderit horis?

Septenis, scilicet, supremis horis, asserit maritos odiũ aduersus vxores exercere, quia hoc tempus, quod otij, & delectationis erat, domesticis curis dabant. Hucque pertinere videtur quod aliqui proferunt, principium scilicet diei, potissimam ipsius partem esse, cuius meminit D. Valençuela *consil.* 119. *num.* 61. *part.* 2. A quo nec longe distat Lelius Visciola *horar. successiuar. to.* 2. *lib.* 11. *cap.* 1. *num.* 19. *in fine*, *pag. mihi* 719. prolixe adstruens horam primam semper meliorem. Quo respexisse videtur Hesiodus, cum illum qui mane operatur exclamat, tertiam partem operis conficere. Sic tempus matutinum, pro bono frequenter à Latinis vsurpatur, nam *Manum* veteribus, idem est, quod bonum. Vnde *mane*, teste Seruio dictum est, quia illud quibusvis actionibus accommodatissimum, D. Anselm. *lib. de imag. mund.* 2. *cap.* 3. *Mane* inquit, *ab ortu Solis vsque ad quartam horam, dictum à mane, quod & bonum.* Ita Guilliel. StucKius *antiquitati cõuiuialium lib.* 1. *cap.* 7. qui ideò epulum matutinum subiungit, quasi omnium optimum, & iucundissimum. 30

31 Hinc eruditè notat P. Ioan. Bapt. Poça *in Elucidario Deiparæ, lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. Vniuersa, quæ ad hominum iucunditatem spectant, beneficientia Dei in matutinum tempus operata. Adam, inquit, prope æquinoctium in

Aurora diei plasmatur à Domino, teste Guillielmo *in 2. dist. 17. Christus Deus prope ortum Solis reuiuiscit.* Vniuersalem generis humani resurrectionem peragendam in aurora, grauissimi Doctores opinantur, in quibus Anselmus *suo Elucidario, D. Thom. 4. dist. 43.* Antonin. *4. part. tit. 14. Maria etiam matutino tempore nascitur, vt iucundissimus, & ex partu gloriosus ortus existimetur. Quæ tristia sunt* (prosequitur) *& acerba in vespertinum, aut nocturnum tempus conijciuntur. Sic Christi natiuitas noctu contigit; licet enim grande esset, quod ibi gerebatur; at viator nascitur, exul nascitur, iam inde sæuissimus imminet circuncisionis mucro, & alter crudelitatis turbo post dies quadraginta paratur ab Herode, vt in vltimas Ægypti oras sine lare, sine pignore, exul Orbis terrarũ abire cogatur. Ipse moritur Sole ad Occasum festinante; quamquam enim magnum fuit, & sanctum, & Deo dignum spectaculũ, Iesus attrocissima laniena deformatus, at quis neget luctuosam fuisse speciẽ, & acerbam, quæ nostræ salutis vindicem seruilibus flagris, & crucibus subijciebat Hunc aspectum etiam vespertino tempore indignum, Princeps sydemum Sol repentinis tenebris obduxit, & ante consueta spatia noctem accersiuit.* Quoniam vero & Pascha, & Dominica cœna ad hanc inuisam tragædiam impellebant, *noctu Christus comedit Pascha,* vt ait S. Anast. *lib. 7. Hexam.* & Hugo de S. Victore *lib. 4. miscell. tit. 26. Ad vesperam fecit pro nobis sacrificium vespertinum, vt de vespere mortis duceret nos ad matutinũ vita.* Adæ delictum, ex quo omnium criminum sentinæ defluxerunt, vespertino tempore accidit; quamquam, & illum nocte peccasse scripsit fere S. Anastas. Sinaita, *Noctu comedit Adam & est proditus priusquam eius essent aperti oculi.* Si non omnino mistice (vt debuit) locutus fuit Anastasius, forsan arbitrabitur lunari solum illustratam lumine Euam pomum illud pulchrum conspexisse. Verissimè pro impijs scripsit Chrysost. *in Ocasu homines ipsi sunt, qui in peccatis versantur.* Hæc P. Poça minimè in proposito negligẽda.

31 Cæterum à prima mensis Aprilis, ad vltimam Septembris singulis diebus, exceptis festiuis, Consiliarij nostri Senatum ingredi tenentur, ex præscripto *l. 3. tit. 4. lib. 2. noua Recollect.* illis verbis: *Mandamos, que los del nuestro Consejo, que en el residieren por nuestro mandado, vayan cada dia por la mañana a la Camara, y casa que fuere diputada para el Consejo,* & post pauca; *Y desde el principio de Abril, hasta fin de Setiembre, desde las siete horas, hasta las diez.* Iuxta cuius legis dispositionem subaudienda, & interpretanda erit similis, *l. 4. tit. 9. lib. 3. eiusdem Recollect.* quæ ius dicendi locum, & tempus ordinarijs Magistratibus, aut Iudicibus etiam præstituens, sic affatur: *Y los Alcaldes juzguen en lugar señalado, y desde el primero dia de Abril, hasta el primero dia de Octubre, juzguen cada dia, de la mañana, hasta que la Missa de la Tercia sea dicha, guardando los dias de las fiestas, y de las ferias, assi como lo manda la ley: y en todo el otro tiempo juzguen de la mañana hasta el medio dia.* Consonat *l. 2. tit. 7. lib. 1. fori, & l. 7. tit. 4. part. 3.* ibi: *Desde gran mañana.*

Iuxta quarum legum dispositioné obseruatam, longoque vsu interpretatam agnoscimus *l. 4. tit. 11. lib. 2. noua Recollect.* quæ Præfectos nobilium alloquens: *Mandamos,* inquit, *q̃ los dichos Alcaldes de los Hijosdalgo hagan Audiencia en el lugar y tiempo, y hora, que para ello les fuere señalado, y diputado por el Presidente, y Oidores, tres dias en la semana,* cum eadem hora, qua & Consiliarij rei crimanalis Præfecti, itemque, & nobilium aulas ingrediantur, & causarum expeditioni sedeant: quibus cum necessario fisci Procurator, siue Aduocatus Fiscalis, ex dictæ legis præscripto adesse debeat, eadem hora adsit *d. l. cauetur,* ibi: *Y si a la dicha hora el dicho Procurador Fiscal no pareciere en el Audiencia, que el vno de los escriuanos le busque por la dicha casa de la Audiencia, y sino lo hallare, põga por fee en el registro, como no lo hallò, aun que lo buscò.* Quod & de Tabellionibus pariter disponitur, vt siue dicti

Præ-

Præfecti, aut eorum quilibet, Aduocatus Fiscalis, vel Tabelliones dicta hora abfuerint, tribus argenteis mulctentur pro vnoquoque die, quo dicta hora abesse contigerit, veluti eadem *l.* infligitur illis verbis: *Y que el Alcalde, o Escriuanos, o Procurador Fiscal que alli no se hallare presente, pague de pena por cada dia que faltare tres reales de plata.* Idem de tabellionibus repetit *l. 2. tit. 20. dict. lib. 2. Recopil.* exceptis diebus qui publicis Audientijs sunt deputati, quos *de Audiencia publica* dicimus, quoniam his, *d. l. 2.* præfinitur: *Que los dichos escriuanos los dias que son de Audiencia de peticiones, vengan a la Sala media hora antes que vayan a sentarse a comenzar a hazer la Audiencia Presidente, y Oidores, para que en aquel tiempo aya lugar de tomar de los Procuradores, y recoger cada vno las peticiones, y verlas, y preuenirlas para leerlas y saber dar razon de lo que piden, y puedan ser mejor entendidas, y proueidas; y lo hagan de manera, que despues de assentados a oir relaciones, no anden atrauesando los vnos, y los otros, para dar, ni tomar las dichas peticiones, ni las reciban alli, so pena de seis reales,* quod rectè statutum laudamus, & quod vt hæc horarum designatio irrefragabiliter ab omnibus, sine vlla ignorantiæ excusatione custodiatur; adsit Horologium ea domus parte, qua illius sonitus optimè percipiatur, veluti *l. 3. dict. tit. 5. lib. 2. nouioris Recolect.* cauetur his postremis verbis: *mandamos, que en cada vna casa de las dichas Audiencias estè continuamente vn relox en lugar conueniente, para que le puedan oir,* quod à foro Romano mutuatum videtur ex illis, quæ hac de re *supra in Antelogio minut. 63.* obseruauimus, sed non ante dicta decisionis tempora, quia nostri serius Horologia sonitum edentia receperunt anno scilicet 1400. sub Henrico III. Castellæ Rege, vt M. Ægid. Gundisal. de Auila. Regius Historiographus memorat *in Historia eiusdem Henrici eodem anno, c. 64.* ibi: *Y en este año se puso en la torre de Seuilla el primer relox que huuo de campana en ambas Castillas.*

Ex his ergo eàdem horam, iuxta diuersitatem temporum à dictis legibus præfinitam, ad Concilium ciuitatis, vulgo *Ayuntamiento, o Concejo,* Decurionibus assignat Bobadilla *in politic. lib. 9. cap. 7. num. 6.* vbi de tempore cogendi ordinem, siue Concilium Decurionum agens, ita inquit: *Suele hazerse de verano a las siete de la mañana, y de inuierno à las ocho: y esta es la hora del juntarse, aunque se guarda mal la puntualidad en esto.* 32

Hic etiam spectat, quod ex Macrobio *in somno Scipionis, cap. 6.* Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris, lib. 9. cap. 9. num. 26.* & Paulo Zachia *medico-legalium, lib. 1. tit. 1. quæst. 7. num. 8.* retulimus, *nostris Annalibus de ætate ad omnes humanos actus requisita anno 1. quæst. 7. n. 6.* Videlicet, septem horis tantū posse discerni an editus partus victurus sit, necne, per totidem inquiunt horas, & non amplius, aeris alitum sustinere poterit, si præmortuus nascatur. 33

MINVTA HORAE OCTAVAE.

BRumali tempore Magistratus tenentur ex præscripto nostrarum legum hora octaua ingredi Senatum singulis diebus, & Decuriones hora octaua matutina Concilium inire debent, ibid.

Octo horarum spatium tertiam diei partem costituit, 2.

Labor quotidianus non vltra octo horas regulariter producitur, 3.

Diebus festiuis spatio octo horarum seruilia exercens, tota die laborasse creditur quoad violationem praecepti, ibid.

Torqueri nemo potest nisi octo saltim horis à cibo & potu elapsis, & quare, 4.

Referuntur hac de re aliquorum sententiæ, omnesque probabiles, ibid.

Post cibum, & potum immoderate sumptum, mens non nihil perturbatur, 5.

Hora perfectionis actus, & non principij attenditur, 6.

Vbi plures subscribere instrumentum debent, donec vltimus subscripserit, non est perfectum, ibid.

1 APud nostros iura clamitant teneri Regios Magistratus brumali, hybernoque tempore, à prima scilicet Octobris, ad postremã Martij ius dicendi causa, hora diei octaua sedere. Sic cautum agnoscitur *in l.* 3.*tit.*4.*lib.*2.*nouæ Recolect. legum Hispaniæ: Y mandamos*, hæc sunt verba ipsius; *que los del nuestro Consejo que en el residen por nuestro mandado, vayan cada dia por la mañana a la camara, y casa que fuere diputada para el Consejo; y desde principio de Octubre, hasta en fin del mes de Marzo, comiencen a oir desde las ocho horas, hasta las once.* Quod etiam cæteris Magistratibus Ordinarijs præcepisse videtur *l.*4.*tit.*9.*lib.*3.*Recopil.* vbi exclusis mensibus ab Aprili ad Septembrem inquit: *Todo el otro tiempo juzgue de la mañana hasta el medio dia*, ad quorum similitudinem, idem circa ingressum Decurionum in Concilium tempore hyemis philosophatur Bobadilla *in Polit.lib.*3.*cap.*7.*n.*6 vt hæc omnia latius notauimus *Supra Hora* 7.*minut.*31. Sed & hic quasi per compendium repetere libuit, vt omnia suo loco constare videantur.

2 Accedat, octo horarum spatium, tertiam diei ciuilis partem conficere, iuxta computum *l. more* 8.*ff. de ferijs.* Sic obseruat Ioan. Machad. *in perfect.*

3 *Confessore, tom.*1.*lib.*2.*part.* 3. *tract.*16. *docum.*1.*num.*2. Vbi & insuper ex aliquorum sententia aduertit non vltra hoc spatium, frequenter vnoquoque die operari. Inde cõtra illos inferens, qui culpæ immunes esse contendunt, diebus festiuis intra hoc tempus seruilia exercentes, cum idem sit, ac defendere licitum esse etiam feriatis ac festiuis diebus, per easdem horas, ac cæteris vulgaribus operari; nã vt præmissi regulariter, & si non ex iure, ex stilo non maiori horarum spatio laboratur.

Et iuxta veriorem sententiam, reus 4
etiam in attrocioribus, & quando nimis vrgent indicia non potest torturæ exponi ante septem, vel octo horas à prandio; sic doctissimus Prosperus Farinacius *tom.*1.*praxis criminal. quæst.*39.*n.*32. a quo nec longe Guazzinus *p.*2.*defensorij reorũ defens.* 3.*c.*4.*n.*20. qui referunt Nouel. *tract. ad defens.c.*3 *num.*20. asserentem sufficere, vt reus torqueri possit, quod per quinque, vel sex horas abstinuerit à cibo. Itaque obseruatum vidisse. Sed proprius accedit Ambr. *de proces. informat. lib.* 5. *cap.*1.*num.* 30. qui septem horas post prandium ad quæstionem requirit. Et si Marsil. *in l.*1.*in pricip.num.*81.*ff. de quæstion.* Iulius Clarus *in praxi, §.*1.*q.*64.*vers. decreta tortura.* Flamin. Cartar. *de interrogand. reis, lib.*4.*cap.*1. *à n.*78. Paris de Puteo *de sindicatu, verb. tortura el* 3.*cap.*4.*incipienti de repetitione, num.*11. Cardinal. Tuschus *pract. conclusion. iuris litt. T. conclus.* 326. *n.*17. Intrigliol. *singul.*180.*in fine, lib.*2. Ludouic. Peguera, *in pract. crim.cap.*12.*§.*11.*num.* 1. Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, quæst.* 100. *num.*152. Vt certius teneant nouem,

aut

aut decem præcisè oportere, vt debite tortura inferatur. At mihi quælibet harum opinionum satis probabilis videtur, cum omnes ea potissima ratione innitantur, scilicet, quia nondum ante horas ab ipsis præsignatas decoctio alimenti, aut digestio facta censetur, quo tempore si pransus torqueretur, proculdubio aut periret, aut ita stomachi motu laboraret, quod præ nimio vomitu nec interrogari, nec responsum reddere posset, quæ omnia iudici, vt incauto, & percitò meritò imputarentur: verum cum *vt supra Hora* 4. obseruauimus ex Auicena, & alijs medicæ Scholæ parentibus, post quatuor horas à cibo digestio facta præsumitur his elapsis quocumque tempore tortura infligi impune poterit; siue quinta, aut sexta, vt Farinacio; siue non aut decima hora veluti cæteris magis arridet: nondum vero saltim quatuor horis à cibo, maximè immoderato transactis, si quæstioni aliquis exponeretur, duplici afficeretur tortura, violenta, & naturali illa, quæ solit ex nimia oppressione cōtingere: iuxta Ecclesiastic. *cap.* 31. *vers.* 23. *Vigilia*, inquit, *& cholera, & tortura viro infrunito*, hoc est intēperanti in capiendo cibo, quod permitti non debet, cū vix robustissimus vni torturæ sufficiat.

5 Cui & illud accedat ineptissimum, ad veritatis propalationem existere, qui nimio cibo grauatur, cum æque menti, ac corpori soleat intemperantia nocere, & vt medicis placet, nullus error in victu committitur, qui non pariter vtramque partem hominis lædat. Ebrietas enim vt caput grauat, ita mentem lædit; cibi & potus ingestio nimia, vt replet succis corpus, ita facit animum mollem, ac desidem. Si igitur, vt ad tuendam corporis valetudinem humores oportet esse compositos, ita ad valetudinem mentis, & animi, affectus; & vtrosque modo aliquo turbat, quicumq; error in victu, argumento text. *in cap. sane* 15. *quæst.* 1 cum similibus, probat ex D. Thoma, Stephan. Gaeta, *in repetit. cap. ad limina*, §. 6. *num.* 116. 30. *quæst.* 1. ergo eo tēpore torquatur Reus minimè oportebit, quo nec liberam mentē, aut imperturbatam habet, sed congruentiori, procul, scilicet, à cibo & potu, saltim per horas quinque.

Estque, & hic memoratu dignissimum, quod iam pridem dubitare contingit. Vtrum scriptura siue instrumentum, quod initio præferebat factum tali die, ipsus hora octaua; cum tamen constet non illa, sed duodecima fuesse absolutum, & àpartibus stipultatum, & subscriptum: ab hac, vel illa hora debeat respectu alterius instrumenti medijs horis confecti, prioritatem habere? Et ex hora subscriptionis instrumenti illius tempus esse computandū ea de re Consultus censuit, iuxta Iassonem *in l. more Romano, num.* 17. *vers. quid autem si actus, ff. de ferijs*, Imol. *in l. si quis eum*, §. 1. *ff. de vulgari*, & Vald. *ibid. nu.* 1. *vers. Sed quam horam, & num.* 2. *vers. vnde debet attendi*, & alios, quos refert, & sequitur Polidor. Ripa *de noctur. tempore, cap.* 117. *nu.* 9. qui tenēt; quod vbi actus fuit inchoatus ante mediam noctem, & perfectus post mediam noctem, tempus perfectionis actus sit attendendus. Et conducit quod scribit Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, fragmentor.* 6. *part. fragmento* 55. tempus videlicet in principio, aut in fine scripturæ non esse attendendum, quando illa est à pluribus subscribenda, sed illud tempus spectatur quo scriptura est subscripta à contrahentibus, quia post subscriptionem omnium, & non aliquorum tantum, actus dicitur perfectus, *l. Tribunus*, §. *fin. ff. de testam. milit.* Et idem de sententia, vno tempore lata, & alio subscripta, adinstar schedulæ, repetit *ibidem fragm.* 125. 6

MI-

MINVTA HORAE NONAE

1 NOna diei parte, irruente iam Sole, ad Occasum, Deo item laudem sancta peragit Ecclesia, quam ex more, cuius alibi meminimus ab hora, nonam compellat (& si, præsertim in ciuitatibus, post sextam diei horam solere pulsari ad nonam, affirmet Iacob. Mandel. *consil.* 83.
2 *num.* 25.) Idque, vt Clicthoueus meditatur, in memoriã amarissimæ mortis Domini, quam illa hora pro nobis fuit perpessus: nam vt sacri scribunt Euangelistæ, circa horam nonam clamans voce magna, expirauit. Circa eãdem etiam horam descendit ad inferna, vt Sanctos inde Patres liberaret, & de Principe huius mundi triumpharet. Denique vnus militũ circa eandẽ horã lancea latus eius aperuit, & conti-
3 nuo exiuit sanguis, & aqua in remissionẽ peccatorum nostrorũ. Eadem quoque hora Discipuli Domini ad orationem conuenire sunt soliti, quemadmodum acta perhibent Apostolica de Petro, & Ioanne, quod ascendebant in Templum ad horã orationis nonam. Sunt eiusdem sententiæ Rupertus, Cassinus *de Hora Nona* agentes, Guilliel. Durand. *in rationali diuinor. lib.* 5. *cap.* 8. Michael Timotheus *in diuinum offi-cium, tract.* 7.

4 Hora igitur nona emisit spiritum, qui in omnes spirat, omniaque viuificat; mori enim voluit pro homine illa hora aduertit Guillielmus *supra*, in qua homo de Paradiso expulsus est. Ni mauis cum Petro Bungo *de myster. numeror. Num.* 9. quod hora nona Dominus noster Iesus Christus sanctum emisit spiritum, quippe cum inclinata iam esset ad vesperam dies, & tepefactus à meridiano feruore radius Solis, mysterium victoriosissimæ passionis cõsummauit; euidẽter se insinuans propter auferenda scelera, quibus à diuina luce, & dilectione in huius mortem peregrinationis incidimus, Crucis subisse patibulum. Quare inter alia etiam de Passione Dominica Psalmus loquitur nonus, per calculum suum transitus eius horam annuntians.

5 Quibus nec improbabiliter subaddi potest, ideò hac hora mori voluisse, vt amoris sui erga homines nimiam charitatem ostenderet, eo tempore pro nobis spiritum effundens, quo sceleratius ab hominibus impetebatur, quoniã hora nona rebus serijs, ciuilibusque expeditis negotijs, somno, voluptati, libidinique operã dare licebat, vnde à Satyrico Meretrices *Nonariæ*, dicuntur.

Si cinico barbã petulans Nonaria vellet.

Siquidem hora nona cellas aperire solebant, prostituendi sui corporis causa. Sic Cornatus *in Persium Satyr.* 1. Guilliel. Forner. *in l.* 2. *verb. Primarũ, de verbor. signific.* Quo respexisse videtur Martial. in diei, atque horarũ partitione, *Epigram.* 8. *lib.* 4.

Imperat structus frangere nona toros.

Meminit aliud agens Petr. Bung. *dicto Num.* 9. *ad medium, pag. mihi* 347. qui hac ratione illud apud Venetos vulgatũ refert: *Nell'hora di Nona non si incontra buona persona.*

Hucque referri potest quod *l.* 5. *tit.* 6
6. lib. 6. nouæ Recollect. & alijs sanctionibus huius Regni caueri obseruat Bobadilla *in polit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 52. videlicet ab hora nona ad decimam nostri Horologij, singulis noctibus ex die S. Michaelis, vsque in Pascha Resurrectionis, quasi receptui canens cãpana pulsetur, cuius audito quietis signo, omnes statim proprias domos repetant, vt sic quæuis delinquendi Occasio auferatur, & respublica quieta cõquiescat. Cuius præscripti exactiorem cognitionem infra *Hora* 10. efflagitantibus pollicemur.

Hæc est hora pro Missa solẽni die- 7
bus quadragesimalibus iure præstituta, *ex Decreto Cabilonensis Concilij*, si Iuan. fides adhibẽda est; aut Siluij Papæ, si Burchardo standum; *in cap. solent* 50. *de consecrat. dist.* 1. *Solent plures definijt, qui se ieiunare putant, in quadragesima mox, vt signum audierint ad horam nonam comedere. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinum celebrent Officiũ. Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missarum solemnibus, & vespertinis Officijs, & largitis eleemosynis, ad cibum*

bum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam venire non valeat, æstimata vespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat. Et rursus §. *in ieiunijs*: *In ieiunijs quatuor temporum circa vespertinas horas, in Sabbato vero Sancto circa noctis initium Missarum solemnia sunt celebranda.* Ex quibus ita obseruat Guilhelm. Durand. *in rational. diuinor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 20. Villalob. *in summ. tom.* 1. *tract* 8 *diffic.* 19. *num.* 4. ibi: *En las Ferias de Quatro temporas, Vigilias, y Regaciones, siendo dobles, ò semidobles, en las Iglesias Catedrales y Colegiales se dizen dos Missas, vna de la fiesta a la Prima, y otra de feria despues de Nona, conforme a las Rubricas de el Missal Romano. Los Religiosos no estàn obligados a dezirlas, q̃ sus Iglesias no son Colegiales.* Itaque declarasse Sacram Rituum Congregationem refert Gauant. *In Comment. ad Rubric. Missal. tom.* 1. *p.* 3. *titul.* 10. *numer.* 80. his verbis: *Tanquam de re grauissima statuit sacra Congregatio Missam de Feria priuilegiata in Cathedralibus, & Collegiatis nullatenus omittendam esse, sed omninò astantibus Canonicis, & assignata distributionum portione cātandam esse, aut cum Diacono, & Subdiacono; aut si eorum copia non suppetit, absque eis, & post Nonam, non obstante quacunque consuetudine contraria, quam Sacra eadem Congregatio sustulit, & in posterum admitti vetuit, & addit pœnas contentas in Bulla Pij V. quæ præceptum continet*, tradit Antonin. Diana *resolut. moral. p.* 2. *tract.* 14. *resol.* 76. Nilominus contraria cõsuetudine fuisse abrogatum patet; necnon & *ex decreto eiusdem Pij V.* qui motu proprio vetuit omnes nocturnas, vel matutinas Missas, etiam in Sabbato Sancto, quibus adnumerari debet hæc, cuius noster sermò, cum quarta diei parte, ideſt, à tertia horà pomeridiana celebraretur, quę nocturno tempori adscribitur, vt sæpius diximus, præsertim *Hora* 4. notat Roderic. Acunha *in cap. quod à patribus* 4. *num.* 175. *dist.*

8 Post Missarum solemnia vespertinū celebrabatur officium, die iam ad extremum vertente, & ipsius hora nona finita, vt *dict. text.* verba conuincunt, & probat Ioseph. Vicecomes *de antiq. baptismi ritibus lib.* 1. *cap.* 24. ibi: *Vesperarum enim hora pro nona posita est, quod vel eadem sit inter se, vel parū discrepet.* Vespertinique nomen accepit à vespere stella, vt explicat Clicthoueus, quæ in crepusculo apparere solet, & diei extremitatem nūciare, quoniam circa declinationem diei, & finē officij celebrari est institutum. Eo nimirum, vt egregie ratiocinatur Durand. *in Racion. diuinor. lib.* 5. *c.* 9. quia in hora vespertina significat Ecclesiā primum aduentum Domini, qui fuit vrgente mundi vespere, id est, vltimā ætate, de quo qui canit reddit gratias Deo iuxta illud Apostoli *Corint.* 10. Nos sumus, in quo fines sęculorum deuenerunt, *cap. si enim, de pœnit. dist.* 3. Præterea Christus in vespere de Cruce depositus fuit. Eadem quoque hora in cœna Sacramentum corporis, & sanguinis instituit: pedes Discipulorū lauit. Discipulis euntibus in Emaus in habitu peregrini in fractione panis se manifestauit. Consetiunt Clicthoueus *sup.* Rupert. *lib.* 1. *de diuin. offic. cap.* 6. Et Casianus, qui de hac hora nonnulla alia comminiscitur, quorum nõnulla recenset Michael Timoth. *in diuinum offic. tract.* 8. *quæst.* 3. 9

10 At infringit nõ nihil, quod de vespertini officij tempore diximus apud nostros *l.* 7. *tit.* 4. *part.* 3. vbi postquam iudicibus ordinarijs iniunxit, vt quotidie à summo mane ad meridiem ius dicant, ibi: *E deuen y estar sentados desde grān maña fasta medio dia, cotidianamente*: post pauca subiungit: *E aun desde nona, fasta visperas, seyendo los pleitos muchos*, quibus verbis aperte subiudicat nonam, & vespertinam, non eandem, sed diuersas horas censeri.

Et quidem ita est si primæuam eiusmodi Horarum institutionem repetamus; quoniam vt *proximè* ex Clicthoueo notauimus post Nonam vltima diei parte vesperæ celebrabantur, nocte scilicet, iam accedente, sic Herrera *de origine officij diuini, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. vtpote quæ diei finem imponebant, & ipsarum extremitate sequentem, more Ecclesiæ, inchoabant. Vnde inter Horam Nonam, & vesperarū aliquot intercedebant horæ, vt innuit dicta

dicta *l.7.* quæ secundum hanc strictam Ecclesiastici diei partitionem est subaudienda. At nos cum vesperarum horam hìc designamus, non propriam, sed nunc vsitatatam præscribimus, quæ nona esse solet.

Iuxta quæ erit accipiendum Concilium Cauilonense II. *Canon.* 56. quo præceptum lego, ne nulla Sanctimonialis à vespera vsque ad Primam, neque Abbatissa, nec aliqua Sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeant, nisi fortè talis fuerit occasio, quam euitare non possint: & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt.

De qua vespertina hora, subaudiēda venit Arabum illa cōsuetudo, quæ pauperibus vesperi eleemosynam petere inhibebat. Vt his verbis obfirmat Augerius Busq. *Epist.* 3. *Arabes nō passim nec ab omnibus mendicant, sed vesperi prætereuntibus sebaceam candelam, malum citrinum, vel punicam obtrudūt, qui duplo, triplove pluris sit recipiant, & vendere potius quam turpiter rogare videantur.* Id vtique, quia accedente vespere egenis mendicare prohibebatur, quod hac fraude eludebant, vt notat Aloys. Nouarin. *Schediasm. Sacroprophan. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. Etsi coniectari fas est, inde apud nostros, maxime insignioribus ciuitatibus & Curijs, mos inualuit, petendi eleemosynam à primis tenebris ad decimam, vel vndecimam noctis in pia loca, & Diuorum Imagines, per quæstores qui funalia in id deferunt, vt occursantes, aut dirigendo, aut illuminando, quasi exhibita mercede ad charitatem alliciunt; sicque magis pretium quā eleemosynam inferre videbatur.

In idemque tempus referendus S. Maximus *Homilia de Lunæ deffectu*, dū Gentiles irridens, qui Lunæ deffectui vociferatione sub vespere tantum opitulari credebant, ita alloquitur: *Cum ante dies plerosque de vestra auaritia cupiditate pulsauerim, ipsa die circa vesperū tanta vociferatio populi extitit, vt irreligiositas eius penetraret ad cœlū, & requirerem, quid sibi clamor hic velit, dixerūt mihi, quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subueniret, & deffectum eius suis clamoribus adiuuaret. Risi equidem, & miratus sum vanitatē, quod quasi deuoti Christiani Deo ferebatis auxilium; clamabatis enim, ne tacentibus nobis perderet elementum: tanquam infirmus enim & inbecillis, nisi vestris adiuuaretur vocibus, non possit luminaria deffendere, quæ creauit. Bene igitur facitis qui Diuinitati exhibetis solatium, vt vobis iuuantibus possit cœlum regere. Sed si vultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis: nam quoties putatis vobis dormientibus Luna vim passa est, & tamen de cœlo non corruit? Aut, nunquid semper circa vesperū deffectum patitur? Num aliquando & circa lucem laborat? Sed apud vos vespertinis tantum horis laborare consueuit quando copiosa cœna venter distenditur, quando maioribus poculis caput mouetur, tunc igitur apud vos laborat Luna, quando laborat & vinum.*

Est enim & ad hoc tempus referendum furtiuarum rerum mercatus, quē nos *Baratillo* dicimus, apud quos, vti & antiquitus in suburra (loco scilicèt ad id designato) occidente Sole incipit. Vnde Petronius: *Veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notauimus frequentiam rerum venalium, non quidem pretiosarum: sed tamen quarum fidem malè ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret.* Allusit Horatius *Satyr.* 1.

Fallacem circùm, vespertinumq; pererro
Sæpè forum,

Vbi Helenius Acron, & Porphyr. Interpretes Horatij antiquissimi, de suburra maiore, hunc locum accipiunt, in qua vesperi furtiuæ res semper venundabantur. Itaque vespertinum forum dixisse, obseruat Iacob. Durant. Casellius *variar. lib.* 1. *cap.* 5. quia occidente Sole rerum furtiuarum mercatus inciperet. Vnde false nimis prouerbij loco Plautum vsurpasse notat in milite glorioso: *Vesperi suo viuere*, pro eo quod est furtis suis vitam sibi parare: eaque de causa Propertium vigilacem suburram dixisse.

Iam ne tibi exciderint vigilacis furta suburræ

Meminit huius antiquæ consuetudinis Osualdus *ad Donel. lib.* 15. 29. *liter.* K.

K. *vers. Romæ olim.* Quo circa, cum fere semper quæ hoc vespertino foro vēduntur, constet furtiua esse, aut saltim talia præsumantur, ea tute emi non poterunt, etiam si ab emptoribus furto subtracta ignorentur: nam ex quo rumor est, aut vehemēs suspicio, illuc cōuenientes multa vendere furto sublata, nefas est ab illis emere, nisi præmisso sufficienti examine ementi constet eos iustè vendere, vt in simili docent P. Molina *de iustit. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 35. *in fin.* 2. *concl.* P. Sanchez *de matr. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 27. Mercado *de contract. lib.* 2. *cap.* 20. Villalob. *in summ. tom.* 1. *tract.* 1. *disput.* 20. *num.* 7. Merolla *tom.* 1. *disp.* 3. *cap.* 3. *collor.* 5. *num.* 32. & Antonin. Diana *resol. moral, part.* 4 *tract.* 3. *resol.* 27. *vers. Notandum est tamen hic obiter:* vbi ex Castro Palao *tom.* 1. *disp.* 3. *num.* 5. hoc intelligendum notat, quando rationes efficaces, seu moraliter conuincentes adessent, venditorem vendere rem furtiuā, non quando dubiæ sunt, & probabiles; tunc enim deponendum est dubium, & intelligere, alium rite vēdere, quia nemo præsumitur malus nisi probatur, neque in dubiis delictum commisisse, *l. merito, ff. pro socio.* Sed esto hæc sit, admittenda opinio, rationes, quæ aduersus res tali loco, & hora venditas vrgent, adeò illas furtiuas conuincūt, vt non possint non efficaces dici. Ex loco, enim vbi veneunt furto subtractæ præsumuntur, quia ibi talia venire solent, & vbi in aliquo loco frequēter contingit delicta committi, ibi semper commissa præsumuntur ab his, qui ibi commorantur. Ita Carrer. *in pract. criminali, pag.* 65. *Indicio* 33. & ex Baldo, Antonio de Canario, & Marsilio, Iacob. Menoch. *lib.* 1. *de præsumpt. q.* 90. *num.* 132. vbi hoc indicium sufficiens ad torturā agnoscit. Ex tempore, item & hora qua hæc venduntur, nec debilior coniectura furtiuitatis insurgit; nocturno enim tempore, aut vespertino delictis commodatissimo distrahuntur, cum solum qui male agit odio habeat lucem, *cap. consuluit, de offic. delegat. glos. in cap. vnic. verb. Occulta, vt Ecclesiast. benef.* Vnde nocturno tempore factam venditionem merito suspectam dicit Polydor. Ripa *de nocturn. tempore, c.* 106. *n.* 6.

11 Ergo ne accepto desistere videamur, ex dictis promanat horam prandij antiquitus, maximè diebus ieiunij nonam completam extitisse, cum non antea licuerit comedere, quàm auditis Missarum, & vespertini Officij solemnibus; quæ vt præmisimus dicta hora fiebant, *d. cap. solent,* vbi communiter notant omnes, *cap. quod dicit* 4. 41. *dist.* secundum antiquam lectionem, *c. placuit* 9. *de consecrat. dist.* 3. iuxta glossæ, & vulgarem omnium expositionem. Erat enim hæc stata prandendi hora, vt ex his quæ erudite scripsit Iul. Cæsar. Bulenger. *de conuiuijs, lib.* 1. *c.* 23. Isaſ. Casaub. *in Athan. lib.* 4. *c.* 14. & P. Ludouic. de la Cerda *in Tertul. libr.* 6. *de oratione, n.* 156. satis liquet, & quæ soluendo ieiunio primitiuo illo sæculo præsignauerat Ecclesia. Sic Guilielm. Stuck. *antiquit. conuiuial. lib.* 1. *cap.* 11. constatque ex Epiphanio *in compendiaria doctrina, cum ieiunium,* inquit, *seruari vsque ad nonam horam,* cui assentitur Basil. *Homil.* 1. *de ieiunio: Verum enim ieiunium est,* scribit, *ab omnibus vitijs esse alienum, expectas vesperam, vt cibum capias, sed diem totum absumis apud tribunalia.* Chrysost. *homil.* 36. *in Matthæum, quasi ad finem: Veniat tibi oro in mentem, quoties ieiunij tempore mensa vesperi apposita; si minister vocatus tardiuscule accesserit, &c.* D. Augustin. *de moribus Eccles. contra Manicheos: Visitata,* exclamat, *ieiunia Ecclesiæ continuantur vsque ad noctem. Sola enim die celebrantur sacri cœtus, preces publicæ habebantur, sub vesperam dimittebantur, & cibum sumebant.* Cuius ritus vestigia adhuc retinemus in libris nostris, vt nuper notabimus, & iterum constat ex *c. Presbyter* 5. 82. *dist.* ibi: *Tribus quidem mensibus, priuato loco à cæteris remotus, pane & aqua à vespera, in vesperam vtatur,* vbi gloss. *verb. In vesperam,* hac hora debere comedere ieiunantes admonet.

Quem morem Ecclesiam ab Hebreis

bræis mutuasse, quibus in ieiunijs solemne erat, à prandio, omnique cibo abstinere vsque ad vesperam, siue horam nonam; *multis Sacræ Scripturæ locis* testatur Stuckius *vbi proxime*, præsertim *Iudic.20. vers.26. Ieiunarunt illo die vsque ad vesperam, & 2.Reg.1. Ieiunauerunt vsque ad vesperam. Act. quæ 10. vsque ad horam nonam sedebam ieiunus, & precabar domi meæ.* Et constat *2.Reg.3. vers.* 35. vbi post sepulturam Abner; cum vniuersus populus venisset ad Dauidem cibum cum illo capiendi causa, iurauit Dauid se ante Solis occasum, nec panem, nec quicquam aliud gustaturum. Ex quo loco quasi necessario elicit Guiliel. Stuckius *vbi supr.* prandia fuisse Iudæis vsitata, quoniam meridies erat, cum prandere populus voluit, peractis Abneri exequijs: *Nam si fuisset vespera,* inquit, *Dauid non recusasset, neque iurasset,* cum comedendo ad vesperam ieiunium non violaretur; nam vespera finis erat ieiunij.

Hac de causa frequenter apud Patres prandere, hoc est, meridianum cibum capere, & ieiunare opponuntur, quia prandia ieiunijs intermitti consueuerunt. Satis hoc colligitur ex D. Augustino *epist.*86. vbi illud discutit, an prandendum die Dominico, vel ieiunandum sit? Huc respexisse videtur Concilium Laodicense, *cap.* 50. cuius verba referuntur *in cap. non oportet* 8. *de consecration. dist.* 3. vbi in quadragesima *per totos dies ieiunare* præcipitur. Id est, absque prandio, & nullo gustato cibo meridiano vsque ad vesperam, siue horam nonam: hoc enim est totum diem ieiunare ex Guilielm. Stuckij sententia, *dicto libr.*1. *cap.*11. *Si quis enim non prandeat*, scribit; *sed cibi & potionis vsum in vesperum, & cœnæ tempus differat ieiunus, & inanis diem totum durare dicendus sit.* Idcirco

Patrem quoque solida demere de die,
Vt Horatius cecinit *lib.*1. *Od.* idē erat; quod frangere diem, & labore opereque vsitato, & quasi legitime intermisso, atque interrupto, corpus cibo, & potione curare.

Suppetunt prænotata rationem (si in re adeo arcana coniectari fas est) quare Christus vesperi potius, quam mane misticum illud sui corporis conuiuium cum Discipulis celebrauit? Ieiunasse illum ea die, vel inde facile credi potest, quod ipsius actionem, & ad tanti cibi dispositionem, nobis ad eundem instructionem futuram optauerit, vt non nisi ieiuni ad cœleste sui corporis epulum accederemus. Cuius forte sacratissimi ieiunij veneranda memoria effecit, vt illius diei ieiunium cunctis fidelibus ita stricte præciperetur, quod illud dissoluens, totius quadragesimæ reus haberetur, *cap. non liceat* 7. his verbis: *Non liceat quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium soluere, & omnem exhonorare quadragesimam, sed sincere abstinentes, totam quadragesimam peragere, dict. cap. non oportet*, 8. *Non opportet in quadragesima quinta feria vltimæ Hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimam inhonorari, de consecrat. distinct.*3. Cum ergo Christus ieiunasset, non nisi vespera, & hora nona iuxta morem debuit accumbere. Et si propositi dubij alias rationes meditetur Stuckius *vbi proxime*, cuius verbis præstabo: *Verisimile autem est, vt apud Romanos, sicuti supra dictum est, ita apud Iudæos quoque prandia fuisse parca, atque tenuia, ita vt non iustarum epularum instar essent, quibus communiter* (id est cum amicis; vt ipse alibi explicat) *accumberetur, cœna autem, & accumbebant, & largius atque copiosius cibum, potumque sumebant. Hunc morem Christus secutus, vt testatur Euangelista, vespere potius, quam mane misticum illud suum epulum cum Discipulis suis celebrauit, atque instituit. Cuius altera quoque ratio reddi potest, quod nimirum voluit nouum, quod instituerat Sacramentum, veteri eius comparare Pascha enim inter duas vesperas celebrabatur. Recte tamen consuetudo postea obtinuit, vt in matutino potius tempore, & à ieiunijs, quam pransis cœna Dominica celebretur, quo maiore id cum reuerentia animorumque attentione fieret.*

Nec

Nec illud quamuis obiter negligam, verba nempe illa *dicti cap. solent, qui se ieiunare putant in Quadragesima mox vt signum audierint ad horam nonam comedere.* Priscum illum morem redolere, designandi horam prandij tubæ clangore, sono campanæ, aut alterius musici cuiusdam instrumenti. Sic apud Stuckium item obseruatum inuenio *dicto cap.* hac verborum serie: *Quæ hora,* prandij scilicet, *apud certas gentes, etiam organorum quorundam, vt tubarum, tympanorum, atque campanarum sono proclamari solent. Sic in Principum præsertim Aulis, quando tempus est prandij, vel cœnæ, Aulici tubarum sono aduocantur. Sic tintinabuli, Monachi in triclinia sua, & refectoria, vti vocant, & ad cibum capiendum. Sic apud nos & alijs in locis pauperes, & mendici campanarum pulsu ad sportulas illas publicas conuocantur, vnde campanæ ab hoc vsu, campanæ pulmentariæ vocantur.* At si tubarum sonitus hora prandij, & cœnæ nedum aduocandi tantum causa, sed & honoris adhiberetur, sic concessum C. Duillio, vt prælucente funali, & præcinente tibicine à cœna rediret affirmant Titus-Liuius *in epitome libr.* 17. Cicero *in Catone,* Florus *libr.* 2. Valerius Maximus *lib.* 3. *cap.* 6. Suetonius *de Viris Illustrib.* & Mart. de Roa *singulari libr.* 2. *cap.* 23. Ex quo etiam & morem Principum irrepsisse videtur præferendi tubicines cum iter agunt. Vnde cum Danielis, *cap.* 7. vaticinatum sit in die iudicij venturum Christum; *in virtute multa*: hæc verba inquit satis eleganter P. Suarez 2. *tom. in* 3. *p. D. Tho. q.* 59. *disp.* 57. *sect.* 3. significare videntur venturum ipsum exhibentem multa signa omnipotentię, supræmiq; dominij, qualia erunt Angelicæ tubæ, quas veniens, & quasi ad Mundum secundo iter faciens præfert.

At, vt ad prandij horam reuertar, cum hoc iam vel ex eo in desuetudinem abierit, quod Missa omni tempore fuerit post meridiem prohibita, iuxta superius notata; hora sexta incepit pro prandio, etiam Quadragesimali ieiunio obseruari. Vt Hebræos fecisse in diebus solemnibus constat ex Flauio Iosepho *lib. de vita sua, post medium,* vbi instantem populi tumultum superueniente in Sabbato legitima prandij hora impeditum fuisse, his verbis indicat: *Omnino in seditionem iuissent, nisi conuentum soluisset superueniens hora sexta, quæ nobis sumendi prandij in Sabbatis legitima est,* refert Petrus Alloix. *tom.* 2. *Illustr. Ecclesiæ Oriental. Script. in notation. ad cap. 7. vitæ S. Abertij, litt. E.* cuius etiam moris & Græcos obseruatores extitisse memorat Lucianus apud Isac. Casaub. in *Athenæum, lib.* 6. *cap.* 10. qui sex pedum vmbras prostata cœnandi hora constituit. Idem refert Guilielm. Stuckius *antiquit. conuiuial. lib.* 1. *cap.* 11. Et in ieiunijs etiam D. Hieronymi tēpestate obseruatum prandium meridianum constat ex *cap. sint tibi* 20. *de consecrat. dist.* 5.

Sed non ita strictè hoc obseruan- 12
dum, vt fracti ieiunij reus habeatur, qui non nihil ante dictam horam ad mensam accedit. cum in moralibus non computetur tempus mathematice, sed cum aliqua latitudine, vel restrictione, veluti subiecta materia expostulat, quam latitudinem dimidiæ horæ interpretantur communiter Doctores, quorum supra meminimus, & in proposito Filliucius *tom.* 2. *tract.* 27. *p.* 2. *c.* 7. *num.* 73. & si Molfesius *in summ. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 5. *num.* 15. id ad horam protraxerit, à quibus dissentiens Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 11. *q.* 4. & Fagundez *præcept.* 4. *lib.* 1. *c.* 3. *num.* 4. semihoram tempus notabile existimant.

Verum stando primæ opinioni, constituo horam comedendi quadragesimali tempore, aut alijs ieiunijs sextam esse, nostris duodecimam, quæ potest ad summum dimidiæ horæ spatio præueniri ita, vt ieiunans vndecima hora cum sequentis dimidio iuxta nostrum horologium possit licite prandium sumere. Sicque acci- 13
piendi erunt asserentes horam prandij in ieiunijs vndecimam esse, vt post

alios nouissime Ioán. Sancius *in select. disp.* 53. *num.* 5. Machado *in Perfect. Confess. tom.* 1. *lib.* 2. *p.* 4. *tract.* 3. *docum.* 8. *num.* 2. id est, vndecimam declinantem ad duodecimam, saltim per dimidium ipsius. Et ratio est, nam si maiori spatio temporis preuenire dictam horam liceret, facile leue famis incommodum euitaremus, nullumque laudabilem fructum percipiemus, vt optime expendit Paul. Zachias *Medico-le-*
14 *gal. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 1. *n.* 32. Vnde rectè quidem Azor *vbi proxime in principio*, eò rectius, ac religiosius ieiunium seruari dixit cæteris paribus, quo tardius prandium assumitur; quoniam ita per longiorem inædiam caro magis affligitur. Et idcircò putat Zachias *dicto loco*, *num.* 33. horam nonam constitutam esse pro hora comedendi in ieiunijs, quia consueta hora comedēdi in alijs diebus solet esse sexta. Ex quo Iacob. Mandel. *consil.* 83. *n.* 25. inquit, quod non solet esse hora prandij ante quintam horam solis, quia sexta hora frequenter comeditur, ac si diceret: Tardatur ergo refectio ob eam causam vsque ad nonam, ex D. Thoma 2. 2. *quæst.* 147. *artic.* 7. & Azor. *dicto cap.* 11. & concludit Zachias: Nos tamen ad præsens post sextam comedimus consuetudine in contrarium irrepen-
15 te, cui acquiescendum videtur. Quod & Regulares hodie obseruant, quia cum per annum vndecima hora comedant, in quadragesima non nisi post dimidium horæ ab vndecima refectorium ingrediuntur: quamuis vt affirmat Antonin. Diana *resolut. Moral. part.* 1. *tract.* 9. *de ieiunio, res.* 27. *in fine*, habeant priuilegium anticipandi prandium per horam.

16 Vnde sub infertur parum tute ab aliquibus defendi licere, absque mortalis culpæ reatu, diebus ieiuniorum notabiliter anticipare horam comedendi, præsertim à Ricardo *in* 4. *q.* 15. *artic.* 3. *q.* 8. *in fine*, Palat. *in summ.* Caiet. *verb. Ieiunium*, Angel. *eod. verb. n.* 2. Tolet. *in summ. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 8. Villalob. *tom.* 1. *tractat.* 23. *dub.* 9. *num.* 2. Fernand. *in exam. Theol. moral. part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 6. Filliuc. *tom.* 2. *tractat.* 27. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 70. Bonac. *de legib. disp. vlt. q.* 1. *punct.* 4. *n.* 3. Molfes. *in sum. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 5. *n.* 16. Læsius *de iust. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 13. Innocent. de Rubric. *de obseruat. ieiunior. num.* 3. Roder. Acunha *in cap. quod dicit* 4. *num.* 1. 41. *dist.* & *in c. vnum Orarium* 3. *num.* 19. 25. *distinct.* vbi per duas, vel tres horas ex nonnullis ex relatis recenset prandium posse præueniri Laym. *in Theol. moral. lib.* 4. *tractat.* 8. *cap.* 1. *num.* 11. quibus subscribens Antonin. Diana *sup. resolut.* 27. hanc opinionem probabiliorem dicit; ea tamen moderatione, vt si anticipatio horæ medietatem excedat, culpa sit venialis, illaque tanto grauior, quanto à consueta hora longius recederet.

At hæc omnia vt præmissi valde improbabilia sunt, quoniam veluti ex enarratis apparet, hora comedendi, siue nona, siue sexta, vel apud nostros duodecima, aut quæuis alia legitima consuetudine præscripta, adeo de essentia ieiunij agnoscitur, vt effracti reus habeatur, qui per notabile tempus illam præueniens cibum sumpserit, adde iterum verba *dict. cap. solent* 50. *de consecrat. dist.* 1. quæ id expresse docent: *Solent plures, hæc sunt, qui se ieiunare putant, in quadragesima mox vt signum audierint ad horam nonam comedere, qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint, quam vespertinum celebrent Officium. Concurrendum est igitur ad Missas, & auditis Missarum solemnibus, & vespertinis Officijs, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam venire non valeat, æstimata vespertina hora completa oratione sua ieiunium soluat.* Planè enim ostendunt non aliter ieiunium seruari, quam æstimata, id est, moraliter saltim cōputata hora prandij, vt optime Turrecrem. *ibid.* & Præposit. *in c. denique, n.* 22. 5. *dist.* subaudiunt: *Non enim Ecclesia*, inquit Turrecrem. *arctare intendit ad subtile tēporis inspectionem, nec oportet astrolabium* 17

accipere ad horam comestionis agnoscendam. Sufficit si circa illam horam, quam Ecclesia instituit ieiunans sumat cibum, etiam si aliquantulum propter aliquam necessitatem anticipet. Alioqui non consequeretur ieiunij fructus, siue carnis maceratio, quam ex longa inedia intendit Ecclesia, si anticipatio duarum, vel trium horarum circa horam comedendi esset licita; maxime si statim a lecto surgens mensam adeat, & non longe à Solis Occasu refectiunculum sumat. Quare merito nostræ opinionis extitere Caiet. 2 2. *quæst.* 147. *art.* 7. Paludan. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. *art.* 4. *cōcl.* 1. Nauar. *in manual. cap.* 21. *num.* 27. Couar. *lib.* 4. *variar. cap.* 20. *num.* 14. Syluest. *verb. Ieiunium, num.* 13. Ledesm. *in summ. tom.* 2. *tract.* 17. *dub.* 4. *ante* 5. *conclusionem*, Reginal. *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 191. Azor *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 11. *q.* 4. Fagund. *præcep.* 4. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 4. Ioan. de la Cruz *in direct. cōsc. p.* 1. *præcept.* 4. *art.* 4 *dub.* 8. *concl.* 2. Sancius *in select. dict. disput.* 53. *n.* 5. Ioan. Machad. *d. lib.* 2. *p.* 4. *tract.* 3. *doc.* 8. *n.* 3. faciunt tradita à Bertach. *de Episcop.* 1. *part. libr.* 4. *§. de vita Episcopi, num.* 74. vbi etiam definijt qua hora debeant comedere Prælati extra dies ieiunij.

Sed hanc egregie describit Genuens. *in manuali Pastor. c.* 13. *num.* 9. ubi postquam tempore quadragesimæ Episcopos debere, cum dies inclinat, recitare Litanias cum suis familiaribus, prandium non debere esse ante tertiam notat. ex *c. nō liceat fin.* 44. *dist.* At hoc quomodo sit accipiendum latius *sup.* explicauimus. Illud autem luculentius exemplo Henrici Imperatoris euincitur, videlicet Imperatores, & Reges nullam prandij solitam, & statam horam extra illam habere, qua possunt tantillum à curijs, & publicis negotijs vacare. Refert Iustus Lipsius *in Polit. lib.* 2. *c.* 7. Henricum Imperatorem, Federici filium, ita in rebus assiduum, vt vix sero cibum caperet, & dum à suis moneretur, vt valetudinem, & vires cordis haberet, respondit; priuato quidem homini omne tempus cibi esse, cum id lubet, aut solet, at Regi si nomē suum non abdicat, id solum quo vacat. Et si Rabbi Bachi, *Genes.* 43. *vers.* 16. de Iosephi conuiuio fratribus exhibito agens, tempus, quo Principes, & Iudices edere solent esse notat meridiē, quod scilicet totum tempus matutinū in Reipublicæ negotijs expediendis collocare debeant, vt & placuit Guil. Stuckio *antiquit. conuiuial. lib.* 2. *cap.* 11. & suadetur expresse *ex l. ne quis* 6. *C. T. de Officio Rector. prouinc. l.* 1. *C. T. de offic. iudic. ciuil.* quibus meridiano tempore, vel hac sola ratione domum iudicis ingredi prohibetur.

19 Ergo extra legitimam causam læthale erit horam comedendi, notabiliter, & vltra mediam horam anticipare; iusta vero intercedente causa, vtpute itineris, hospites dimittendi, aut inseruiendi, lectionis in academia, vel concionis, aut similium fas erit peruersio, aut præuentio dictæ horæ, vt sentiunt Beia *p.* 1. *decis. cas. consc ien.* 45. Vega *in summ. p.* 1. *c.* 14. *cas.* 33. Moure *in sum. p.* 2. *c.* 8. *§.* 2. *n.* 5. Lopez *instr. p.* 2. *c.* 112. Rodrig. *in quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 100. *art.* 2. & alij, quidquid asserat Sancius *vbi sup.* vt refert Diana *res. moral. tract.* 9. *resol.* 48. qui in nostram sententiam inclinare videtur.

20 Ex quibus & illud vtilissimum profluit alimentarium, qui ex legato, contractu, aut maioratus institutione habet ius percipiendi cibum in mensa alicuius; teneri singulis diebus hora prandij consueta, quam duodecimam diximus, & cœnæ præsto esse, vtpote expresse admonet Martin. Colerus *de aliment. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 4. intempestiua enim hora cibum patens non audietur, cū hac ratione non debeat debitori esse molestus, *l. in eo* 11. *ff. de vsu & habit.*

Hac eadem hora nona ex prisciori Ecclesiæ ritu baptismi solemnia peragebantur, & cathecumeni ad optatas regenerationis lætices accedebāt, sic ex B. Lino desumitur *lib. de passione Sancti Pauli*, cum præuio vsque ad vesperas, siue ad horam nonam ieiunia, quosdam baptismi Sacramentum suscepisse, his verbis scribit, *Steterunt cū multa lætitia, & Spirituali gaudio,*

dio, imponentes eis mox manus, & dantes signaculum sanctificationis perpetuæ: sicque ieiunio vsque ad vesperam percurrente baptizati sunt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Congruit Simeon Metaphrastes *in vita Stephani Pontificis*, ibi: *His auditis, statim Beatus Pontifex hominem illum* (Nemesium scilicet) *adduxit ad locum quendam, qui vocatur titulus Pastoris, cumque & ipsum, & eius filiam Cathecismo instruxisset; quemadmodum Christianæ Fidei Canones, & ordo postulat, iussit eos ieiunare vsque ad vesperam. Cum autem venisset hora vespertina, benedixit aquæ in eo loco, quem Pastoris titulum vocatum fuisse diximus: Itaque Nemesium in aquã demisit, & baptizauit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Stant, & pro hoc gesta S. Sebastiani vbi ita scriptum: *Accedat vnusquisque, & det nomen suum hodierna die vsque ad vesperam præcurrente ieiunio, vt festinum baptismatis Sacramentum opportunum tempus inueniat.* Confirmat S. Chrysost. *in epistol. ad Innocentium Papam*, vbi referens tumultum, quem Teophilus improbus quidam vir in Ecclesiam excitauerat, sic alloquitur: *Nobis enim hæc ipsa, quæ antea dixi, prætendentibus, repente multitudo militum ipso magno Sabbato, cum iam in vesperam vergeret dies, Ecclesias ingressi, clerum omnem, qui nobiscum erat, per vim eiecerunt, armisque veneranda obsidebantur altaria. Mulieres, quæ intra Ecclesiam vt baptizarentur, se se veste nudauerant, per id temporis nudæ fugiebant, metu aceruissimæ huius commotionis impulsæ, neque sexus verecundiæ, & honestati permittebantur præ pauore consulere.* Repetit huius moris vestigia idem S. Ioan. Chrysost. *oratione 40. in cap. 15. prioris ad Corinth.* extat item hac de re apertum testimonium *in Ordine Romano, lib. de Diuinis Offic. tit. de benedict. aquæ ad albas deponendas*, eiusmodi serie: *Sabbato in vigilijs Pentecostes omnes ieiunium faciant, & omne Diuinum Officium, vel Ordinem, tam lectiones, quam & baptismum, sicut in Sabbato Sancto vigiliam Paschæ. Tantum hora octaua ingrediuntur ad vigilias, vel Missarum solemnia, vt hora nona expleta omnia consumentur.* Dilucidius tamen id constat ex *Albino Flacco de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabbato Sancto Paschatis*, cum ait: *Hodie autem hora nona baptismus celebratur, sicut in Pentecoste, ea de causa, quia Angelus Domini venit ad Cornelium hora nona, annuncians ei, quod orationes eius ascendissent in conspectum Domini, qui mox misit ad Petrum, & promeruit Sacramentum baptismi. Sed & hoc decentissimum est, vt quia auctor vitæ emisit Spiritum, eadem hora Ecclesia Sancta præcipiat Sanctum baptisma.* Adstipulatur Amalaricus Fortunatus *lib. 4. de Ecclesiast. Offic. c. 28.* Guiliel. Durand. *in rational. diuinor. lib. 6. cap. 106. n. 2.* Et exactius Ioseph Vicecomes *de antiq. baptismi ritibus, ac cærem. lib. 1. cap. 24.* Ex veneranda antiquitatis monumentis tandem præfiniens horam baptismi, primo non definitam, mox certis nonæ finibus circumscriptam ex proxime enarratis, postremo iterum liberam, & indifferentem fuisse, quo iure, & nunc vtimur.

21 Dicta vero quasi facem præferunt ad explicationem textus *in cap. fin. 76. dist.* vbi cum Pelagius Summus Ecclesiæ Antistes, Petro Episcopo Pontino, diem, horamque consecrandi Episcopi designare voluisset, sic scribit: *Quod si modo fecerunt, facite cum velociter ad Vrbem Romanam occurrere, vt si Deus iusserit, in Sabbato magno post horam baptismi ordinetur.* Id est, post horam Sabbati nonam quasi diceret, quoniam hanc baptismi fuisse satis memorata conuincunt.

22 Obsistunt tamen huic interpretationi alterius S. Pontificis Anacleti scilicet, verba *in cap. ordinationes 1. 75. dist.* vbi eadem de re agens ita præmittit: *Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerunt prouincia Episcopis sunt celebrandæ: Qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manibus in Sanctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt imponentes Dominica die, hora tertia*

tia orantes, Sacraque vnctione exemplo Prophetarum, & Regum, capita eorum, more Apostolorum, & Moisis vngentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu Sancto: cuius virtus inuisibilis Sancto chrismate est permista: & hoc ritu solemnem celebrent ordinationem. Tertiam vtique horam ordinationi Episcoporum constituit, quam & baptismi esse videtur, cuius sub hoc inuolucro ad eandem consecrationem Pelagius in dicto *c. finali*, meminit, non vero nona vt meditabamur.

At si attente inspiciantur minime hæc inter se dissidentia constabunt, cũ text. *in d. cap. dilectionis*, non de Episcopali consecratione, sed de Presbyterali loquatur, quoniam Latinus ille ad Marcellionensis Ecclesiæ culmen electus, solum diaconali extiterat ordine insignitus, ideo antea presbyterio debebat decorari, quam Episcopus vngeretur: Quocirca inquit Pelagius, eum debere ad vrbem Romanam accedere, vt Sabbato magno post horam baptismi, id est, nonam ordinetur.
23 Quod si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vsque ad quarti Mensis ieiunia subsistere. Siquidem hisce tantum temporibus Sacerdotales ordines conferuntur, *cap. quod à patribus* 4. *cap. fin.* 75. *dist.* Episcopalis vero quocunque tempore, dum tamen Dominico die, & hora tertia celebrari poterit, *cap. quod die* 5. 75. *dist.* 4. *dicto cap. ordinationes* 1. ex quo ita obseruant Turrecremata, & Præposit. *ibid.*

24 Igitur iure etiam baptismo fuisse horam diei nonam, tertiam videlicet post meridiem præscriptam nemo ambigit; Imò inde colligunt relati à P. Leandro *in Sept. Sacram. p.* 1. *tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 15. Ecclesiam posse determinare tempus præcepti Diuini baptismi, quo adulti ante finem vitæ baptizari teneantur, & etiam determinasse constat *ex cap. quicumque* 3. *in princip.* 77. *dist.* iunctis his, quæ in huius rei explanationem congessimus *nostris annalibus de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 14. *q.* 4. *per totam*, quidquid in contrarium sentiant P. Suarez, Vazquez, Hurtado, & Ochagauia locis à Leandro *vbi sup.* enarratis. Præstituit 25
enim Ecclesia horam, qua sacro immergendi labacrum ab omni abstergerentur macula; eamque nec dissimilē corporali labationi ab etnicis assignata. Et quidem merito, cum & prophana hæc ablutio, & si non re, nomine tamen baptismum refert, vnde sic appellat D. Lucas *cap.* 11. *Phariseus autem*, inquit de Christo ad prandium inuitato agens, *cœpit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium.* Id est, labacro mundatus. Quo sensu, & apud Marcum legitur, *cap.* 3. *Pharisei enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, & a foro nisi baptizentur non comedunt.* Cuius admonitionis assertorem item adducam Fortunatum Scacchum Sacror. *elæochrism. Myroth.* 1. *c.* 33.

Apud Etnicos vero nemini æstate ante horam octauam; & hyeme ante nonam balnea ingredi licebat; vt politissimi antiquitatum obseruatores referunt, quorum meminerunt Thomas Baccius *de Thermis, lib.* 7. *cap.* 12. Rader. *in Martial. lib.* 8. *epigram.* 63. Laur. Ioubert. *de balneis, cap.* 8. vbi sub nomine palestræ, idem Galenum scripsisse memorat, *lib.* 6. *de sanitate tuenda, cap.* 8. Cultissimus vir D. D. Laur. Ramir. de Prad. *in Pentecontarc. cap.* 23. Cessius *de mineralib. lib.* 1. *c.* 6. *sect.* 7. *n.* 24. *vers. Quod spectat.* Eruditus D. Antonius Cabreros *in vere Sacro-prophano* 26
pag. 9. & ego ipse, *vbi proxime, num.* 6. Et ne forte debitæ horę inscitia erraretur, balneis diuersi generis horologia aderant, vt satis ex Luciano constat *in Hipia: Quin etiam*, referente, *horarum geminis indicijs balneum exornauit, vno per aquam & sonitum, altero per Solem.* Accedente ergo balnei hora labandi, nolæ cuiusdam signo vocabantur; erant autem tintinabula, scribunt Ioubertus, & Baccius *supr.* Aloys. Nouarin. *Schediasm. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 132. In Thermis summo quopiam fastigio posita ære factitio conflata, quorum sonitu populus, sicuti ho-

hodie ad sacra, ad labandum sua hora admonebatur Martialis:

Redde pilam; sonat æs Thermarum, ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum.

Indicans elapsa communi hora labandi, frigescere Thermas, ac sola frigida fore labandum. In eo enim Thermas à balneis distingui scitissimum est, quod Thermæ calidam tantum labandi causa aquam seruabant; balneum vero & calidam, & frigidam, notat Fortunat. Scachus *Elæochrism. Myrot.* 1. *c.* 34. *in princip.*

Et si non ignorem eundem Fortunatum Scachum *cap.* 30. horam balnei septimam pomeridianam fuisse arbitrasse: vnde illud Poetæ Græci in *epigram. lib.* 4. *c.* 12.

Immortales labantur aperto balneo,
Hora quinta Semi Dei, reliqua vero diei Omnes.

Et Iuuenal Satyr. 11.

——*Iam nunc in balnea salua*
Fronte licet vadas, quamquam solida hora supersit a sexta.

Quo referendum Sacrum textum *Genes.* 18. de Abrahamo inuocante Angelos sub specie peregrinorum, vt secum conuiuarent; sed non postquam abluti fuissent, quod ipso feruore diei factum, quasi horam indigitans annotauit textus. At hæc non tanti sunt, vt communem tradditionem eneruent; maximè cum ipsi possint optime aptari, vt & fecisse videtur idem Fortunatus, post nonnullas paginas, *cap.* 36. vbi horam ablutionis, siue vnctionis (erat enim eadem) octauam pomeridianam fuisse, iam prænotasse, *cap.* 30. & iterum pronunciare scribit ex Plutarcho, Vitruuio, & Cicerone, quibus adiungit Martial.

Sufficit in nonam, nitidis octaua Palæstris;

Et lib. 10.

Nuntiat octauam Phariæ sua turba iuuentæ
Et pilata redit, iamque subit cohors,
Temperet hæc Thermas prior hora vapores
Halat, & immodico sexta Nerone calet.

Et si Christiani diuersa hora balnea frequentarent, vt conuincitur ex Tertulliano *in apologetico, cap.* 42. forte ne cum infidelibus conuenirent, *cap. omnis* 24. *q.* 1. vbi etiam glossa.

Cæterum nè longius à superioribus 27 recedamus, ex illis coniectatur sacros ordines statis à iure temporibus, de quibus in *c. de eo* 3. *de tēpor. ordinat. & in Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 8. non nisi post horam nonam conferri solitos, *d. cap. fin.* 76. *dist.* vbi notant omnes, & *in dicto cap. quod a patribus*, 75. *dist.* idque asserere videtur Henriq. *lib.* 10. *c.* 12. *num.* 2. dum inquit, posse Episcopum aliqua necessitate exigente mane diei Dominici post generalem in Sabbato ordinationem factam, maiores ordines conferre, dummodo continuetur ieiunium Sabbati, tam ab ordinante, quam ab ordinato, iuxta dispositionem *dicti cap. quod a patribus.* Eo videlicet, quia fictione, imò stylo Ecclesiastico, mane Dominicæ sequentis trahitur ad vesperam Sabbati præcedentis, sicque conferri dicuntur in Sabbato, consentiunt Villalob. *in summ. tom.* 1. *tract.* 11. *dub.* 13. Antonin. Diana *resol. moralium, part.* 2. *tract.* 17. *Miscellan. resol.* 30. nouissime P. Leander *in Sept. Sacram. part.* 2. *tract.* 6. *disp.* 11. *quæst.* 8. vbi causam iustam illam in proposito esse notat: Si in Sabbato ob multitudinem ordinandorum, ordines expediri non possunt, aut si Episcopus ob grauem infirmitatem illos Sabbato conferre non valuerit, ex Maiolo *lib.* 3. *de irregular. cap.* 23. *num.* 11. Villalobos & Diana *sup.* Philib. *tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 5. *num.* 9. Laym. *de ordine, cap.* 8. *num.* 5. & alijs quibus adhæret P. Sanchez *tomo* 2. *consil. c.* 1. *dub.* 51. *n.* 3.

Quod etiam verum putant plerique, 28 quamuis Episcopus in Missa Sabbati ablutionem sumpserit, quia illa vti modicæ quantitatis non infringit, nec discontinuat ieiunium, quod Ecclesiasticum & non naturale esse debet: Iuxta Syluest. *verb. Ordo* 2. *num.* 6. Philib. & Sanchez (*vbi sup. iste*) *num.* 5. quorum sententiam, vt probabiliorem tuetur P. Leander *dicto loco, quæst.* 9. vbi dictum,

ctum, *cap. quod à patribus*, de ieiunio Ecclesiastico accipit contra Laym. & Dianam, à quibus non discederem casu, quo ad ordinationem mane Dominici diei peragendam, Missa fuisset celebranda; quia tunc sumptio ablutionis Sabbato præcedenti impediret ordinationem Dominici diei, vtpote quę nisi à naturaliter ieiunio expediri nequit.

Et quia Sabbati meminimus, non illud contemnendum reticeam, cuius nonnullos Auctores refert Holcot. *in sapien. lect. 55. fol.* 88. videlicet animas damnatorum ab hora nona Sabbati, vsque ad horam nonam Dominicæ diei non torqueri, quod merito eidem Holcot, & Valle de Mour. *de incantat. opusc. 1. sect. 2. cap. 15. num. 10.* erroneum, & prorsus à fide alienum videtur, nam vt appareret ex illo *Apoc. 14 Fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habebunt requiem die, ac nocte.* Gehenæ supplicia & tormenta diuturna, æternaque sunt, ergo nullo tempore possunt intermitti. Ex quo recte infert Valle de Moura *sup.* pie accipiendum, & exponendum de excessu, & B. Virginis deuotionis feruore orto, quod S. Ildefonsus *serm. 3. de Assumpt. Virginis*, his elegantibus verbis effudit: *Dicam fideli præsumptione, dicam pia temeritate; totus mundus hodie condigna iubilatione lætatur; Tartarus tantummodo vllulat, fremit, & submurmurat: quoniam gaudium, & lætitia huius diei inclusis in inferno aliquod remedium, & refrigerium præstat: non audent vt opinor, ministri Tartarei hodie attingere suos captiuos, quos recollunt redemptos illius sanguine, qui nasci dignatus est ex Virgine pro mundi salute.* Quod & de die resurrectionis alios dixisse ibidem commemorat.

29 Sub hæc autem accedat nouem horas reo in foro Romano assignari solitas, vt innocentiæ suæ prolixius rationes penderet: nam cum sex tantum accusatori præscriberentur, tantundem, & dimidio plus reus, vtpote dignus maiori miseratione consequebatur, audi Franc. Polletum. *Histor. fori Rom. lib. 1. cap. 2. pag. mihi* 129. illis verbis: *Obseruaui autem ita comparatas fere huiusmodi leges temporum præstitutorum, vt reus sex qui alteras haberet horas ad accusatorem, vt si accusatori sex darentur, Reo nouem, id est, tantundem, & dimidio plus, vt in causa quam egit Plinius. Item in causa Milonis Accusator duas, Reus tres, id est, sex qui alteram habuit, naturalis enim fauor pro laborantibus. Quamquam in causa Rabirij conqueratur se in semihoram coactum.* Consentit Alex. ab Alex. *dierum genialium, libr. 4. cap. 11. non longe a fine.* Asconius Pedian. *in Orat. Ciceronis pro Milone*, facit Tacit. *lib. 3. annal.* qui in accusatione necis Germanici, tradit biduum criminibus obijciendis statutum, vtque ex dierum spatio interiecto reus per triduum defenderetur, notat Andr. Tiraquel. *in Alex. ab Alex. dicto loco litteris R. & T.*

Indeque forsitan Paulus *in l. fin. ff. de feriis*, vbi de capitali causa agitur reo tres dilationes concedit, cum duas tantum accusatori permittat. Cuius sententiam ius nostrum amplectens, idem in *l. 33. tit. 16. p. 3.* disponit non quidem in vno vel alio actu iudiciali, explicat Sicardus *in l. properandum, num. 3. C. de iudicijs*; sed in omnibus, & quibuscumque ita, vt semper reus vbi quid agendum est, commodo prolixioris termini potiatur. Et si Petro Gilkenio, *ibid. num. 9.* magis ariserit *dictæ l. finalis*, generalitatem ad dilationem probatoriam esse reducendam, ex mente Bartholi, Baldi, Angeli, Castrensis, Alexandri, Iasonis, Alciati, Zasij, Matantæ, Andreæ Gailij, & aliorum, quos in idem cumulat. At quidquid horum probabilius velis, illud inconcussum manebit, dandam, scilicet, Reo maiorem dilationem, vt in proposito affirmant Signorol. *cons. 190. per totum*, Cardin. Tusch. *pract. conclus. iuris litt. E. conclus. 307. n. 3.* Petr. Pechius *in regul. cum sint partium 11. num. 9. de regul. iuris, lib. 6.* AEqualia igitur temporis spatia reo, & accusatori præscribere, iniquum suadet ratio, & censet Gasp. Barth. *aduers. lib. 50. c. 12.* poscit enim humanitatis lex prolixius tempus in accusato. 30

A

31 A quo nec procul ſtat, quod ex Baldo *in l. ſi vitem, ff. quod vi, aut clam*, item admonet Petr. Pechius *vbi ſup.* Iudicem, reum citatum per aliquos dies ſpectare poſſe, actorem vero minime, ſuadet enim reorum fauor, vt ampliores dilationes illis concedantur. Vnde quæ ſunt temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum, *l. pure, §. fin. ff. de except.* cum notiſsimis.

32 Sed hæc miſſa faciamus, & ferrariorum illud ſuccedat, quod vti ſingulare huius artis notat Petr. Rebuf. *in l. 2. verſ. aduertendum eſt, ff. de verbor. ſig.* videlicet, quaſi ex præſcripto Officij illos vſque ad nonam noctis horam incudem tundere, & laborare. Eſt enim eiuſmodi officium diurnum, nocturnumque, vnde per translationem optime Cicero 2. *de Oratore*: *Si quidem nunc plane rudem inſtitui ad dicendum velim, his potius tradam aſsiduis vno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus.*



MINVTA HORAE DECIMAE

Teſtamenta in foro, vel Baſilica inter horam ſecundam, & decimam diei aperiebantur, 1.

Hora decima ſignificat diem exactum eſſe, 2.

L. via 5. ff. de ſeruitut. obiter illuſtratur, ibid. & 4.

Diſcipuli quare ad Dominum hora decima acceſſerunt, 3.

Melior diei pars decem horarum primarum, ibid.

Ex noſtris legibus ſingulis noctibus poſt horam decimam campana quietis pulſari debet, 5.

Nox quo ad delationem armorum non à primis tenebris, ſed à decima hora computatur, 6.

Nox poteſt à lege minui, vel augeri, maxime quo ad delicta, ibid.

Teſtis deponens delictum commiſſum eſſe de nocte non ſatis probat, niſi teſtetur admiſſum inter campanam, & campanam, 7.

Prohibitio deferendi arma non incipit à ſonitu horologij hora decima, ſed campanæ quietis quæ dicta hora pulſari debet, 8.

Vt amiſsioni armorum ſit locus, non ſufficit ſolus campanæ quietis ſonitus, ſed horæ decimæ ſimul eſt neceſſarius, 9.

Si nocte quintæ, aut ſextæ feriæ ſanctæ, aut alia, qua non ſolet campana pulſari hora decima inueniatur quis cum armis, illis non debet ſpoliari, 10.

Quoties dictis noctibus Iouis & veneris Sancti tabella, hora decima quies denotatur, eſt locus amiſsioni armorum, 11.

Amiſsio armorum dicta hora, non à primo ſonitu campanæ, ſed ab vltimo intelligenda erit, 12.

Egrediens ante horam quietis armatus, habet neceſſarium tempus poſt horam, quo poſsit ad domum impune reddire, 13.

Surdus etiam ſi poſt horam quietis ſit cum armis inuentus, nullam pœnam meretur, 14.

Sur-

Surdus intellectum habens omnia facit, quæ quilibet maior facere potest, 15.

Surdi sunt in triplici differentia, 16.

Sponsi post aptam benedictionem saltim decem horis à carnalibus abstinere debent, 17.

PRoferr Iulius Paulus *lib. sententiarum receptar. ad Filium, tit. 6. de vicesima. §. 2.* Testamenta in municipijs, Colonia, oppidis, præfectura, vico, Castello, conciliabulo facta, in foro vel Basilica, præsentibus testibus, vel honestis viris, inter horam secundam, & decimam diei recitari de-
1 buisse. Id est, intra illud diei spatium, quod restat elapsis duobus primis matutinis horis, ante lapsum duarum postremarum. Egit enim hic Consultus de horis diei naturalis, quas duodecim esse constat. Itaque idem fuit asserere, testamenta aperienda inter secundam, & decimam horam, ac testari post initium, & ante finem diei per duas horas opportere manifestari, nam vt aliud agens admonet Stephan. Forcatul. *in*
2 *Auiario Iuris ciuilis, cap. 10. num. 2.* hora decima diei significat diem exactum esse per duas horas, *L. via 5. ff. de seruit.* vbi Gaius, vsum seruitutis temporibus secerni posse, inquit; fortè vt quis post horam tertiam vsque in horam decimã eo iure vtatur, cuius sẽtẽtiam ita subaudit Forcatul. *sup.* & quidem meritò, quandoque non alia ratione suspicor,
3 Ioannis 1. expresse adnotatum, Discipulos Ioannis ad Dominum hora decima accessisse, quam vt instrueremur omni vitæ curriculo Christum quærere & maximè, cum ipsius vitæ, quę instar diei est, posteriores horæ accedũt. Et si aliter ratiocinetur Petr. Bungus *de mysterijs Numeror. Numer. 10. ad calcem.* Hinc meliorem diei partem à summo mane, vsque ad decimam horam præfigit Turnebus, sic Maronianum illud exaudiens 9. *Æneidor. vers. 155.*

Hanc adeo melior, quoniam pars acta diei.

4 Verum enim vero vt rem absoluamur, his horis testamenta aperiri debere, ideo scribit Paulus, vt fieri posse denotaret fere omni tempore, quo Magistratus foro, aut Basilica adsunt, quoniam vt alibi expendimus per octo, aut minus per septem horas diei, easque supremas ciuitatibus, vel municipijs adsistere tenebantur, nec impune hoc tempore, vti maiore diei parte ab illis abesse permittebatur, *l. 2. ff. de verbor. significat.* cuius hunc sensum ut nouissime, & verè quidem iam iam initio probauimus, quibus fauet illud Senecæ *lib. 1. de tranquil. vitæ*: *Maiores nostri*, inquit, *nouam relationem post horam decimam in Senatu fieri vetabant*, refert Othoman. *de Senatu & S. C. insignibus, cap. 5.*

Nec prætereundum apud nostros 5 placitum Regiæ, *l. 5. tit. 6. lib. 6. Recop. legum Hisp.* quo præcipitur singulis noctibus campanam receptus, vulgo quietis post decimam horam pulsari debere, vt ex tunc nemo armis incedere audeat, vel si incesserit deprehensus, audi Hispanum Legum-latorem: *Y porque somos informados, que despues de la promulgacion de la dicha ley, à causa de traer de noche las dichas armas, muchas personas rebueluen ruidos, y questiones, y se cometen delitos, y suceden otros inconuenientes, queriendolos euitar: Mandamos, y declaramos, que persona alguna no pueda traer las armas contenidas en la dicha ley, de noche, despues de tañida la campana de queda, en ningun lugar que sea: la qual se tañà despues de dadas las diez horas de la noche, &c.*

Ex qua serie colligitur, noctem quò 6
ad delationem armorum, non à primis tenebris, vt communiter fit, teste Hortensio Caualcano *de Brachio Regio, p. 4. num. 115.* vbi noctem esse inquit, cum post *Aue Maria* fit obscuritas. Sed ab hora decima computari, à die scilicet S. Michaelis vsque ad solemnia Resurrectionis, vt nostræ *l.* generalitatem mo-

modificans aduertit Bobadilla *lib.1.c.* 13.*num.*52. Quod recte quidem potuit à lege nostra introduci ex communi sententia Abbatis, & aliorum *in cap. si perfodiens, de homicidio*, Alberic. *in l. more in fine, ff. de ferijs*, Salicet. *in l. non minorem, num.5. vers. Quæro tunc quando dicemus, C. de transaction.* Angel. de Vbald. *consil.194. visis processibus, num.* 3. *vers. Nam statutum vult*, quibus calculum adijcit Polydor. Ripa *de noctur. tempore, cap.5. num.1.* in simulque asserit in ordine ad delicta posse per statutum augeri, minuique noctem ad sonũ campanæ, maxime quò ad delationem armorum, quam noctem fictam appellat Hip. Bonacosa *quæst. criminal. verb.*
7 *Nox.* Conducunt tradita à Cardin. Tuscho *pract. conclus. iuris litt. T. sess.* 35 *num.*8. Vt probet tempus noctis, quo ad duplicationem pœnæ delicti nocturni, computari inter campanam quæ sonat de sero, & ante diem, nec satis probari ex dicto testis deponentis de nocte, nisi inter campanam, & campanam perpetratum ostenderit, ex Angelo *consil.94. n.2.*

Non tamen sufficit vt arma interdicta censeantur, ipsius horæ decimæ sonitus, exigitur etiam pulsatio campanæ, qua solet receptui cani, vt patet *ex dict. l.* verbis, vbi prohibitio deferendi arma nocturno tempore, non incipit ab hora, sed à sonitu campanæ, quam decima pulsandam statuit, ibi: *Despues*
8 *de tañida la campana de la queda en ningun lugar que sea, la qual se taña despues de dadas las diez horas de la noche.* Vbi etiam obseruat Azeued. *num.*2. Ergo si quis audita hora decima, ante vero quam pulsetur dicta campana armis deprehendatur, amissioni locum non erit, cum nondum prohibitionis tempus accesserit. Ita Bonifac. de Vitalin. *de maleficijs, tit. de forma libelli, num.*8. *vers. Sed pone ordinatum est*, nec refert an sciuerit, vel ignorauerit deprehensus horam esse quietis, vt distinguendum putat Polydor. *sup. num.*30. quoniam hoc non tam ex scientia, vel ignorantia, quam ex ipsa forma statuti definiendum est. Statutum vero vt præmissimus non constituit horam decimam principaliter pro termino permissionis, aut prohibitionis armorum, sed pro tempore, quo debet campana pulsari, alioqui impertinens esset illius sonus, si horologij sufficeret: siquidem vbi certa hora principaliter designatur pro deferendis armis, campana quę est signum horarum, est etiam prohibitionis armorum, vt agnoscit idem Polydor. *dicto loco, num.6.* ibi: *Adde tu, quod aliquando est signum* (de campana agit) *prohibitionis delationis armorum. Nisi quis velit contineri sub membro illo distinctionis, quod sit inter signum horarũ.* Ergo cum nostra lege caueatur post sonum campanæ quietis arma esse deponenda, licet consequenter statuat hora decima esse pulsandam dictam campanam, non tamen ab ipsa hora prohibitionem induxit, sed à sonitu campanæ dicta hora quidquid minus vere voluerit. Bobadilla *in Politic. libr.1. cap.13. num.54.*

Diximus etenim à sonitu campanæ 9
dicta hora decima prohibitionem armorum factam intelligi, quia nec hora per se sufficit ad pœnæ incursum, ita nec sonitus campanæ ante debitũ tempus. Vtrumque enim simul concurrere debet, vt amissioni armorum sit locus, quod cãpana quietis pulserur, & quod id fiat post decimam noctis horam. Ita in proposito docet Bonifacius *supr. n.* 80. *vers. Sed pone ordinatum est*, Azeued. *in d. l.5. num.6.* Polydor. *dicto c.5. n.*29 & Bobadilla *sup.*

Ex quo fit, quod si nocte quintæ, 10
aut sextæ feriæ Hebdomadæ sanctæ, quibus nullus campanarum sonitus, aliquis fuerit cum armis post decimam horam repertus, nequaquam illis erit spoliandus, vt tenet Alberic. 2. *part. statutor. quæst. 7. vers. Item quæro retentis*, qui ita Doctores tenere affirmat Iulius Clarus *receptar. sent. lib.5. §. fin. quæst.* 82. *num.*5. Bursat. *consil.*141. *legi seriorum, num.*33. *vers. Tertio edicta prohibentia*, Azeued. *loco, num.6.* Et si contrarium magis placuerit Baldo *in l. libellorum, §.1. ff. de his qui not. infamia*, Angel. *de malefic. verb. De nocte, vt manda-*

data ex exequi, *num*.2. *vers. Secundum autẽ membrum*, Roman. *in l. quæstionẽ*, *§. hoc autem num*. 5. *vers. moneo per legem*, *ff. de acquir. hæredit*. Polydor. *supr. num*. 23. & Hippol. Bonacosa, *quæst. criminalium*, *verb*. Non quia non tam pulsatio campanæ, quam hora qua pulsatur attendi debet.

11 Quorum opiniones eo distinctionis fœdere componendas putarẽ, vt scilicet tunc secũdæ opinioni, & amissioni armorũ esset locus, quoties dictis noctibus Iobis, & Veneris maioris septimane loco cãpanæ, personaret tabella, aut simili alio strepitu, vel clangore præstituta hora, quies denotaretur. At vero vbi nihil horum fieret, dispositio *nostræ l*. nullum sortietur effectum, & prior opinio practicabitur, ex proxime dictis, quibus fauent notata à Polydoro, *sup. n*. 23. vbi & *n*. 28. arbitratur modicum temporis intervallum hoc casu, nocte Veneris sãctæ Hebdomadæ arma defferenti non imputandũ; sed mitius, ac liberalius ratione temporis cum eo agẽdum, cum in pœnalibus, publicisque criminibus attendatur tẽpus commissi delicti, vt notat Andr. Tiraquel. *de pœnis temp. causa* 3. *numer*. 4.

12 Constat ergo ex superioribus, tunc nostræ legis prohibitionem effectum habituram, vbicumque hora noctis decima campanæ sonitus ad quietem fuerit exauditus: nõ quidem ita stricte interpretando; vt initio campanæ, sit pœnæ locus, cum etiã si à sonitu ipsius, statutum arma prohiberet, non nisi à finito sonitu campanæ pœna esset infligenda, ex Ioanne de Ferrara *in praxi in for. c. quando testes producuntur ad æternã rei memoriam*. Igitur cum lex nostra solum post campanæ sonitum, & non antea, arma interdicat, vt patet ibi: *Despues de tañida la campana de la queda*, de campanæ sonitu completo erit accipienda, vti expresse affirmat Polydor. *d. cap*. 5. *num*. 46. In terminis statuti Mediolani, & Veronensis, nostro similia.

13 Vnum tamen non omittam, scilicet, etiam post finitam campanam, eum mulctari non posse, qui permisso tempore fuit armis è domo egressus, nec potuit ita breuiter ob distantiam loci reuerti, vt aliquantulum exacta iam cãpana, armatus non incederet. Siquidem vt affirmat Bursat. *cons*. 140. *num*. 5. *vers. Primò quia vbi aliquis actus*, *volum*. 2. Farinat. *in praxi*, *tit. de carceribus*, *quæst*. 29. *numer*. 53. *vers. Amplia decimo*, ex quibus desumpsit Polydor. *dicto loco*, *num*. 54. Vbi enim quis cum armis licite è domo migrat, licite etiam cum armis, si non sit in culpa, domum reddit. Relinquendum est enim congruum tẽpus arbitrio prudentis iudicis, quo possit tuto se collocare.

Quæ omnia de eo sunt accipienda, 14
qui & horã, & campanæ sonum potest audire; nam si morbo surditatis laboret, etiam si post decimam horam, & pulsum quietis cum armis deprehendatur, nullam pœnam meretur, cum naturalem habeat excusationem. Et sic, surdum eiusmodi statuto non ligari, expresse docet Baldus, *in l. si quis in graui*, *§. surdus*, *ff. ad Syllanian*. Hippol. Bonacosa, *quæstion. criminal. verb. Nox*, *paulo post princip*. & Hortens. Caualcan. *de Brachio Regio*, *p*. 4. *num*. 466. Vbi, quia non ligatur statuto circa sonum campanæ, ita nec posse alium de ipsius trãsgressione accusare affirmat. Quod ita subaudit, dummodo surdus rudis sit, & ignarus, quoniam si practicus est sono campanæ (sunt ipsius verba) Euerard. *in argumento à solitis*; *Et cum videre omnes alios possit lumẽ eo tempore ferre, vel dum Aue Maria sono campanæ pulsante videt adstantes genuflexos, capite detecto dicere, Aue Mariam, siue in plateis, siue in vijs, sic iste surdus ligatur statuto, & potest esse testis in his, quæ solo sensu visus percipi possunt contra innobedientes*; ex Farinac. *de testib. quæst*. 61. *quæstion*. 46. *&* 47. Nihil enim mutus, & surdus in his rebus, si intellectum habeant, à cæteris hominibus integræ ætatis differunt, *l. seruo inuito*, *§. si pupillo*, *ff. ad Trebel. l. ex facto*, *ff. de vulgari*, *l. item quia*, *ff. de pactis*, *l*. 1. *ff. de verbor. obligat*. Vbi communiter notant omnes, præsertim Alciatus, *num*. 58. Alex. *num*. 3. Ias. *numer*. 25. *&* 26. & ideo testamen-

mentum facere possunt, *l. discretis, C. qui testam. facere possunt*, aduertit Gregor. Lopez *in l.13.tit.1.p.6.* quod pupillo negatur, *l. qua ætate, ff. de testam.* Potest etiam procuratorem constituere, *l. mutus, ff. de procurat.* quod nec potest pupillus, *l. neque, C. de procurat.* Mutus etiam & Surdus agnoscunt bonorum possessionem. *l. fin. ff. de bonor. possession. infant. & fur. delat.* Tamen pupillus solus id non facit; *l. pupillus si fari, ff. de acquir. hæred. l. potuit, C. de iure delib.* Item Surdus & mutus potest cotrahere matrimonium, *l. mutus, in princip. ff. de iure dot. c. tuæ, c. cum apud, de sponsalib.* vbi notat Ioan. Andr. Abbas, & Præpos. *n.4.* & si contrarium neruosè defendat Paul. Zachias *Medico-legal. lib.2.q.8.n.14. & seqq.* pupillus tamen non potest, nisi malitia suppleat ætatem, *princ. inst. de nupt. cap.9. de despons. impuber. c.1. eod. tit. in 6.* In delictis non parcitur muto & surdo, vt in dicta *l. si quis in graui, §. mutus, ff. ad Syllanian.* tamen parcitur pupillo, *l. auxilium, l. si ex causa, §. mutum, ff. de acquir. hæred. l. cum pater, §. surdo, & muto, ff. de leg. 2.*

16 Et quamuis Ioann. de Imol. *in dict. l.1. de verbor. oblig.* absolute proferat, mutum, & surdum à natiuitate non posse perfectum intellectum habere, quod etiam placet Paulo Zachias *vbi sup. n.1.* vbi eos nec sano esse iudicio tenet, vnde infanti, & furioso æquiparari sentiunt Bartol. *de test. num. 93.* Cujat. *in notis ad tract. inst. de testam. ordin.* Bantius *de nullitat. tit. de nullit. ex defect. inhabil. n.25.* Farinac. *in praxi criminal. q.98. n.193.* & quam plures alij; hoc non de illis mutis, aut surdis est accipiendum, qui habent intellectum, sed de illis qui eo prorsus carēt, tertiamque speciem sortiuntur, quoniam surdorum, & mutorum a natura triplex est species, prima est eorum qui habent plenum intellectum. Et isti maiori æquiparantur, & possunt omnia gerere per se ipsos sine curatore, vt proxime notauimus. Secunda species est habentium aliquem intellectum, & isti æquiparantur pupillo, sic communiter omnes *in d. l.1. de verbor. oblig.* præsertim Alciatus *n.51.* & Alex. *n. 8.* qui vt communem ab omnibus teneri docet. Tertia species mutorum, & surdorum ab illis cōstituitur, qui nullum habent intellectum, & assimilantur infanti, & furioso, iuxta Bartol. *in d. l.2. de bonor. possess. infant. & furios.* Alex. *in dict. l.1. ff. de verbor. oblig.* & omnes proximè relatos, qui hoc sensu loquuntur.

Nec ab hoc tempore alienum 17
videtur; sponsos post acceptam benedictionem, saltim decem horarum spatio, à primo cōcubito abstinere debere, quod vel ex eo liquet, nam cum hora noctis secunda nuptiæ contrahentur, vt *sup.* suo loco notauimus, decem horis abstineant operepretium erit, qui sponsaliorum nocte à carnalibus abstinere præcipiuntur, *in c. sponsus fi. 23. distinct.* cum nox duodecim sit horarū, veluti inferius constauit *Hora 12.* hæc sunt text. verba: *Sponsus & spōsa cū benedicēdi sunt à Sacerdote, à parētibus suis, vel a paranimphis offerantur: qui cum benedictionē acceperint, eadē nocte, pro reuerētia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.* Diximus enim saltim decē horis à copula eos abstinere debere ex hac decisione, quoniā si Euaristi Papę decretū animaduertimus lōgiori tempore eos in castitate perseuerare opportebit, biduo, scilicet, aut triduo, *c. aliter 1.30. q.1.* ibi: *Et biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant.* At cum hoc potius consilij, & honestatis, quam præcepti habeatur, vt *in d. cap. sponsus, verb. Virginitate,* admonet gloss. Nicol. *tract. de Sacrament. 7. p. c.4. vers. 9.* & Marcel. Fortunat. *de veritate & errore, p.2. num. 11.* quanto maiori spatio in Sacramenti reuerentiam abstinuerint, tanto plus merentur, & perfectiores videbuntur.

***

MI-



MINVTA HORAE VNDECIMAE



1 Iquet vero, inquit eleganter Petr. Bungus *de mysterijs Numeror. Num.* 11. Vndenariũ numerũ apud Arithmeticos, inter primos & incompositos locũ possidere, qui veluti paupertate inopes, ac nimis oppressi, nullam aliã partem habent, nisi eam, quæ à tota numeri quantitate denominata est, vt ipsa pars non sit nisi vnitas, quod velut exẽplo huius nostræ disquisitionis testimonio planè stabilitur, cum ita vndecimę horæ tractatio inops, & destituta experiatur, vt præter vnum vel alterũ casum, vix sit, quod possit ex vniuersi nostri iuris etiam abditissimis penetralibus ad ipsius cumulum extricari. Nec
2 mirum, est enim hæc hora otij & desidiæ, qua nihil peragitur, vt vel ex increpatione illa Patris familias apud Matthęum sacræ Historiæ, *c.20.vers.* 6. Satis lucet, qui circa vndecimã horã postremo forũ repetens, & ibi stantes operarios intuens: *Quid statis hic tota die otiosi?* Dixit tota die illos otiosos fuisse, inquit, licet ad vndecimã tantũ horã feriarint, quoniã dies artificialis cuius hic sermo, vt post primã horã incipit, & vna ante duodecimã finitur,
3 nempe vndecima. Hinc nostri Legislatores, cũ *l.2.tit.11.lib.7. Nouæ Recollect.* operarijs iniungerent, vt singulis diebus post primã horã ad rustica exirent, à quibus non nisi eo tempore recederent, quo possent Occidente Sole ciuitatẽ, aut municipiũ ingredi, id est, per horã ante tenebras, ita tamẽ subnectũt, quod *labren todo el dia*, supponẽtes diẽ agricolarũ, siue artificialem decem tantundem horis constare, cum secunda incipiat, & vndecima finiatur.

Cui per quam simillimum est, noctẽ, 4
quo ad prohibitionem delationis armorum, ex die sacratissimæ Resurrectionis, ad solemnia S. Michaelis ab hora vndecima numerari ex præscripto nostratum legum, vt illarum peritissimus Bobadilla *in Politic. obseruat. lib.1.c.13.n.52.* debet enim, vt *l.5.tit. 6.lib.6.Recollect.* cauetur, & superius diximus, hora decima pulsari cãpana quietis, ita, vt per integrã horã indesinenter sonet, qua cessante deprehensus cũ armis, illorũ amissione punitur, & non antea: ergo cũ ex dictis, vndecima hora precise fuerit à sonitu campanæ supersedendum, ex tunc, quo ad eiusmodi effectum attinet, nox incipiet, veluti in proposito admonet Polydor. Ripa *de noctur. tempore, c.5.n.1.*

Dictisque consectarium extat, post 5
eiusmodi horam vndecimam in ęstate, & decimam in hyeme impune licere, etiam nullo clamore præmisso omne immundum, in locum quo vulgo iter fit, vel in quo consistitur deijcere, aut effundere, *L. hoc edictum 6. §. Labeo ait, ff. de his qui effuder. vel eiecerunt,* vbi

vbi sic Paulus ex Labeone: *Labeo ait locum habere hoc edictum, si interdiu deiectum sit, non nocte*: nam propter transeuntes tantum est inductum, vt ibidem aduertit Glossa. Ergo illa hora, edictum cessauit, qua nemini licet ambulare, post eiusmodi tempus, si absque admonitione sordes, lotium, stercora, aut alia quæuis in aliquem fuerint immissa, nulla aduersus proijcientem competet damni causa actio: *Sibi enim imputent*, inquit Petrus Rebuf. *in l. Vrbana* 166. *§. pernoctare, vers. Et maritus, ff. de verbor. sig. qui noctem, quam Deus fecit ad requiem, & dormitionem animantium in diem vertentes, huc & illuc discurrunt, & vagantur eiusmodi, & maiora subeuntes pericula, l. si ex plagis*, 52. *§. tabernarius, ad*
6 *leg. Aquil.* Securius vtique est, imò & humanius per silentia noctis dormire, *l. si seruus seruum*, 27. *§. si fornicarius, ff. eod.* Hinc ex dicto *§. Labeo*, obseruat Iacob. Cujacius *lib.* 19. *Pauli ad Edict.*
7 *In ipsius recitatione*, maxime notandum esse, quod scilicet noctu in ciuitatibus, aut vicis homines commeare nō solebant, hoc erat proprium non honestorum hominum, sed furum, & expilatorum, *l.* 1. *in princip. de furt.* vnde nocturni appellantur.

Cæterum si aliquæ sint viæ, quibus etiam noctu, & elapsa prædicta hora vndecima debeat ambulari, vtputa ab his, qui ad Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias post duodecimam ad Matutinum ex munere accedunt: si ex projectionibus damnum inferatur, competet actio aduersus habitatores, vt suā, vel suorum culpam præstent. Veluti satis colligitur ex proximis verbis Consulti, ibi: *Sed quibusdam locis, & noctu iter fit*, quibus nec tunc licet aliquid proijcere, non enim erit audiendus, Anton. Faber *in rationali ad d. ctum §. Labeo*, qui præfata verba de amplissimis ciuitatibus intelligit, in quibus negotiorum nullus finis, cum his potius, ne iurgia & homicidia sequantur interdicatur nocturna commeatio post certā horam, vt passim videmus, & iuxta propositam coniecturam, quam dictis Consulti verbis assignauimus, accipienda videntur, quæ scripsit Angel. *in l.* 1. *§. item his, ff. de his qui deiecer.* & refert Benedictus Curtius *in iuridica explanatione Arestorū amoris, Aresto* 23. *verb. Quando se derramò el agua, pagin. mihi* 132. videlicet dominum, famulasve, quæ aut interdiu, vel noctu aquam in vias effundunt, in duplum æstimationis damni, & vestis inquinationis teneri, à quo nec longe distat noster Gregor. Lopez *in l.* 25. *verb. Echan los homes, tit.* 15. *p.* 7. *vbi ex dicto §.* resoluit pœnæ locum futurum, cum etiam de nocte aliquid effunditur, vel iactatur, vbi de nocte iter fit.

Ex quibus deduco, quod & si Legatario cum ea conditione fuit relictum, vt vna cum hærede habitet, non minus debeatur clauis domus, ac ipsi hæredi, vt possit quo libuerit tempore ire, & reddire, August. Beroius *consil.* 48. *incip. visis, & consideratis verbis, vol.* 2. vbi id late confirmat, hoc tamen ita subaudiendum veniet, dummodo congruis horis, vtputa noctu decima, vel vndecima, quæ quietis agnoscitur, domum repetat. Ne aliter intempestiue exiens, vel reddiens hæredi sit molestus, argumento *l. in eo* 11. *ff. de vsu, & habitat.* Bald. *cons.* 214. *incip. punctus, si vni est relicta, vol.* 5. & Mart. Colerus *de aliment. lib.* 5. *c.* 15. *n.* 47.

His addam, vndecimam hanc horam hominis decrepitam ætatem significare ex interpretatione Origenis *homil.* 10. *in Matthæum. Diem vnum*, inquit, *esse hominis vitam: mane esse pueritiam, horam tertiam adolescentiam; horam sextam virilem ætatem, horam nonam senectutem; horam vndecimam ætatem extremam, & decrepitam.* Cuius etiam meminit Barradas *in Euangel. tom.* 3. *libr.* 4. *cap.* 17. *num.* 9. similiaque D. Hieronymi, Chrysostomi, & Gregorij loca adducens. 8

Conducunt eleganter Syluester *in sum. verb. Hora, quæst.* 9 Caietan. etiam *in summ. eodem verb. §. quoad* 4. Nauar. *de oratione, cap.* 3. *num.* 59. & nouissime P. Leander *quæstion. Moral. in Sept. Sacramenta, tom.* 2. *tract.* 6. *disp.* 13. *q.* 25. 9

in princip. asserentes mortiferum non esse Sacerdotibus, aut alijs vinculo adstrictis recitandi Diuinum Officium, Primam dicere, vel etiam Matutinum post meridiem; imò & post decimam, & vndecimam à meridie, modo ante mediam noctem finiantur.

10 Accedat etiam recipientem Subdiaconatum, aut professionem emittentem hora diei undecima, non teneri recitare Matutinum illius diei, neque Primam, neque Tertiam, sed ad summum Sextam, & reliquas Horas. Eo nimirum, quia ex illa Hora vndecima, & nō antea cœpit præcepto recitandi obstringi, vt voluit Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. puncto 4. num.* 3. ex Suario, & Bonacina, Homobonus *in consultation. casuum consc. vol. 2. part. 5. resp.* 240. Antonin. Diana *Resol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *Miscellan. resol.* 218. P. Sanchez *consil. moral. c.* 2. *dub.* 7. AEgid. Trullench 1. *Decalog. cap.* 7. *dub.* 13. *num.* 3. optime D. Ioannes de Escobar *tract. de Horis Canonic. q.* 2. *num.* 14. *&* *q.* 4. *num.* 132. vbi pro regula constituit, eo die, quo incipit obligatio recitandi in Clericis, Religiosis, aut Beneficiatis, illos non teneri nisi ad eam partem Officij sequētibus horis post ipsam ordinationem, professionem, aut Beneficium adscriptum, idem docet Machad. *in Perfect. Conf. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 7. *docum.* 14. *num.* 2. P. Leander *vbi proxime, q.* 9. Et si Azor. 1. *part. lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 17. alijsque antiquioribus magis placuerit eiusmodi Subdiaconatum teneri integrum Officium persoluere die suæ ordinationis, quacumque hora illa fuerit.

11 Sed illam discutiamus quæstionem, an Presbyter, qui cum decreuisset, ea die non celebrare, hora tamen vndecima, siue postrema matutina, ab aliquo promissione boni lucri, vt puta quatuor regaliū, inuitatus sacrificauit, simoniæ labem contraxerit? Si enim res ex mente doctissimi Azoris esset definienda, qui *p.* 3. *libr.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 4. asserit confessarium, nec loco, nec voluntate paratum confiteri (non loco, quia extra confessionarium, non voluntate, quia non confitendi animum habuerat) si pœcunia à pœnitenti oblata mutauerit propositum, & ipsius confessionem audierit, simoniæ reum effici: proculdubio dicendum videbatur, Sacerdotem, de quo in nostro casu, qui depositum celebrandi animum, lucri auiditate reuocauit, ita sacrificando idem crimen committere. At contrarium securius apparet, vt proferunt eleganter S. Thomas *quotlib.* 8. *art.* 11. Ledesma *de Simonia, cōcl.* 17. Caietano *in summ. verb. Simonia, circa tertium cap.* Fraxinelus plures referens *de oblig. Sacerdot. sect.* 3. *prænoc.* 1. *§.* 5. *in vltima editione*, Thom. Sanchez *consil. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 12. Alphons. de Leon *sect.* 3. *à num.* 29. Castr. Palaus *tom.* 3. *disp.* 3. *de Simonia, punct.* 9. *num.* 1. & nouissime P. Garsia *in summ. de excellent. Sacerdot. tract.* 3. *diffic.* 10. *dub.* 1. *num.* 14. vbi aduersæ opinioni respondens, ita scribit: *Pero esta opinion no se tiene por verdadera, ni su razon es muy legitima; pues no porque diga vno intuitu de quatro reales la Missa, que alias no dixera, ya es Simoniaco, como lo prueba S. Tomas quotlib.* 8. *art.* 11. *y con èl todos los Teologos, y consta de esta instancia; el Canonigo và al Coro por las distribuciones, que sin ellas no fuera: y con todo esso esta accion no es reprehensible, ni viciosa, porque puede tener por fin principal la gloria de Dios, y ser solo causa impulsiua las distribuciones. Lo mismo digo en el Clerigo de los quatro reales; que solo fue este interès causa impulsiua: Imo potiùs, dize Fray Pedro de Ledesma, tract.* 12. *de Simonia, conclus.* 17. *despues de Molina, y Orellana, que aunque principalmente pretendiesse el Sacerdote los quatro reales, y el Canonigo las distribuciones, aunque pecarian en ello por el torcido fin, pero no peccato Simoniæ, porque para la simonia, que es contra el derecho natural, no basta peruertir el debido fin, y intencion, sino que es necessario pretender recibir ganancia, como precio; de tal suerte, que se constituya vn acto de vendicion, y compra entre la Missa, y los quatro reales, y asi se ha de entender, S. Thomas quotlibeto citato, circa tertium cap. quando parece sentir lo contrario.* Hæc ille, cui li-

libenter, & ex animo subscribo.

12 Hanc vltimam lucis horam, quę vndecimæ artificialis diei, & nostri horologij quintæ vespertinæ respōdit, cœnæ propriam veteres esse voluerunt. Inde Guilielm. Stuckius *antiquit. conuiuial. lib.* 1. *cap.* 11. ex Græcorum monumentis cœnæ horam inquit esse, cū iam noctesceret, antequam tamen contenebrasset, & post pauca: *Hora autem ordinaria cœnæ destinata, primum quidem apud Hebræos fuit nona. Vnde etiam sacrificium vespertinum fieri solitum fuisse, testatur Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, hora nona, hoc est, tertia exacta post meridiē, qua & Pascha immolare solebant: cuius finis statuitur a Iosepho hora vndecima exacta, hoc est, hora vna ante Occasum Solis*, quod tempus dicebatur ab Hebręis cœna pura. Et *lib.* 3. *cap.* 23. his verbis: *Veteres cum hora ferè nona, quæ nobis est tertia cœnarent, sub occasum; nocte iam imminente, cœnam finiebant.* Idem testatur Iustus Lipsius *libr.* 3. *lection. anti-*
13 *quar. cap.* 1. Hinc conuiuia tempestiua dicebantur, quæ tempore opportuno fiebant, nec præscriptæ horæ terminos egrediebantur: vti & intempestiua, quæ vel non legitimo tempore ministrabantur, vel vltra debitum, & moribus receptum transilirent; opportunā cœnam fuisse illam, cuius fit mentio *in l. denique* 6. *ff. de ritu nuptiar.* vel inde facile suspicari potest, quod ea finita, & nuptiali officio expedito, cum ad domum noua nupta duceretur, in transitu, & iuxta Tiuerim Sponsi mortem accidisse refertur, quæ subsequuta, hæc omnia prænotant cœnam sua & stata hora præcessisse, ne in multam noctem traductio differretur, probat cœnandi horam hanc vltimam veteribus extitisse Athenæus *lib.* 5. cum apud antiquos in Deorum festis narrat, irreligiosum fuisse visum diutius post Solis Occasum in conuiuijs commorari, sic Pallas *apud Homer.*

Mergitur Oceano lumen; iam dedecet esse
Præsentes mensis Diuum, discedere præstat.

Edixit. Et eodem Athenæo teste, quędam fuere sacra, in quibus lege cautum erat, vt antequam Sol occideret, discederetur; nostris per quam similia iubileis festiuitatibus; ne vel hoc præteream, quorum finis ipse Sol Occasus solet præscribi.

Nec me latet Græcos, Romanosque deinde conuiuia sua fere ad vltimam noctis metam produxisse, cum *Noctes Neronis*, Iuuenal *Satyr.* 2. eo dixerit, quia Nero epula à medio die, vsque ad dimidium noctis protrahebat, nec mirum, cum & alij totam noctem ijs traduxerint, quorum nonnullos recenset Stuckius *dicto cap.* 23. vbi ex Clemente Alex. *lib.* 2. *cap.* 4. *Pædag.* item notat 14
eiusmodi nocturnas, nimisque prolixas cœnationes, peruigilia in potu dictas. Cuiusmodi fuere, quæ Ethnici olim in Deorum suorum honorem habuere, vt Veneris peruigilium; peruigilium Fortunæ, de quo Sueton. *in Galba, cap.* 4. Peruigilium Cereris apud Tacitum, & nōnulla alia, quorum vetustioris sæculi Scriptoribus frequens mentio occurrit.

Ab Ethnicis ergo, ad Christianos hęc peruigilia deuenere, sed vt Religioni honestatiq; contraria prorsus eliminabit Constantinus Imperator *in l.* 5. *C.T. de sacrificijs Paganorum*, hisce verbis: *Aboleantur sacrificia nocturna Magnentio auctore permissa; & nefaria deinceps licentia repellatur.* Id etiam Altisiodorensis Concilij, *can.* 5. continetur: *Omnino*, inquit, *& inter supradictas cōditiones, vigilias quas in honorem Domini obseruant, omnibus prohibemus.* Et si eiusmodi decretum non ad Vigilias Domini nostri Iesu Christi, sed Domini tantum Martini esse referendum voluerit D. Ferdinand. de Mendoza *de confirmando Concilio Illiberitano, lib.* 3. *Canon.* §5. *cap.* 4 idque ex M.S. quorum meminit Surius *in sua collectione*, vbi Martini nomen, Domini verbo additur. Eo quod vespere illius diei, festiuitatis solemnibus insolentius abuterentur, choreis, cantu, ludis, & comessationibus turpius, quam religiosius festum celebrantes, in vigilijs præcipue nocturnis, quibus dissoluti iuuenes ad Ecclesias

ſias accedentes honeſtatem, & pudicitiam fœminarum tentarent, vane & turpiter colloquerentur, ſtrepitus excitarent, occaſionemque tandem offerrent hi, vt religionis cultus, qui Deo, & ſancto eius tribuebatur, in graue ſcādalum, & animarum perniciem conuerteretur, vt eleganter ſatis depinxit D. Ferdinand. de Mendoza *vbi proximè*.

Qua etiam indecentiſsima conſuetudine quaſi perculſus, & ipſius ſtirpationis deſiderio commotus Clemens Papa V. *in Concilio Vienenſi*, huic ſimilimam conſtitutionem edidit, cuius ſeries refertur *in Clem. graui, de celebrat. Miſſar.* his verbis: *Nonnulli etiam, tam clerici, quam laici, præſertim in feſtorum certorum vigilijs, dum in Eccleſijs deberent orationi inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cœmeterijs choreas facere diſſolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare, ex quibus Eccleſiarum, & cœmeteriorum violationes, inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur, & Eccleſiaſticum plerunque perturbatur Officium, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorum.*

16 Et lectionem Altiſiodorenſis Concilij addito Martini verbo, inde etiam emendatiorem ſuſpicatur Ferdinand. de Mendoza, quod *canone* 11. ſequenti forma deſcribatur, quæ in celebranda Paſchæ vigilia obſeruari deberet; verba ſunt hæc: *Non liceat in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias expediri, quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.* Quod vix ita hoc canone potuerat præſcribi, ſi antecedenti *canone V.* omnes omnino Domini vigilias Concilium exulaſſet. Ergo de S. Martini vigilijs exaudiatur, quaſi neceſſariū euadit, præſertim inſpecta vniuerſæ Galliæ conſuetudine, illum vocandi honorifico Domini cognomento, cuius ſatis locuplex teſtimonium præſtat Concilium Turonenſe I. *in principio, & Canone XIII.* itemque & Concilium Turonenſe II. *vbi ſupra* Martinus *Dominus* Martinus nuncupatur.

Et quamuis hæc omnia ſubuerti generalitate viderentur *Canonis III.* eiuſdem Concilij Altiſiodorenſis; quo indiſtincte Sanctorum omnium vigiliæ interdicuntur hac periodo: *Non licet compenſas in domibus proprijs, nec vigilias in feſtiuitatibus Sanctorum facere.* Eo tamen decreto, verba ſunt Mendozæ, eius Concilij Patres alio reſpexerunt, voluerunt enim non vigilias interdici Sanctorum, ſed ne in domibus proprijs eas fideles celebrarēt, vt Galli tunc agere ſolebant, vetuſtum Euſtāchij monachi & Epiſcopi Sebaſteæ errorem ſectantes damnatum in *Concilio Gaugrenſi*, vel antiquam gentium vanitatem, quæ ſacrificia, & ſacra apud arbores, vel fontes exſoluebant: ad auferendam enim eam idolatriæ hęreſeos, & ſuperſtitionis omnis materiam, voluit vt Conuentus (ſic enim legi debet non compenſus) non faciant in domibus proprijs. Nec in eiſdem domibus vigilias in Sanctorum feſtiuitatibus agant, neque inter ſentes, aut arbores, ac riuos, vel ad fontes vota exſoluere. Hanc autem fuiſſe eius Concilij mentem eo magis putat, quod ſtatim ſubiunxerit, hæc omnia in Eccleſia ſolui, ſeu fieri debere. Sed quicunque, ait, votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum, aut pauperibus reddat. Antiquam autem hanc Galliæ, ſiue conſuetudinem, ſiue corruptelam peragendi ſacra extra Eccleſias in hortis, vel domibus ſæcularium Patres Concilij Pariſienſis docent, affirmantes Miſſam ipſam, nedum vigilias ſatius eſſe non audire, quam eam audire vbi non licet, nec oportet. 17

Et amplius ſuaderi poteſt hæc Mendozæ coniectatio ex D. Auguſtino de tempore, *ſerm.* 241. *Quicunque*, inquit, *in agro ſuo, aut villa, aut iuxta villam aliquas arbores, aut aras, vel quælibet fœna habuerit, vbi miſeri homines ſolent aliqua vota reddere, ſi non eas deſtruxerit, vel ſucciderit, in illis ſacrilegijs, quæ ibi facta fuerint, ſine dubio particeps erit.* Et Concil. Arelat. II. *Si in alicuius Presbyterio infideles aut faculas accenderint, aut arbo-*

bores, *aut fontes*, *vel saxa venerentur*, *si hæc eruere neglexerit*, *sacrilegij se reum esse cognoscat.* Sacriuas arbores eas vocat Concilium Antisiodorense *Canon. III. Non licet inter sentes*, *& arbores sacriuas*, *vel ad fontes vota exsoluere.* Qua de re Cõcil. Carthagin. V. *Canone XV.* sic decreuit: *Placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti*, *vt reliquiæ* (Gentiliũ) *non solum in simulachris*, *sed in quibuscunque locis*, *vel lucis*, *vel arboribus omnino deleantur.* Tanta enim superstitione, præsertim Atheniensibus sacrum fuisse Heroum lucum Stephanus Forcatul. scribit *in Necyoman. dialog. 1. n.* 7. vt si quis vel paruam ilicem excidisset, morte mulctaretur. Vnde illud XII tabular. cuius meminit Cicero *lib. 2. de legib. Constructa a patribus delubra haben to: lucos in agris habento.* Et forsan nulla alia ratione excisso arborum ex luco Daphnes, in Syria, vel Perseidis, in AEgypto strictissime Imperatores prohibuerunt *in l. 1. & 2. C. de cupressis ex luco Daphnẽsi*, *vel Perseis per AEgyptum non excidendis*, *vel vendẽdis*, *lib.* 11. Sacra enim extra commertium sunt, *l. littora, ff. de cõtrahend. emptiõn.* à qua notitia necessario intellectum pendere, *l. id quod 7. §. fin. ff. de periculo*, *& commodo rei vend.* existimat Forcat. *sup. num.* 8. vbi eo immensuram agri venditi non cedunt viæ publicæ, limites, & luci, qui fundum tangunt (nam ex D. Augustino *vbi proximè*, luci, aut in agro, vel iuxta agrum habebantur) quia luci sacri sunt, non iuris priuati, quare in modum agri non venient; dicta *l. littora*, faciunt in huius vanissimæ superstitionis comprobationem, quæ latè congessit Philippus Ruben. *electorum lib. 2. cap.* 34.

At hæc omnia nec laudo, nec vitupero, licet nõ recte coherentia videãtur, cum à viro sint satis erudito meditata, quem vtpote omnigenæ litteraturæ emporium summe veneror, penes alium sit iudicium. Mihi tamen tum ex productis, tumque ex aliis semper cõstitit vigilias hasce, iam in religionis perniciem, & opprobrium vergentes, multis ab hinc annis laudabiliter fuisse sublatas, cum illis frequenter comessationibus illicitis indulgeretur, id est, nocturnis epulis post horam cœnæ, & ipsam cœnam sumptam degustatis, quæ omni æuo excisæ fuerunt habitæ, vt vtrumque probat Guiliel. Stuckius *antiq. conuiu. libr. 1. c. 10. & dict. lib. 3. c.* 23. & ex citata Clementina affatim colligitur. Et si aliquibus festiuitatibus, singulari ratione vigiliæ fuerunt admissæ, viris tantum, & non fœminis permittebantur, vt Illiberitani Concilij *Canone* 35. cauetur ita: *Placuit prohiberi*, *ne fœminæ in cæmeterijs peruigilent*, *eo quod sæpè*, *sub obtentu orationis*, *scelera latenter committant.* Postea verò cũ indistincte omnes exsoleuissent, cœpit ipsarum loco ieiunium obseruari, pridie cuiuscunque solemnitatis, quod vigiliæ nomen inde assumpsit, nuncque in toto retinet Christiano Orbe, vt alibi tetigimus, & omnia satis eruditè complectitur P. August. de Herrera *in origine*, *& progress. Offic. Diuini*, *libr. 2. cap.* 17.

Est & præfatis consequens, hanc vndecimam lucis horam lucernariam fuisse appellatam, veluti qua lucernæ accẽndi erant solitæ. Sic Ioan. Cassianus *de Instit. cœnobit. lib. 3. cap.* 3. cuius meminit D. Ferdinand. de Mendoza *de confirmando Concilio Illiber. lib. 3. cap.* 2. vbi & lucernalem gratiarum actionem dici item notat, vt & nostris, antiquis etiam in more positum; vt cum primũ lumina accendebantur, & inferebantur, sibi inuicem adstantes bonum vesperum, siue noctem æternamque lucẽ à Deo precarentur, notat Cælius *libr. 15. cap.* 15. & Guilielm. Stuckius *antiquit. conuiuial. lib. 3. cap.* 24. Etsi non me lateat, lucernariam gratiarum actionem apud Mendozam, vespertinum illud Officium intelligi, hac hora recitari solitum, qua lucernæ accendebantur, ut in Concilio Toletano I. *Canon.* 9. Vnde D. Chrysost. *Psalm.* 108. *Ad solis Occasum*, ait, *quod etiam lucernarium appellamus*, *orandum*, *scilicet*, *quia tum ob Dei transitum Deo gratias agimus.* Et D. Isidor. *in regul. Monachor. c. 6. Post Tertiam*, inquit, *Sextam*, *Nonam*, *in vesper-*

pertinis Officijs, primo lucernarium, deinde psalmi, duo, responsorius vnus, & laudes, & hymnus, atque oratio dicenda est.

22 Hancque vndecimam horam satis designasse videtur Horat. *Satyr. libr.* 2. dum *sublumina*, inquit, id est, paulò ante vesperam, vel paulò ante Solis Occasum, quod erat tempus cœnæ: vt explicat ibidem Lambinus, & ex eo Stuchius *lib.* 1. *c.* 11. quod & repetit idem Horat. *lib.* 1. *epist.* 11.

Lecto somnitas ad lumina prima duello.

23 Istam, quam veteres lucernariam horam vocitabant, nostri etiam fere eodem nomine compellant, cum illam verbo *Al encender candiles*, vt peculiari nota designent. Sed frequentius sanctiori cognomine, *A las Aue Marias* dicunt, quoniam hac vespertina hora campana pulsatur, vt Christiani tunc omnes, vti & mane, & meridie in aliquibus ciuitatibus, in memoriam fœlicis Annunciationis B. Virginis, quam, crepusculo isto, accidisse inconcussa plurium sæculorum traditio edocuit. Sic ratiocinatur Octauianus de Martinis *in vita S. Bonauenturæ, cap.* 8. apud P. Laurentium Surium *tom.* 4. *de vitis Sanctorum, die* 14. *Iulij: Idem etiam pijssimus cultor gloriosæ Virginis matris Iesu instituit, vt fratres populum hortarentur ad salutandum eandem, signo campanæ audito, quod post completorium datur, quod creditum sit, eandem ea hora ab Angelo salutatam*, consentit Petrus Mexia *lib.* 2. *Syluæ variæ lectionis, cap.* 32. Et si alijs placuerit, Gabrielem cõuenisse Virginem initio diei, Aurora appetente, sic Athanasio *sermone de Deipara in fine*, vbi inquit, ab Angelo salutatam fuisse Mariam diei exordio, atque eadem hora, qua sol inchoat diuturnum suum cursum, ac incipit in nostro emispherio apparere, Solem iustitiæ, tanquam gigantem, iter suum inchoasse, & in nostro emispherio secundum carnem esse cœpisse, in quam sententiam plures eunt, & inclinat Maximilian. Sandeus *in Theologia Iuridica, comment.* 49. *pag. mihi* 660. Sed ab his omnibus dissentiens P. Franc. Suarez *de vita Virginis, & Christi Domini. disp.* 9. *num.* 6. verisimilius putat, horam Incarnationis fuisse mediam noctem, ex illo *sapient.* 18. *dum medium silentium, &c.* Et quia hoc modo nouem integris mensibus in vtero Christum permansisse apparet. At cum traditio cõmunis habeat, vespertino crepusculo id accidisse, in tanti beneficij memoriam Ecclesia decreuit, quod eadem hora Fideles Angelicum ipsum *Aue* quotidie repetant. Et si hac ratione statutum, neget Ioan. Bapt. Nouatus *de eminentia Deiparæ Virg. c.* 7. *q.* 1. nã cum probabilius, vt Suarius putet, duodecima noctis hora Verbum in vtero Virginis carnem assumpsisse, eos reijciens, qui tenent Virginem circa initium noctis fuisse salutatam, quasi tantum temporis decurrisse à salutatione vsque ad incarnationem, parum credibile videatur: Et licet D. Bonauent. (subijcit) obtinuisse dicatur à Põtifice, vt ea hora, quæ est initium noctis, signum daretur salutandi Virginem in memoriam salutationem Angelicam, nil contra nos; nam, quia media nocte omnes fere dormiunt, ideo præuenitur, vt communiter ab omnibus celebretur memoria dictæ salutationis. Quem morem peruetustum Catholicis extitisse notat Gretserus *de benedictionibus, lib.* 2. *cap.* 46. *Catholicis vetus mos est*, inquit, *vt ter quotidie ad salutationem Angelicam recitandum signum ex turri ære campano publice edant; mane, meridie, vesperi. Quamquam sub meridiem multi non salutationem Angelicam, sed alias preces effundunt.* Vbi aduersus Hospinianum impudentissimũ Caluinicolam inuehitur, qui huius pulsandæ campanæ ritum ad salutationem Angelicam, & si non mordet, saltim oblatrat, & quod insigne Virgineæ deuotionis fuisse docet Polydor. *lib.* 6. *c.* 12. vt audito tintinabuli sono, cuncti confestim investigio genua flectunt, atque orant: male habet Hospinianus: *Quam primum campanæ vespertinæ pulsum audierint, scribit, non dico in priuatis ædibus, sed in ipso foro, seu sidere quodam*

dam tacti, ingenua procidunt, & nescio quas præculas demurmurant.

Sed impia hæc mittamus, primùm enim hunc ritum induxisse Ioannem XXII. Pontificem Maximum, recenset Petr. Canisius *in opere de B. Virgine, lib. 5. cap. 27.* Iodocus Lorichius *tom. 1. Thesaur. Theolog. verb. Campana, num. 5. in princip.* Idemque sub indicat Iacob. Gretserus *vbi proxime*, licet hoc non satis probetur P. Augustino de Herrera nupero *de Officij Diuini Origine* Scriptori, *libr. 1. capit. 35. num. 5.* cuius nec pudebit verba referre: *En esta ocasion fue, quando el mismo Gregorio IX. renouò la costumbre, instituida ciento y diez años antes por Vrbano II. en el Concilio Claramontano en Francia, de que todos los dias se tocassen, y hiziessen señal las campanas à ciertas horas, para que los fieles saludassen a la Reyna de los cielos, y tierra, con tres Aue Marias, y ciertos versiculos, y oracion, como oy persevera esta piadosa deuocion, la qual han autorizado con sus decretos otros Sumos Pontifices. El Papa Iuan XXII. el año de 1320. à instancia de S. Buenauentura, ordenò que se tocasse, y rezassen al medio dia, y al amanecer, (que el toque de la tarde puesto el Sol, ya desde Vrbano II. estaua en vso:) el mismo decreto exhibio Calisto III.*

Quiquidem vespertinus pulsus, vt & apud omnes pereque Religionis nostræ populos, ita & apud Toletani præsulis subditos, peculiari item constitutione iam dudum inualuit; qua & hora, & pulsandi forma, sic egregiè præscribitur, *const. 3. de Offic. Sacrist. Cosa justa es, que en todas las Iglesias se taña de vn mismo modo al Aue Maria, y que donde ay mas que vna Iglesia, se taña en todas à vn mismo tiempo. Por ende ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante en cada vna de las Iglesias deste nuestro Arzobispado, los Sacristanes, ò campaneros de ellas, cada dia al anochecer tañan al Aue Maria, dando nueue golpes en vna campana grande de tres en tres, y acabados los dichos nueue golpes, tañan vna campana à buelo: y en los Sabados, y visperas de fiesta repiquen las campanas conforme la festiuidad de el dia siguiente.*

24 Est igitur, & huius inspectionis, vna hora ante Solis Occasum, vndecima scilicet lucis, debere cohortes ad excubias introduci in præsidijs, vt ex nostro Bobadilla, cui nec vel hoc latuit colligitur *lib. 4. politic. cap. 2. num. 18.* his verbis: *Las compañias que son de guardia, suelen meterlas à diferentes horas, en los exercitos quando se campea se meten las compañias de picas al anochecer, y están de guarda toda la noche, y à la mañana se meten en su lugar las compañias de Arcabuceros, y hazen guardia el dia; pero en los Presidios, si la necessidad no constriñese à hazer otra cosa, siempre se deben meter vna hora antes que se ponga el Sol, y estan de guardia veinte y quatro horas.* Siue omnes simul, siue in vigilias pro parte deputati, nam vt Polybius notat *lib. 6.* sunt in castris vigiliæ quatuor ternarum horarum, cuius etiam meminere Petr. Gregor. Tholos. *Syntagm. iuris vniuers. libr. 19. cap. 11. num. 5.* & Polydor. Ripa *de nocturn. tempor. cap. 50. num. 8.* Si vero aliquis excubias deseruerit, capite punitur, *l. qui excubias 10. ff. de re militar.* quod & Calistrato placuit in *l. milites 12. ff. de cust. reor.* & Neratio *in l. si eiusdem, &c.* Nec mitiori pœna eum dignum putauit Epaminondas, qui neglecta custodia obdormiuit, quo circa dum custodias stationesque circuiret, vt disciplinam exemplo stabiliret, sopitum militem gladio transfixit, asserens quod qualem inuenerat, talem reliquerat. Et legitur idem fecisse Hiphicanus Atheniensium Dux cum præsidio teneret Corinthum. At fuste tantum plectendum ex militiæ legibus, refert Polybius *sup. Castris metatis*, scribit, *Tribuni exigunt à singulis nihil furto è castris ablaturos: postea excubias circa castra vallata ponunt, vigilias, & circuitiones noctu agunt, scilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per singulas vigilias, & aliqui certas circuunt, alij post eos sequuntur. Qui circuit a singulis vigilibus accipit notas, & suas tesseras. Si inueniat vigiles dormientes, vel reliquisse custodiam, cum socijs attestationes accipit, & mane apud Tribunos producit tesseras, ex quibus cognoscitur, qui reliquerét custodiam, & Tribuno custodiæ vocato, res agitatur, si damnetur, fuste cæditur.* Sicque dormientes, & negligentes custodes eiusmo-

modi rectè puniri secundum regulas militiæ, eo inquit Iulius Ferretus *de re militar. rubrica de exploratibus, & excubijs, num. 7. pag. mihi* 94. quia vigiliarũ, & excubiarum oculis quiescunt populi; & exercitus; ergo vigilent operæ pretium erit, ne ex ipsorum difficientia publica salus periclitetur.

25 Nec quod dormiendo rem naturalem, & humanam fecerint, illis quicquã proderit ad excusationem, cum imminens damnum, non præcauerint, *l. si seruus* 27. *§. si fornacarius, ff. ad legem Aquil.* *Si fornacarius* (sic enim legendũ, non fornicarius, vt Florentini habent, & ex Grecis, Budæo, & Henrico Salmuth. obseruat nouissime D. Ioannes Suarez de Mendoza *in comment. ad legem Aquiliam, libr. 2. cap. 2. sect. 2. num.* 190) *Seruus Coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuerit exusta: Neratius scribit ex locato conuentum præstare debere, si negligẽs in eligendis ministerijs fuit.* Et post pauca: *Quid ergo est? Puto vtilem competere actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, quam in eum qui negligenter custodijt. Nec quisquam dixerit in eo, qui obdormiuit, & naturalem passum: Cum deberet vel ignem ita extinguere, vel ita munire, ne euagaretur.* Hinc Christus cum ad vigilandũ Discipulos hortaretur, Matthæi 26. *vers.* 41. *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem*, cum tamen ad illos accedens, inuenisset dormientes, increpauit dicens: *Sic non potuistis vna hora vigilare mecũ?* Et quippe nedum naturalem, sed & preternaturalem ex tristitia somnum patiebantur, vt Lucas 22. *vers.* 46. medicinæ peritissimus solus adnotauit: *Inuenit eos dormientes præ tristitia.* Inquit, quæ ita vehementem soporem incutit, vt maximè oculos grauet, quales Discipulorũ extitisse, idem Matthæus refert: *Erant enim oculi eorum grauati.* Cur ergo tristitia somnum afferat? & an id faciat semper, an aliquando? & cur tunc fecerit? non enim exigua dubitatio est, cum experimento constet, multos, quod nuntium aliquod acceperint triste, aut in periculo aliquo constituti sint, dormire non posse: Eos vero qui optatis potiantur, ac proinde hilares sint, in vtramque, vt aiunt aurem dormire esse solitos. Longe ergo ab esse videtur, vt præ tristitia, quis dormiat? Non abest tamen, quin imo naturæ eius motus, & omni maxime congruit. Somnus enim si à Philosophis sciscitemur, accidit primo sensitiuo, quod in cerebro residet, refrigerato, vt calefacto & ardente peruigilium. Per tristitiam vero accurrens in cor, subtrahitur cerebro calor, & ipsi spiritus, naturalem impetum, & agilitatem deponentes languescunt. Vnde pigrities quædam, & actionum omnium ad vitam pertinentium langor, ac veluti impotentia accidit. Sensuum igitur remissio, & animalium motionum pigrities fit, quare somnus, qui talium actionum, sensus inquam, & volũtarij motus velut cessatio quędam est, & comes pigritiei. Nam & Prouerbiorum, *cap.* 6. dicitur: *Vsque quo piger dormies?* Quasi quæ pigritiem, eadem & somnum afferre natæ sint. Hilaritas contraria omnia facit, vtpote per quam dilatatur cor: calor funditur, quare & concalescit corpus, cerebrum verò maxime; vtpote in quod magnæ, ac multæ arteriæ recta feruntur, finiunturque ibi; spiritus agilitatem comparant, excitantur sensus, excutitur pigrities. Vigilat ergo homo præ nimio guadio, vt per tristitiam, & somnum dormit, nisi tristitiæ anxietas, & solicitudo accesserit: quæ etiam tristiores quosque peruigiles efficit. Tristior aut dubio erat multo Dominus, quam Discipuli: non sineret autem eum dormire agonia & solicitudo. Tamen qui præ solicitudine, & timore vigilabant, soluto timore lætantur, & dormiunt, non quidem præ lætitia, sed præ confidentia, vt narrant, Alexandrum, quo die vidit, ita iam esse oppositas acies, & instructas, vt vitari non posset pugna, dormiuisse. Fortasse, vt ita animi sui securitatem ostentaret. Vigilabat ergo Dominus, & orabat prolixius, ibatq; & reddibat præ anxietate: Discipuli vero dormiebant præ tristitia.

Cùm igitur, vt initium repetamus, qui excubias agunt ſoliciti, & anxij dè caſtri, aut exercitus ſecuritate eſſe debeant, tantum abeſt vt dormiendo rem naturalem faciat, quod imò rem prorſus naturæ contrariam efficiant, vt probauimus, quæ nullam poteſt excuſationem præſtari: depoſuit enim ſolicitudinem qui obdormiuit, quod ne ſuis vigilijs accideret, Paulus AEmilius Conſul vetuit eos dum excubias agerēt arma tenere, ne fiduciam haberent ſe defendendi, ſi fuiſſent ab hoſtibus aggreſsi, ſicque vigiles magis permanerent timentes illorum armis, vt inermes, facilius poſſe offendi; memorat Iulius Ferretus *ſup. num.* 5. cui & illud accedit quod admonet Polydor. Ripa *dict. cap.* 75. *num.* 10. videlicet, naturæ vitium in ordine ad ſomnum nocturnum non condemnari ſimpliciter, ſed tantundem, vbi aliud ſuadit publicum iniunctum munus. Inde apud noſtros, & ſi non detrectetur ſomnum moderatum videlicet, & congruis horis ſumptum, rem eſſe naturalem, *l.* 19. *tit.* 21. *p.* 2. *Comer, è beuer, è dormir, ſon coſas naturales, ſin que los non pueden viuir; pero eſtas deben vſar en tres maneras. La vna con tiempo; la otra con meſura, la otra, apueſtamente.* In militibus tamen, quos vigiles inſomneſque eſſe publice intereſt, vitium magis, ac crimen; quam naturale, quid æſtimatur *eadem l.* ibi: *Otro ſi los acoſtumbrauan, que non fueſſen dormidores, porque noze mucho a los que los grandes fechos han de facer, è ſeñaladamente à los Caualleros quando eſtàn en guerra. È por eſſo, aſsi como les conſentian en tiempo de paz que traxeſſen ropas muelles, è blandas para ſu yazer, aſsi no querian en la guerra yoguieſſen, ſi non en poca ropa, è dura, ò en ſus perpuntes. È faciendo porque dormieſſen menos, è ſe acoſtumbraſſen de ſofrir laceria,* quoniam vt ibidem notat Gregor. Lopez *verb. Dormidores*, credebant eos præſertim qui militiæ nomina dedere minus ſomno, quam natura exigit indulgere debere, *c. ſunt qui arbitrâtur, de pœn. diſt.* 1. ideo in illos ſeueriſsime animaduertendum cenſuit, *l.* 9. *tit.* 18. *2. part.* quæ de excubijs inter alia agens, ſic affatur: *E el que fallare, que non face bien aquello que debe, en el logar do lo poſiere, deue facer juſticia dèl, aſsi como de home que le quiere facer traicion. Pero los antiguos vſaron a deſpeñar a los que fallauan durmiendo, en la ſazon que deuen velar, deſpues que tres vegadas los ouieſſen deſpertado, caſtigandoles que lo non fizieſſen.*

27 Ad quod tempus vndecimæ horæ diei, qua ſolent tenebræ offundi, & nox incipere referenda videtur, *l.* 9. *verſ.* 11. *tit.* 5. *lib.* 7. *nouæ Recollect.* qua diſponitur: *Que de noche no ſe pueda medir pan ninguno del dicho poſito, ni abrir las paneras dèl, ni la pieza donde eſtuuieren por ninguna cauſa, ni razon que ſea, ſo pena, &c.* Noctem igitur quo ad eiuſmodi effectum à primis tenebris eſſe ſubaudiendam ipſa prohibitionis ratio ſatis perſuadet, cum non alio id inhibitum fuerit, quam vt omnis fraudis, & malitiæ occaſio penitus auferatur, quæ frequentius ipſo obſcuritatis lenocinio maximè his rebus ſuppeditatur, vnde fraudem noctis filiam antiqui dixere, vt obſeruabit Polydor. Ripa *de nocturn. tempor. cap.* 46. *num.* 17. Si enim crepuſculo (quod tempus eſt dubiæ lucis, incipiens Occidente Sole ab ipſo puncto Horizontis, & deſinens Sole iam deſcendente ad gradum decimum octauum infra Horizontem, quo dies finitur iuxta Theodor. Rubeum *in Horario vniuerſali Eccleſiaſt. cap.* 19. *num.* 14.) publica horrea paterent, & tunc meſurandi facultas eſſet, aut clanculo frumentum extraheretur, aut in modo menſuræ, fraus admitti poſſet, aut ſaltim lolio, harena, palea, & ſimilibus miſceri, quod ius auerſatur, *l. ex facto* 30. *ff. de neg. geſtis, l. ſi ſeruus* 27. *§. inquit lex, & in §. rupiſſe, verſ. Item ſi quis frumento, ff. ad leg. Aquil. l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recopil.* 28 Et quamuis *in l.* 1. *C. de conditis in public. horreis, lib.* 10. commixtio veteris corrupti frumenti cum nouo præcipiatur, ne fiſcus aliter diſpendium ſentiat; de ea immixtione accipienda eſt, quæ ita prudenter à fideli, & nobili menſore fit, vt illa accipientium omnium querela

rela conquiescat, id est, ita ad proportionem, quod exiguam tantum partem corruptarum specierum vnicuiq; modio nouioris adijciat, vt hanc esse Imperatorum mentem ipsorum hæc verba planè commostrant: *Eidem ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat.* Nequaquam enim corruptio posset adiectione velari, nisi ex quatuor partibus cuiusque modij tritici tres fuerint saltim noui & optimi, quarta vero pessimi, & vetustate deperditi: vnde meritò notat Franc. Onezius *obseru. iur. c.* 19. vocẽ, *Noua, in hac l.* non ad vocẽ, *portione*, sed ad *speciem*, quæ præcessit esse referendam, hoc sensu, & ordine: & si forte ita vetustate species corrupta est, vt persemetipsos erogari sine querela non possit, ex noua specie pro proportione illud scilicet, vel tantum misceatur, cuius adiectione corrupta species velata damnum fisco non faciat, verbũ enim *Portione*, ibi pro *proportione* extare, & eundem sensum habere putat, vt apud Plinium *lib.* 11. *c.* 37. *&* *lib.* 15. *c.* 22. *&* *lib.* 28. *cap.* 10. necnon, & apud Senecam *de benefic. lib.* 7. *c.* 1. atque ideò Imperatores significare concludit, tantum esse noui frumenti immiscendum, quantum proportione veteris conuenire videatur, vt & militibus sine eorum querela posſit distribui, fiscus damnum faciat, si plus misceatur, quam oportet, vt sine dicta posſit distribui querela, quod mire nostram interpretationem confirmat. In eiusmodi ergo commixtione nulla fit iniuria, maxime quæ iuste posſit querelam causare, cum fiscus ita proportionaliter miscendo iure suo vtitur, vt damnum auertat, quod etiam priuato licere docent Lopez *in instruct. conscient. p.* 2. *c.* 47. *alias* 192. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.* 1. *præcep.* 7. *q.* 3. *dub.* 6. *seſſ.* 2. Lessius *lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 11. *n.* 82. Bonacin. *disp.* 3. *de contract. q.* 2. *punct.* 6. *n.* 17. Gasp. Hurtad. *de iust. & iure, disp.* 2. *dif.* 9. quos sequitur Anton. Dian. *resol. moral. p.* 1. *tract.* 8. *res.* 51. ex omnium assensu, vt probabilius defendens licere tritico, valde puro miscere aliquid secalis, dũmodo hoc debita fiat moderatione. Nam quod ad explicationem *dictæ l.* 1. *ibid. n.* 22. excogitauit D. Amaia, vix sustineri potest, vtpote maxime eiusdem verbis repugnans. Si enim, quia erogatio illa specierum gratuito, & ex sola liberalitate facta Imperatorum, qui populo tale beneficiũ exhibebant, dicta cõmixtio permittebatur, vt quid tanta cura euitandi, ciuiũ querelam, & fisci damnũ? quoniã ex donatione etiã corruptæ rei nulla fit donatario iniuria, cui nihil debetur, vnde merito dicimus, *a quien danno escoge.* Nec donator, si quod donaturus est, pareat, vel deterius fiat, maiori damno afficitur, ac cum purum, & integrũ donat, rẽ enim utroque casu amittet, cum & donare perdere sit, *l. filius familias, ff. de donat. l. cum de indebito, vers. Qui non soluit, ff. de probat.* quo circa verius est huiusmo- 29
di largitionem, (quam gradilis panis fuisse agnoscit idem D. Amaia) non tam liberalitatem, quam premium & remunerationem fuisse eorum, qui cõstructis edibus vrbem auxerant, sic cõstat *ex l. annonas* 11. ibi: *Annonas ciuicas ad hoc militaribus viris beneficium diuale distribuit, vt qui emolumenta perciperẽt, ædificandi studio magnitudinem vrbis augerent,* l. si quæ 12. *Si quæ speciatim annonæ domus in hac vrbe habentibus diuæ memoriæ Constantini, vel Constantij largitates concessæ sunt, l. eos quos* 13. *C. T. de annonis ciuicis, & pane gradili.* Et facit *l.* 1. *eiusdem.* Vnde meritò conqueri possent, si cum spe annonam consequendi magnos sumptus ædificando fecissent, corruptas species acciperent. Ergo siue mixtio hoc moderamine sit facienda, siue nulla facta mixtione frumentum erogandum, perpetuo congruit, id diurnis horis, non vero nocturnis, aut dubiæ lucis agendum, vt assequetur, si vt lege nostra disponitur, publici horrei ianuæ nulli à primis tenebris reserentur.

Cuius simile est, quod definitur 30
l. 26. *tit.* 21. *libr.* 5. *Recop.* Nempè Officiales domus monetariæ non posse ante Solis ortum, vel post Occasũ, hoc est,

est post vndecimam horam, lucis penultimã, monetam cudere. Verba hæc sunt: *Otrosi, ordenamos, y mandamos, que los nuestros Oficiales de cada vna de las dichas casas, no puedan labrar, ni labren la dicha obra antes del Sol salido, ni despues del Sol puesto, so pena, q̃ el q̃ lo tal hiziere muera por ello.* Si enim ipsis tenebris monetæ percussio liceret, falsitatibus proculdubio pateret additus, & adulterina confici posset, cum ea sit obscuritatis conditio, vt monetæ præsertim cognitionem impediat. Hinc creditor, cui à debitore fuit noctu facta realis debitæ peccuniæ oblatio, illam accipere optime recusare poterit, ob periculum improbæ monetæ, cum vix tunc constare valeant an nummi, quos debitor soluit, probi sint, an reprobi, vt multis relatis docet Tiraq. *de vtroq; retract. §. 1. glos. 11. n. 10. & 12.* & Polydor. Ripa *de nocturn. tempor. c. 109. n. 2.* Carrosc. *de oblation. p. 1. q. 2.* Pyrrus Maur. *simili tract. de solutionib. & oblationib. vbi specialiter de oblatione agit, in quibus cum solutione conueniat, n. 6. pag. mihi 105.*

Sit ergo postremum hac hora, siue 31
cum dies inclinat, maximè tempore Quadragesimæ debere Episcopos cum suis familiaribus Litanias recitare, ex admonitione M. Antonij Genuensis *in manuale Pastor. c. 23. n. 9.* non quasi ad eiusmodi preces aliquo præcepto, aut Ecclesiastica lege adstringantur, nullam adhuc inueni; sed quia vt tunc illas emittant maioris perfectionis, & humilitatis ratio congruentissimum euincit.

MINVTA HORAE DVODECIMAE

Ma-

Car-

1 VODECIMA hora ędificamus, vt veteribus dictum de eo, qui vltimo vitæ termino in gētia agreditur, obseruant Cælius Rhodigin. *antiquar. lect. lib.* 7. *c.* 9. & Casan. *in Cathalog. gloriæ Mūdi, par.* 12. *cōsid.* 43. *vers. Quid autē.* Inde refert Plutarchus *in M. Crassi vita*, ab eoque Anton. August. *emend. libr.* 4 *cap.* 13. *ad finem*, Lilius Girald. *de annis, & mensib. pag. mihi* 604. Cum Deiotarum Regem Senem admodum eadem ætate offendisset Crassus Vrbē ædificantē: Quid tu, inquit, *Deiotare?* Duodecima hora ædificare cepisti? *Cui Rex, Ne tu quidem*, inquit, *Crasse matutino tempore Partos oppugnas.* Duodecima itaque hora ædificamus, idest, vltima naturalis, & artificialis diei, quoniam vt sæpius ediximus, dies in duodecim, & nox in totidē horas di- 2
uiditur, iuxta illud Christi, Ioannis 11. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* (Quod inde quasi prouerbium, apud Hebræos fuisse

fuisse putat, *Ibidē* Nicol. Liranus, quale nūc apud multos vulgo est, cū significare volūt posse alio fieri tēpore, quod alio fieri non potuit. Cui & affine est illud: *nondum omnes Soles occiderunt.* Cuius meminit Andr. Schotus, *Adagial. Sacror. ex Ioanne Euangelista, c. 11. vers. 9. pagin. mihi 92.*) Idest, totū illud spatium, in quo Sol est supra Orizontem, aut id omne in quo Sol est, infra Orizontem, quod noctem dicimus ex Clauio *in Sphera, cap. 1.* Cum agit de Orizonte, & Paul. Zachia, *Medico-Legal, libr. 5. tit. 4. quæst. 6.* ex eoq; allusione ad Menses, & horas, duodecim tantum radios Soli tribuunt Virgilius qui *lib. 12.* de Latino Rege à Sole originem ducentem sic affatur:

——— Ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen

Nec dissentit Martianus Capella *de Nuptijs Philolog. lib. 11.*

Solem te latium vocitat, quod solus honore
Post patrem sis lucis apex; radijsque sacratum
Bissenis perhibent caput aurea lumina ferre,
Quod totidem menses, totidem quod conficis horas

Vnde Albricius Philosophus *libello de Deorū Imaginibus*, duodecim gemmas Solari coronæ tribuit his verbis: *Corona verò capite gestabat Apolo duodecim lapidum pretiosorum.* Quo quidem numero radiorum cum nec horæ tantū, sed etiam menses significentur, quibus annuus eius cursus perficitur, refert Artemidor. *li. 4. de interpretat. somnior. cap. 35.* quendam, qui somniarat, Solem se factum esse, ac vndecim insignitum radijs per forum progredi, cōsequutū fuisse dignitatem, at vndecimo mense obijsse, propterea quod perfectum radiorum numerum non haberet, notat Hieronym. Aleander *in explicatione antiquæ tabulæ marmoreæ, pag. mihi 16.* Vbi minime assentiendū, inquit, Nonnio, qui *lib. 38. Dionys.* Septifidos radios Solis fuisse inuit, nisiquis ad septē cœlestes Spheras referre hunc numerū velit, consentit Gasp. Barthius *aduersarior. lib. 25. cap. 1.* Disecat, & pari mēsura diem, etiam glos. *in l. 2. vers. Maior, ff. de verbor. sig.* Casaneu *sup. consid. 42. & seq.* Barradas, *tom. 3. in Euangelia, lib. 5. cap. 17. num. 3.* Fortunat. Scacchus *Elæochrismat. Myroth. 1. cap. 30.* Nauarrus *de oratione, cap. 3. n. 39.* qui inde apud nostros, & Gallos vsitatum refert, venire nollentes; decimatertia diei hora ad futuros promittere. Consentit superioribus Gulielm. Budęus
3 *in l. si necessarius, ff. de pignor. actione,* vbi hūc duodecim horarum diem masculini generis esse, in eoque inter alia à ciuili, & viginti quatuor horarum discerni annotat. Et si in illo manifeste vterque conueniat, quód licet vbi tempus cōputatur per dies, vltima cœpta non habeatur pro completa, ex dicendis *in Diario nostro*; tamen hoc fallit in vltima hora vltimi diei siue ciuilis, siue naturalis, id est, duodecima, aut vi- 4
gesima quarta, quæ posteriores sunt, quoniam hæc cœpta habetur pro completa. Vt censuit Ro. *diuersor. 2. part. decis. 71. num. 47.* cuius verba vti singularia hic adscribere non grauabor: *Vnde attenta hac ratione aliud dicendum est, in tempore designato non per annos, sed per dies, vt in casu nostro, tūc enim vltima dies non debet haberi pro completa, quia sicuti in termino plurium annorum, vltimus annus cœptus non habetur pro completo, dicta l. non putabam: Ita etiam in termino plurium dierum vltima dies cœpta pro completa haberi non debet arguendo à proportione: Et sicut vltima dies vltimi anni si est cœpta habetur pro cōpleta, ea ratione, quia annus nō per momenta temporum, sed per dies cōputatur, dicta l. anniculus, ita etiā* 5
vltima hora vltimi diei simul atq; incœpta fuerit habebitur pro completa, eadem ratione, quia dies nō per momenta temporum, sed per horas scilicet viginti quatuor computatur.

Quibus adnectam citatū comparentē 6

in

in iudicio vltima hora lucis, nepe duodecima, pro contumace haberi, vt talẽque puniri, *c. consuluit* 24. *de offic. iudic. delegat. eo vers. Cum circa vltimam saltẽ partem tibi sit in negotio procedendum*, iuncto vers. Sequenti, ibi: *Nos tamen eã procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere quod incumbit.* Ex quibus verbis ita communiter deducunt interpretes, & quidem merito, cum eo tempore comparuisse videatur, quo nequit iudicium fieri, ex quo diurnis, non vero nocturnis horis debeat ius dici, vt ex Geminiano *cons.* 91. *n.* 9. notat Card. Tusch. *pract. conclus. iuris lit.* I. *cõclus.* 384. *n.* 1. latissime Polydo. Rip. *de noctur. tempore, c.* 134. *per totum*, & Curia Pisana *lib.* 1. *cap.* 7. Vbi id de more Hispaniæ esse affirmat, nisi aliqua necesitas vrgeat, quod desumpsisse videtur, quamuis locis suppressis, ex *l.* 7. *tit.* 4. *p.* 3. *l.* 5. *tit.* 22. *eadem par.* Imò nec suplicium de sontibus summi hoc tempore licet: debet enim vti prisciori sæculo, obseruatum offendimus, interdiu, & duodecim horas lucis id exequi, teste Seneca *lib.* 3. *de ira, cap.* 19. quoniam animaduersiones, quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt, Alex. ab Alex. *Dier. genial. lib.* 3. *cap.* 5. Idcirco ab eodem Seneca, ibidem *cap.* 18. merito Caij Caligulæ Imperatoris extrahordinaria sæuitia notatur, qui complures Romanos ad lucernam decollauit, quorum nonnullos refert Petr. Faber. *semestr. lib.* 2. *c.* 9. Et si non diffitear, aliquando expedire, etiam noctu supplicium sumere, vt cum facinus adeo fuerit atrox, quod nocte commissum, nec opporteat in sequentem diem inultum permanere, sic Polydor. Rip. *vbi sup. cap.* 9. *nu.* 11. *argum. l. dies festos, C. de ferijs.* Veluti cum iudici impudenter resistitur; quo casu nõ sine acclamatione aliquando Toleti factitatum meminimus. Vidimus enim tanti criminis reum duplici fasce aut lucerna publice delatum sua terga percutienda merito dedisse, argumento eorum quæ ex Signorolo *dict. cons.* 52. scribit Tuschus *vbi sup. num.* 3. videlicet, vbi expedit iudiciũ noctu fieri, luminaria magna adesse debere.

Nec refragatur vulgaris illa doctrina quæ habet recte factũ videri, quod vltima hora termini factũ agnoscitur. Cuius meminit Speculator *in tit. de dilationibus*, §. *dilationum*, *vers. Quid si dicatur*, & Ioannes Andreas *in cap. præterea, el* 2. *de appellat.* Vbi etiam Franc. asserentes debitorem satis in termino soluere, qui soluit vltima hora termini, vnde Bald. *in l. data opera, paulò ante finem, vers. Vltimo notã, C. qui accusar. non poss.* inquit, quod si quis fuit condemnatus in pecunia, & si non solueret intra decem dies in manu Camerarij communis, esset condemnatus poena corporali; & Camerarius communis non fuerit inuentus in vltima hora termini, nõ committitur pœna corporalis, quia ipsi condemnato licebat in vltimo momento termini facere solutiõnẽ, & sic erat spectandum vltimum momentum termini, referunt Alex. & Bartol. *in l. fin.* §. *fin. ff. de public.* & Lazar. Fœnut. *de momento tempor. c.* 23. *num.* 14. vbi horum omnium illam exhibet rationem, quia intra tempus esse dicitur, qui est in vltimo dicti temporis momento. 8

9 Hæc inquam minime obstrigilant, quia sunt accipienda eo casu, quo vltima hora termini adhuc tempus congruum & aptum ad actus solemnitatẽ, aut valorem existit; tunc enim dubio procul erit asserendum vltima hora cõparentem, soluentem, vel quid aliud facientem ad quod intra certi temporis metas tenebatur liberari, vtpote congruo tempore exsoluẽtem. Secus vero vbi illo vltimæ horæ spatio res vtiliter expediri nequiret, vtpote sententia extrema hora lucis, quia tunc comparens contumax habebitur. Cum nondũ suppetat tempus quo valeat ex iure causa discuti ad sententiam, argumento text. *in l. stipulationes non diuiduntur* 72. §. *si quis ita, vers. Plane, & l. insulam* 124. *cũ vulgaribus, ff. de verbor. obligat.* 11

Inde est, testes examinatos, & iuxta intentionem producentis deponentes vltima hora termini, suspectos haberi, cum vel nihil in termino, vel parũ alijs addu- 10

adductis testibus fuit probatum, præsumitur enim siue reum, siue actorem in probatione deficientem, ne ab actione, vel deffensione sua caderet falsos illos, vel subornatos testes vltima hora termini adduxisse. Et enim si aliter res se haberet, præcipuos hos testes initio proferret, neq; enim debebat tam magnam rem tandiu reticere, vt egregie scribit Consultus *in l. siquis forte, §. 1. ff. de pœnis, c. 1. de frigid. & malef.* & in proposito contra differentem post longum tēpus aliquam peremptoriam & præcipuam exceptionem obijcere, instrumētum edere, aut quid simile facere, quo posset victoria reportari, hanc suspitionem vti concludentis falsitatis expendunt Paul. Castrens. *cons.* 281. *n.* 1. *vol.* 1. Crauet. *cōs.* 28. *n.* 6. *lib.* 1. *& cōsil.* 298. *n.* 17. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 287. *n.* 33. Ossasc. *decis. Pedemontan.* 117. *num.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 740. *nu.* 17. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 91. *ex nu.* 5. *& lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 105. *& præsumpt.* 20. *nu.* 39. *& cons.* 267. *lib.* 3. *ex n.* 27. *& cōs.* 422. *n.* 39. *lib.* 5. Bertaz. *cons. criminal.* 521. *n.* 28. *lib.* 2. Farinac. *de falsitate, quæst.* 153. *nu.* 181. *& seqq.* Surdus *cons.* 132. *n.* 4. *lib.* 1. Suadeturq; illo Matthæi 26. *c. Nouissime autem venerūt alij duo falsi testes*, quasi tempus adducēdi falsos testes extremum, & vltimū sit, & vel ex eo solum falsitatis notentur, quod nouissime adducuntur.

11 Similiter nec testes probant, qui vltima hora instantiæ fuerunt publicati, quia eorum copia dari non potuit, vel terminus parti ad faciēdum suas defensiones, vt ex iure fieri debet, & probat Socinus *cons.* 105. *num.* 7. *vers. Tertio etiam, vol.* 4. Est enim perspicuum actū vltimo momento factum non tenere, quando adhuc superest aliquid agendū, vt post Tiraquel. *de retract. p.* 2. *§.* 1. *glos.* 7. *n.* 42. *in fin.* concludit Lazar. Foenut. in proposito, *de momento temporis, cap.* 23. *n.* 10.

12 Ergo vt rem prosequamur, Episcopus, qui iubere potest ne fructus percipiantur, absque præsentia alicuius deputati ab ipso, vt ij quibus decimarū ius competit, adsint fructum descriptioni, ex Franch. *decis.* 117. Biuio *decis.* 4. *n.* 37. Thesauro *decis.* 9. *part.* 1. Cabalo *resolut. criminal. cent.* 2. *casu* 168. Nō nisi ad duodecim horas diurnas id prohibere potest secundum Aloysium Ricciū *in prax. Episcop. decis.* 544. *nu.* 6. Vbi ita scribit: *Intellige tamen prædictam ampliationē, vt in maiori tempore quam duodecim horas diurnas remanere debent prædicti fructus in terra ad finem faciendi prædictam descriptionem, vt refert fuisse in Senatu Sabaudiæ decisum, Thesaurus decis.* 9. *cuius decisionis ratio fuit, ne si diu fructus existerent in fundo, praberetur materia delinquendi, cum possint noctis tempore d vicinis subripi.* Itaque accipiēdum 13
est quod tradit idem Cabalus, *num.* 2. videlicet facta denunciatione temporis seu die Baroni, seu eius Ærario, si nō transmittit hominem Baro, ne messis, seu fruges amittantur, vel corrumpātur licere vassallis triturare, & colligere messem, & alios fructus, pro quibus decima debetur.

Nec me latet horam duodecimam nō 14
semper pro vltima, quin & multoties pro meridiana vsurpari, maxime apud nostros, vt pluries notauimus, præsertim *H.* 6. obseruatque Bustamante *in Ceremoniali, lib.* 1. *c.* 4. *rubr.* 15. *num.* 3. Si quidem cum dies a media nocte in mediam noctem ciuiliter, spatioque viginti quotuor horarum computatur, iuxta præscriptum *l. more* 8. *ff. de ferijs*; lucis hora duodecima mediam diei partem constituit. Hucque respexisse videtur Asinius *de executionib. §.* 6. *c.* 38. *n.* 20. *pag. mihi* 152. cum inquit, quod si nō ap- 15
pareat qua hora edictum fuerit publicatum ad excusanda delicta, post duodecimam, & in vesperis prolatum, & affixum præsumitur, argumento *l. merito* 51. *ff. pro socio*, vt vel sic integra dies ab hora publicationis nondum transacta videatur, ante cuius termini lapsum non præsumitur edictum ad omnium notitiam peruenisse ex eodem Asinio. Et Iacob. de Graf. *decis. aurear. part.* 1. *lib.* 2. *de ieiunio, cap.* 37. *num.* 37. vbi ex glos. *in c. vnum, §. alias ea demum, versicul. Ieiunantibus* 25. *dist.* inquit esse cōtra consuetudinem Ecclesiæ, & lethale

ante

ante duodecimam horam, quæ antea sexta nuncupabatur in diebus ieiunij manducare, vti *sup. Hora* 9. animaduertimus, vti & non nulla alia, quæ hâc inspectionem plane stabiliunt.

16 Quo sensu & multoties hora noctis duodecima pro vltimâ diei ciuilis, initioque sequentis accipitur. Vnde ieiunium siue naturale, siue Ecclesiasticum ab ea incipere, cõmunis omnium traditio sustinet. Ideoque cum in Sacerdote sacrificaturo, & in Laico communicaturo abstinentia à cibo & potu desideretur, *cap. Sacramenta, de consecrat. distinct.* 1. *c. liquido, de consecrat. dist.* 2. Id autem à media nocte, siue duodecima ipsius hora saltim præstare debent, vtpote communi adsentiens, concludit Theodor. Rubeus *in Horario Vniuersal. Ecclesiast. cap.* 21. *n.* 2. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 234. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 7. *diffic.* 3. *nu.* 2. Suarez *tom.* 3. *disp.* 68. *sect.* 3. Ioan. Machad. *in Perfect. Confes. tom.* 1. *libr.* 2. *part.* 4. *tract.* 8. *docum.* 4. *num.* 4.

17 Quod subaudiendum velim, dummodo communicaturus, aut celebraturus sit certus de hora duodecima noctis, quoniam si de ea dubitãs, & an fuerit vel non exaudita ambigens, aut biberit, aut comederit, nec à cõficiẽdo siue recipiẽdo Eucharistiã remouebitur, si fides debetur, Sãctio *in select. disput.* 42. Layman. *lib.* 1. *tract.* 1. *c.* 5. §. 4. *num.* 36. Antonin. Diana *resol. moral. p.* 3. *tract.* 4. *resol.* 29. nouissime P. Leander *quæst. moral. in sept. Sacram. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 5. *quæst.* 4. quibus assentiri videtur Machad. *vbi proxime, num.* 6. vbi hanc probabilissimam opinionem appellant, licet contrariam magis probabilem defendat P. Sanchez *de matrim. lib.* 2 *disp.* 41. *num.* 40. AEgid. *quæst.* 80. *art.* 8. *n.* 48. Bonacina *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *n.* 7. Fagund. *præcept.* 3. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 21. *n.* 6. Lugo *disp.* 15. *nu.* 44. Philibert. *tract.* 3. *de Sacrific. Missæ. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. & alij, eo vtique, quia possessio stat pro Ecclesia præcipiente eiusmodi ieiuniũ ab hora noctis duodecima; Ergo vt iura suadent, melior debet esse conditio possidentis, *l. si debitor, ff. de pignor. Regul. impari, de Regul. iuris in* 6. cum vulgaribus. At nihilominus potius crediderim possessionem stare pro libertate volentis communicare, dum nõ liquet ad eam horam deuenisse, qua præceptũ Ecclesiasticũ incipit vigere. Cum enim hoc semper non obliget communicaturum, vel sacrificaturum die sequenti, sed tantum ab hora noctis duodecima, donec hæc sonuerit, aut fuerit percepta, vt nullã vim habet, nec possidebit.

Ex quo cum alijs infert P. Leand. *ibid.* posse item illum communicare, qui vt cœnam assumeret dicto aliquorum accessit afferentium horam noctis duodecimam non sonuisse, alijs sonuisse affirmantibus, quia præceptum ieiunij Eucharistici, non est impositum dubitanti, sed certo scienti non esse ieiuniũ, vt etiam placet Lugo *vbi supr. num.* 43. 18

Quæ sententia securius erit amplectenda, vbi de hora duodecima ambigens nonnulla habuerit, quæ magis in negatiuam partem impellerent. Veluti si nondum campanam ad Matutinum pulsari solitam audierit; vel si domestici dixerint mediam noctem non esse, & si id certo non fuerint adtestati: tunc enim proculdubio ad altaris Sacramẽtum accedere poterit; licet eiusmodi rationibus quasi deceptus biberit, aut comederit, ex sententia P. Sanchez *dicto loco, & in Summ. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 36. cui alter Sancius adheret, & Machad. *vbi sup. num.* 7. 19

A quibus & illud promanat, nullã culpam incurrere, qui cum vnius horologij duodecimam noctis horam audierit, cibum sumit, donec ab alio horologio eandem horam iterum audiat, quãuis die sequenti communicet, vel sacrificet: quia diuersa horologia se habent, veluti diuersæ opiniones probabiles, quarum altera tute sequi potest, ita Sanchez *de matrim. dicto lib.* 2. *disp.* 41. *nu.* 40. & Selectarius *sup. num* 18. Fagund. *præcept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 3. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 21. *nu.* 7. Antonin. Dian. 3. *part. tract.* 4. *resol.* 36. & *part.* 4. *tract.* 3. *resolut.* 19. P. Lugo *disp.* 15. *nu.* 45. Ioan. Mach. *dicto tract.* 8. *doc.* 4. *n.* 8. 20

P.

P. Leander *dicto loco q.* 5. Vbi ex mente omnium id accipit, dummodo alias clarè non constet de errore vltimi horologij. Nam si inordinatum & incertum haberetur, haudquaquam posset quo ad horam probabilem opinionem inducere, vt nec Doctor, cuius inscitia satis esset nota, alijs in casibus.

21

22 Vtrum vero cuilibet sit liberum vnum sequi horologium quoad ieiuniũ Ecclesiasticum, alterum vero quoad naturale ita, vt existente die ieiunij post duodecimam noctis vnius horologij coenet, & carnes edat die sequenti licitas; de hinc vero audito alio horologio abstineat, vt accedente luce communicet, vel rem sacram perficiat, disputat eleganter Eminentissimus P. Lugo. *disp.* 15. *de Sacram. sect.* 2. Et concludit non posse illum, qui semel accepit vnum horologium pro regula ieiunij Ecclesiastici, postea pro libito illud relinquere, & accipere aliud (verba sunt ipsius:) *Quia quamuis liberum sit vnicuique regulariter loquendo amplecti ex duabus sententijs probabilibus quam voluerit; eam tamen quam amplectitur debet retinere, (quandiu de eius improbabilitate non constat) quoties libera variandi potestas resultat in praeiudicium tertij, qui hoc modo fraudaretur iure suo, quod habet non probabile, sed certum ad aliquid exigendum.* Vnde licet liberum sit vnicuique accipere pro regula quodlibet horologium, non tamen est liberum recedere ab illo in praeiudicium tertij. *L. sicut* 5. *de act. & obligat.* Quia eo ipso quod vnum horologium accipit, videtur renunciare omnibus alijs. *L. post diem* 7. *ff. de leg. commis. l. cum ita legatum.* §. 1. *de condition. & demonstrat.* Steph. Grac. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 152. *num.* 12. Ioan. Maria Nouar. *quaest. forens. lib.* 1. *q.* 44. *num.* 5. Et se habere perinde, ac si non esset vllum aliud. Cum ergo in nostro casu superior ex vi duplicis praecepti habeat ius certum vt post comestionem hodiernam homo nihil comedat ante communionem crastinam; quo iure fraudaretur, si homo iuxta primum horologium coenet post mediam noctem, & iuxta secundum celebret cras, non debet concedi talis libertas, sed dicendum quod eo ipso, quod vult homo accipere primum horologium pro regula ad coenandum, obligat se implicite ad sustinendam illam regulam, quãdiu de eius errore non constat, ne superior fraudetur iure suo, quod habebat ex complexione vtriusque praecepti, vt homo nil comederet ante communionem crastinam post prandium, vel refectiunculam hodiernam. Quare hanc sentẽtiam nouissime amplectitur P. Leander *dicto tractat.* 7. *quaest.* 6.

Qui quidẽ, & *quaest. sequenti* discutit, an vbi vnicum tantum existit horologium communicaturus die sequenti debeat, audito primo pulsu horae duodecimae nocturnae à cibo & potu abstinere, vel possit vsque ad vltimum pulsum manducare? In qua quaestione licet negatiuam mordicus tutarint P. Sanchez *lib.* 1. *de Matrim. disp.* 41. *nu.* 40. Villal. *in summ. tom.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 21. *num.* 6. Garcia *de benef. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 524. *cum seqq.* Fagund. *praecept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. Castr. Palaus *de consc. dub. tract.* 3. *disput.* 3. *puncto* 8. *num.* 10. *ad* 3. Aegid. Trullench *lib.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 8. Anton. Diana *resolut. moral. part.* 3. *tractatu* 4. *resol.* 36. *in fine.* Ioann. Machad. *in Perfect. Confess. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 8. *docum.* 4. *num.* 9. Et alij passim: Affirmatiuam nihilominus probabilem cõtendunt Martin. Breser. *de conscient. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 107. Idem Diana *part.* 6. *tractatu* 6. *resol.* 24. Et doctissimus P. Leander, à quo vt hac de re consultus ipsius opinionem libens probaui, & nunc libentius comprobo. Fauent enim huic parti vrgentissimae rationes, quas eludere nescio. An ex iure liceat, audi amicissimũ Leandrum eas omnes ita expendentem, vt nec verbis parcendum putarim: *Primum, quia horologium* (vt praedicti Doctores fatentur) *est testis nobis, quae hora diei, aut noctis sit indicans; at hoc nequit nobis indicare, nisi per de-* 13

determinatos, & aſsignatos pulſus:
24 Ergo quouſque omnes illos dederit, non erit nobis teſtis horæ, quam nobis indicat. Confirmatur, quia horologium datum eſt nobis in ſignum temporis, aut horæ diei, vel noctis: Sed nequit eſſe nobis ſignum mediæ noctis per vnicum pulſum, ſed per duodecim, ergo quouſque omnes illos dederit, non erit ſignum mediæ noctis: Ergo vſque ad id tempus optime poterit quis edere, & die ſequenti communicare, cum id poſsit vſque ad mediæ noctis ſignum, quod non datur vſque ad vltimum & duodecimum pulſum horæ.

25 Secundò, quia licet verum ſit, quod cum primus pulſus horæ ſonat (imo & primus pulſus pro quatuor quadrantibus, vt bene in hoc Lugo) iam ſit completa hora mathematice, phyſice, vel ſecundum ſe ſumpta, non tamen ſumpta vt opportet, moraliter, & vt eſt nobis ſignum, quia hoc modo non cõpletur quoad vſque vltimus ſonat pulſus: Ergo confirmatur, quia hora moraliter ſumpta non incipit, vt exiſtimant contrarij primo pulſu horæ, qui eſt indifferens ad hanc, vel illam horam, ſed ex vltimo qui eam determinat, & durat vſque ad vltimum alterius horæ: Ergo antecedens probatur, quia vt experientia conſtat, quãdo quis poſt mediam noctem Sabbati, carnibus vult veſci, nullo modo id facit, quoad vſque vltimum horæ duodecimæ audiat, & enumeret pulſum: Ergo hora moraliter ſumpta, ab vltimo vnius horæ pulſu, vſque ad vltimum alterius computatur: Ergo, &c.

26 Tertiò, ſummo argumentũ ex conceſsis ab Aegidio Trullench, cui conſentit Diana *part. 6. tract. 6. reſol.* 34. quia ſi probabile ſibi, & merito, videtur, quod non violet ieiunium ille, qui poſt primum pulſum minorem quadrantis edit, aut bibit aliquid vſque ad primum pulſum horæ maioris, eo quod moraliter pulſus minores quadrantis, & primus horæ maioris pulſus, pro vnico tempore computari poſſunt: Probabile etiam ſibi videri debet, propter eaſdem rationes, non violari ieiunium ab illo, qui poſt primum pulſum horæ maioris edit, aut bibit aliquid, vſque ad pulſum vltimũ eiuſdem horæ. Quia (vt vtar verbis eiuſdem Trullench) *licet mathematice, & rigore Theologico, cum incipit pulſari primus pulſus horæ maioris, iam ſit completa hora duodecima noctis, & incipiat alia hora alterius diei, tamen quoniam moraliter, omnes pulſus horæ maioris cõputari poſſunt & debent, pro vnico tempore, & quaſi compleri tota hora per vltimum pulſum; ideo probabile exiſtimari debet non violari ieiunium vſque ad vltimum pulſum horæ maioris.* Addo, quia id etiã pie credi poteſt de pientiſsima Eccleſia matre; nolleq; ob tam breuiſſimum tempus priuare fideles ſacra cõmunione: Ergo Ioannes Aegidius, & cum illo Diana; aut concedat noſtram ſententiãm eſſe probabilẽ, aut tueatur omnino ſententiã P. Ioannis de Lugo.

Quartò, quia mirum eſt profecto, 27
quod (ſecundum probabiliorem opinionem) vbi ſunt diuerſa horologia, licite poſsit quis, poſtquam aliquod eorum horam duodecimam ſonuerit, edere, & bibere, & multoties per ſpatium vnius quadrantis, aut dimidiæ horæ, vt experientia docet, donec aliud horologium ſonet, & craſtino cõmunicare, & quod non poſsit edere, & bibere vbi eſt tantum vnum horologium, donec iſtud perfecte, & complete ſonet horam duodecimam, detque nobis ſignum mediæ noctis per duodecim pulſus, per quorum vltimũ nobis finitur vna, & incipit altera hora? Optime ergo poterit quis edere, & bibere vſque ad vltimũ pulſum horæ duodecimæ, & die ſequenti communicare.

Nec contra hoc obſtat, Eccleſiam 28
ad Euchariſtiæ ſuſceptionem ieiunium petere naturale, quod non poteſt dari, niſi toto tempore phyſico antecedenti ſumptionem Euchariſtiæ ſuſcepturus ſit ieiunus; ſed non eſt ieiunus toto tempore phyſico antecedenti, ſi poſt incæptam dictæ diei horam primam comedit, vel bibit: Ergo non poterit

T com-

communicare. Nam hæc obiectio nulla redditur ex eo, quod Ecclesia, quæ tale ieiunium præcipit; id facit iuxta signa moralia, nempe horologia, quæ per primum pulsum non indicant horam determinatam, sed potius, imo
29 tantum per vltimum. Hæc optime Leander, quibus vltro consentio; dum tamen addiderim rectè procedere, nisi certo sciat communicaturus proximã ab horologio designandam horã duodecimam futuram (vtputa quia vndecimam iam numerauit) hinc enim, post primum pulsum à cibo abstinere debet, quia cęteris ictibus non indiget ad horæ cognitionem, quam indubitanter scit esse duodecimam. Cessat igitur hoc casu ratio pręcipua indifferentiæ, quam habet regulariter primus pulsus horologij tam ad vnam, quam ad aliã horam: necnon & ratio signi, quæ non nisi in vltimo pulsu certificatur. Ideo que si spatio sonitus totius numeri duodecimæ horæ aliquid cibi, aut pótus sumpserit, nec communicare, nec sacrificare sequenti die poterit.
30 Diximus etenim sequenti die, quia vtcunque ieiunus is fuerit, statim post duodecimam noctis horam sacrificandi, aut communicãdi ius illi haud quaquam patenit. Peccat ergo quicunque hoc tempore id fecerit, *vt sup. Hora* 2. affatim ostendimus, & probat Cardinal. Toletus *in sum. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Inde inferens grauiter delinquere sacerdotes, qui tempore Paschatis Resurrectionis statim post mediam noctem celebrant, & populum communicant, vt citius postea possint vesci carnibus. Cui consentit Theodor. Rubeus *in Horario vniuersali Ecclesiastic. cap.* 19. *num.* 7. Et si Henriq. *lib.* 8. *c.* 4. *in glos. liter. V.* ex eoque Antonin. Diana *resolut. moral. part.* 3. *tractat.* 4. *resol.* 44. *in fine*. Teneant eum, qui proxime ante mediũ noctis cœnauit, in Dominica incidente in vigilia Natiuitatis Domini, posse statim post medium noctis sacrificare, & communicare.
31 Illud vero difficilius est, quod indiscrimen adducit idem P. Leander *dict.* 2. *part. tractat.* 6. *disp.* 13. *quæst.* 25. Videlicet, an satisfaciat præcepto recitandi, qui paulò ante duodecimam noctis horã cœpit ipsius diei officium persoluere, si post dictam duodecimã illius maiorem partem recitauit? Qua indisquisitione probabile putat eiusmodi ita recitantem adimplere præceptum, idque ex sequentibus.

Primum, quia omnes Horæ Canonicæ vnicum officium, & vnica oratio reputantur, præcipiunturque vnico præcepto, & habent rationem vnius obiecti eiusdem præcepti ex Nauarro, Læsio, & Bonacina. Ergo probabile etiam erit, illum, qui eas ante mediam noctem incæpit, etiam si post illam finiat, finire eas tempore congruenti, & adimplere præceptum recitandi. Consequentiam probat, quia res vna, & indiuidua incæpta tempore apto, optime finiri potest, immo & debet si res est præcepta tempore cõsequenti, si id incontinenti fiat. 32

Secundo, quia receptissimum est, posse recitari Officium Matutinum diei sequentis post vesperas diei antecedentis: quia fictione quadam totum hoc tempus vespertinũ tribuitur diei sequenti. Ergo pari modo licebit recitatio maioris partis offiicij etiam post duodecimam noctis; quia vt vespertinum tempus trahit ad se diem sequentem, ita etiam tempus illud nocturnum vndecimæ & dimidiæ horæ, v. g. in quo quis cœpit recitare officium diuinum hodiernum trahit ad se fortiori iure, partem aliquam diei sequentis, in qua potest adimplendo præceptum, complere officium. Argumento eorumque tradit glos. *in c. quod à patribus* 75. *dist.* 33

Tertiò, quia existente præcepto non celebrandi Missam post meridiem, vt multis firmat Francolinus *de Horis Canon. cap.* 41. *num.* 1. Potest sacerdos inchoare illam ante meridiem, etiam si præuideat nõ posse finire nisi post meridiem, vt excommuni praxi Doctorum obseruat Henriq. *lib.* 9. *cap.* 24. Ergo similiter, & de officio diuino erit dicendum, cœptum ante mediam noctem, 34

noctem, recte post illam posse finiri.

35 Quartò, quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, *l. lecta, ff. si certum petat.* cũ similibus; Ergo pars Officij diuini incontinenti post duodecimam noctis emissa inerit parti solutæ ante dictam horam, & censebitur ac si simul cum ipsa eodem tempore fuisset soluta.

36 Quintò, præceptum iniunctum Episcopis de non ordinando nisi Sabbatis quatuor temporum, *c. fin. 75. dist.* Satis adimpletur perficiendo mane diei Dominicæ sequentis ordines in Sabbato cæptos, dicto *cap. quod à patribus, ead. dist.* igitur & impleuitur præceptum recitandi, perficiendo die crastino officium, quòd fuerat hodierno cœptum, dummodo consecutiue id fiat.

37 Sextò, quia vt est probabile, posse eum licitè Diaconatum v. g. recipere mane illius diei, cuius vespere annum vigesimum explet, vt idem affirmat *disp. 5. quæst. 8.* quia vespera hoc casu trahitur ad mane; ita esse debet licere post mediam noctem recitare reliquũ officij præcedentis diei, quasi tempus illud post mediam noctem trahatur ad illud ante mediam noctem.

38 Septimo facit sufficienter præcepto annuæ confessionis obtemperare, qui vltima hora anni incipit confiteri, licet elapso anno cõfessionem perficiat. Quare cum non maior sit vnius, quam alterius præcepti vis, etiam quotidianę recitationis legi paruisse videbitur, qui cœptum congruo tempore officiũ incongruo adimplet.

39 Octauò, quia ea est natura rei vnicæ, & indiuiduæ, vt cœpta legitimo tempore, posit illegitimo finiri, ni aliud obsistat aut præceptum, aut impedimentum: Ergo cum officium diuinum sit indiuiduum, & vnicum, si ante duodecimam noctis inchoetur, nil oberit quominus & post duodecimam posit finiri.

40 Hæc sunt rationes quibus suam nititur suadere nouissimam opinionem Leander; verum illis non tantum deferendum constituo, vt speciem saltim probabilitatis habere auxim affirmare. Est enim inconcussum, obligationem recitandi respicere singulos dies, ita vt quolibet pensum officij sit necessario persoluendum, *cap. fin. 92. dist. c. dolentes, de celebr. Missar. Clement. 1. eod. titul.* Concil. Basil. *sess. 21.* Pius V. *in Bulla cuius meminit* D. Thomas 41 *quotlib. 5. art. 25.* Cum ergo dies quoad diuinum Officium intelligatur ab hora duodecima noctis præcedentis diei vsque ad duodecimam sequentis, veluti affirmant P. Sanchez *de Horis Canon 2. dub. 36.* Bonac. *tom. 1. eod. tractat. quæst. 3. puncto 3. nu. 2.* Castr. Palaus *2. tom. tractat. 7. disput. 2. punct. 4. num. 1.* Aegid. Trullench *1. Decalog. cap. 7. dub. 18.* D. Ioan. de Escobar, *de Horis Canon. quæst. 4. num. 117.* Et tandem post alios supra relatos, Idem Leander *dict. disp. 13. quæst. 22.* Ambigi nequit hoc tempore viginti & quatuor horarũ transacto, nullam officij partem posse persolui, etiam ab eo, qui paululum ante diei extremum recitare incipit; alioqui maiori spatio viginti & quatuor horarum circunscriberetur recitandi quotidiana obligatio.

Deinde, quia si verum esset, obliga- 42 tionem adimplere eum, qui parum ante mediam noctem incipiens recitare, partem Officij eo tempore, partem vero aliam post dictam mediam noctem persoluit; idem dicendum de alio quocunque obligato ad factum intra certum tempus, vt scilicet liberaretur incipiendo præstare factum vltima hora constituti temporis, dum consecutiue reliquum facti post terminum præstaretur. Quod ius non admittit, imò expresse detestatur, constituens, eo ipso eiusmodi obligatum teneri ad pœnã, vbi ad eam temporis extremitatem deuentum est, qua opus nequeat perfici: *l. cum stipulatus 113. l. stipulationes non diuiduntur 72. §. 1. vers. plane, l. hoc iure 10. de verbor. oblig.* Ergo, quia facti perfectio intra tempus designatum requiritur ad liberationem, & ne pœnæ stipulatio committatur; alioqui si inchoatio sufficeret, cum hæc vel vltimo termini momenti dari pos-

set, non antea pœna deberi dicendum erat, quam etiam extremum temporis constituti fuisset lapsum, vt ad incursæ dictæ pœnæ exactionem voluit Cõsultus in dicta *l. stipulationes non diuiduntur, §. si quis ita, primo responso, & in l. insulam. 124. ff. eodem*; cuius contrarium leges statuerunt.

43 Rursus conuincitur, quoniam actus non tribuitur tempori quo inchoatur, sed illi potius quo perficitur. Vnde satis ad rem Baldus *in l. si quis eum, §. 1. num. 3. ff. de vulgar. & pupil.* inquit, quod si notarius ante mediam noctem testamentum alicuius scribere incæperit, & post mediam noctem illud perfecerit, debere in testamento à Notario sequentem diem adijci, quia attenditur vltimum momentum, quo res perficitur. Argumento *l. contractus. C. de fide instr.* quam *ibidem* sequũtur Paulus Castr. & Alex. *num. 9.* Felin. *in c. Pastoralis, num. 15. de Rescript.* & Lazar. Fœnut. *de momento tempor. cap. 23. num. 1. cum seqq.* Vbi id nonnullis alijs exemplis confirmat. Igitur licet preces Horariæ fuerint ante mediam noctem incœptæ, cum tamen sequenti die fuerint absolutæ, potius hac die officium, quam præcedenti di-

44 ctum videbitur. Quod nihil proficiet ad liberationem, cum pensum vnius diei, non posit alia solui, vt alibi notauimus, & post alios obseruat Bonacin. *de Horis Canon. disp. 1. quæst. 3. punct. 3. prop. 2. num. 3.* recte D. Ioan. de Escobar *eod. tractat. quæst. 4. n. 120.*

45 Item facit, siquidem actus vltimo momento factus, nec valet, nec iuuat quando superst aliquid agendũ; vt ex Tiraquel. *de retract. part. 2. §. 1. glos. 7. num. 42. in fin.* tradit Fœnut. *vbi proxime num. 3. & 10.* probaturque expresse *in l. cum Syllanianum 11. C. ad Syllanian.* ibi. *Nihil enim actum esse credimus, dum aliquid addendum superst.* Ergo licet fuerit cæptum officium diuinum vltimo spatio præsentis diei, cum tamen supersit aliquid soluendũ, nil proficiet ad impletionem pręcepti; etiam si die sequenti recitetur, id est, post mediam noctem, cum hæc extrema (vti diuersis diebus) ratione temporis non posint coniungi. Maxime non subsistente, aut irrita manente illa parte officij soluta ante mediam noctem, ex eo quod alia pars deficiebat, iuxta dictæ decisionis mentem. Quod enim nullius roboris existit nullam vim habet trahendi ad se aliud; nec minus poterit ab alio trahi, vel cum eo coniungi. Est enim nullitatis con- 46
naturale vt nullum producat effectum, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. poss. contr. tabul. l. 2. ff. de auctor. tutor.* cum notissimis.

Adstruit hoc ipsum singularis Vl- 47
piani responsio *in l. 2. §. si quis tamen cum posset, ff. si quis caution.* vbi quærit, si quis cum posset non incidere in tempestatem, vel fluminis vim si citius & opportuno tempore nauigasset, an sit aliqua exceptione, vel excusatione iuuandus? Ex respondit huic fauendũ non esse, neque ei exceptionem concedi debere. Sic & eadem ratione nec excusandus, nec iuuandus erit sacerdos, qui cum per integrum diem potuisset pensum diuini Officij commode, & rite præstare, differre maluit in illud diei vltimum momentum, quo id perficere non valuit, etiam si reliquum officij post dictum tempus, sed alio die persoluerit, quoniam hoc vt intempestiuum nil prodest.

Item conducit *regula* illa iuris 174. 48
ff. de regulis iuris, quæ habet, *eum, qui potest facere, vt posit conditioni parere, iam posse videri*; & tamen nolle, vt subaddit ex Consulti mente, *ibidem* Petrus Faber. Ergo cum liberum fuisset eiusmodi initiato aptiori tempore recitare, ex quo non fecit, nolluisse videtur; ac consequenter lethale crimen admisisse effractione præcepti.

Et tandem expresius hoc euincitur 49
rationibus, quibus aduersæ facillime deprimuntur. Prima enim nec aliquid obstringit, cum & si fateremur septem Horas Canonicas vnicum constituere Officium diuinum (negant enim plerique) indiuiduitas illius ex eo non recte inferretur; cum vnicum officium

posit

posſit eſſe, & diuiduum, vt eſt. Non aliter ac domus, quæ licet vnica ſit ex quo tamen ex pluribus angulis, cœnaculis, & cameris conſtat, diuidua exiſtit. Nec quod omiſsio huius officij vnum tantum, & non plura peccata inducat ex ſententia aliquorũ apud Dianam *part.2. tract.12. reſol.5.* quidquam iuuat, cum hoc non tam ex indiuiduitate proueniat officij diuini, quã
50 ex vnitate: Quia vt recte inquit Diana *ſupra* omnes Horæ ſunt partes vnius officij, tamquam vnius actionis moralis integræ, & ideo illius totius vna eſt omiſsio integra; atque ita vnũ peccatum. Vel prouenit ex violatione præcepti, quo ſacerdos, aut Beneficiarius ſingulis diebus tenetur ſeptem Horas Canonicas recitare, quod cum vnicum ſit, vnum ſolummodo ipſius tranſgreſsio peccatum generat. Vt explicat P. Suarez *de Religione tom.2. lib.4. cap.25. num.18.* & P. Vazquez *in opuſcul. de benef. cap. 4. §. 1. dub. 5.* ex Syluestro *verb. Hora q.12. part.6.*
51 Nec maioris ponderis agnoſcitur ſecunda ratio, cum non æque procedat argumentũ recitationis Matutini alterius diei in Veſperis ipſius, ad caſum de quo noſtra diſſertatio; illud enim eo licite ſit, vt nec ſemel notauimus, quia more Eccleſiaſtico, & quoad integrum officium diuinum perorandum dies à Veſperis præcedentis diei exordium capit. *cap. de eſu carnium 11. de conſecrat. diſt. 2.* Quo circa Veſpere recitans Matutinum ſequentis diei non diuerſa, ſed eadem die recitat. Vocatur enim ſequentis diei Matutinum improprie, & magis ex modo noſtro loquendi, qui diem lucem tantum ipſam appellamus; quã quia re vera alterius diei ſit. Hic ergo veſpertinum tempus non trahit ad ſe diem ſequentem, vtpote infeliciter ratiocinatur Leander, imo componit cum mane ſequenti diem integrum, ex præſcripto ſuæ inſtitutionis Geneſ. 1. *Factum eſt veſpere & mane dies vnus.*
52 Corruit pariter dictæ opinionis tertium præſidium ex Miſſa deſumptũ, quæ dum inchoatur ante meridiem, poteſt multo poſt meridiem abſolui. Si quidem vt vel mediocriter in iure verſato innoteſcit, inde ſit, quia ſola Miſſæ inchoatio ante meridiem cadit ſub præcepto, non finis, vt cum Suario *tom. 3. in 3. part. diſp. 80. ſect. 4. verſ. dico ſecundo.* profert Aegid. Trullench. *in Bul. cruciat. lib.2. §. 5. dub. 3. num. 5.* Ergo dum congruo tempore incipiatur, de fine non erit curandum, quoniam & ſi hora quarta contingat, non indebito tempore celebratur; non aliter ac de celebritate ordinum diſpoſitum legimus *in dicto cap. quod à patribus 4. 75. diſt.* Vbi cum exordia conſecrandi in Sabbato fiant, vt in inſtituto Eccleſiæ cauetur, nil refert ſi continuetur ieiunium, quod in Dominicam ſequentem ordinatio protendatur. At in noſtro caſu diuerſa res ſe habet, cum non ſolum officium diuinum debeat ſpatio viginti & quatuor horarum incipi, ſed etiam ex præcepto abſolui.

Quartum itidem fundamentum nutat ex eo, quod vt nec longe notauimus, ſingulis diebus, vel quibuſque viginti quatuor horis præceptum recitandi integrum officium vrget, quæ certi temporis præſcriptio formam ſubſtancialem inducit. Sic Roland. *Conſil.72. num.71. lib.3.* Oſaſcus *deciſ. Pedemont.163. n.9.* Virgin. de Bouac. *in Conſt. Marchiæ gloſ. 6. num. 162.* Card. Thuſc. *pract. concluſ. iur. lit. F. concluſ.14. num.23.* Farinac. *2. fragm. litt. L. num. 303. verſ.6.* & illis ſubſcribens D. Ioan. de Eſcobar *de vtroq. foro art. 2. num.6.* Cœterum commune illud dicterium, ſcilicet, ineſſe videri, quod in continenti fit, minime aptatur his, quæ pro forma, & eſſentialiter requiruntur, vt ex Ripa *reſp. 13. num. 25. verſ. non obſtat dum dicit, vol. 1.* teſtatur Anton. Gabriel *commun. concluſ. lib.1. concluſ.15. num.25.* 53

Quintum etenim ſatis ſub motum manet ex dictis in reſponſione ad tertium; ſextum ergo diluamus, cui & ſi fuerit plene ſatisfactum illis, quibus *Hora 1.* contra eundem Leandrum oſtendimus, improbabile prorſus vi- 54

deri ordinatum mane illius diei, cuius vespere ætatem agit necessariam, suspensum non manere; tamen subnectam côcessa probabilitate huius sententiæ nihil ea in proposito consequi, quia nec similis est casus; ibi agitur solum de implemento ætatis; at in nostra quæstione lis est de præcepti obseruantia, quod singulis diebus replicatur. Ita, vt hodiernum excludat hesternum; & nemo licet peccauerit, fructusque beneficij restituere teneatur, ad solutionem omissi diuini officij pręterita die sequenti adstringitur. Sic Barthol. à S. Fausto *lib. 2. de Horis Canonic. quæst.* 189. *vers. Hinc qui pridie*. Ex quo eleganter obseruat D. Ioannes de Escobar *simili tract. quæst.* 4. *num.* 120. vbi enim certi dies sunt designati ad aliquid faciendum, ipsis elapsis id fieri non debet, nec potest alio tempore. Ita Bald. *in cap. licet, de supplend. negligent. Prælat.* Iason *in Auth. quæ supplicatio, n.* 5. *C. de precib. Imper. offer.* nam tempus determinatum alterius temporis functionem non recipit. Bart. *in l.* 2. *ff. de re iudic.* subscribit Nicol. Anton. Palma *in praxi rerum notabil.* 2. *part. glos.* 11. *n.* 7. Ergo vno die, duorum dierum obligationibus præsentis scilicet & præteriti nemo, & si duplex officium recitet satisfaciet. Nec contrarium exemplo ordinati mane illius diei, cuius vltima parte necessarium ætatem impleuat, dicitur.

55 Ad id vero de confitente vltima hora anni, septimo loco expensum respondetur, præceptum de annali confessione non exposcere integram confessionem intra metas cuiuslibet anni, sed tantum quod confiteatur: Satisque huic impositioni satisfecisse videbitur, quisquis confiteri congruo tempore incipit, & si ob temporis angustiam intra ipsum annum confessioné perficere nequeat. Cæterum præceptum recitandi quotidie, singulis diebus officij integritatem requirit, vt iam monuimus.

56 Vltimum tandem fundamentum, satis ex se eneruatur; cui enim probari poterit Officium diuinum rem esse indiuiduam, cum ex septem Horis diuersis recitandis temporibus componatur? Repugnat vtique diuise persolui debere, & tamen indiuiduæ naturæ esse. Cum illud sit indiuiduum, quod neque naturales, neque intellectuales partes recipit, veluti seruitus, *l.* 4. *§. Cato. l. stipulationes non diuiduntur* 72. *ff. de verbor. oblig.* docet Hothom. *de verbis iuris, verb. indiuiduum.* Maxime cum non solum officium diuinum per horas diuisionem admittat, sed & per singulos Psalmos, & Orationes, quoniam quælibet habet per se aut precem, aut laudationem, aut sententiam, quo circa etiam per longum tempus discontinuari posse multis ostendimus *supra Hora* 2. Et probat innumeris 57 adductis ipse Leander *dict. disput.* 13. *quæst.* 20. qui & *quæst. sequenti* ideo resoluit, non esse peccatum dicere Matutinum vespere, & Laudes Aurora sequentis diei (& si laudes proprius Matutinas preces vocari contendat Gasp. Barth. *aduersar. lib.* 5. *cap.* 17.) Ergo ex parte indiuiduitatis obtineri nequit, vt cœpisse sufficiat congruo tempore, licet post mediam noctem finiatur. Præsertim cum hoc absque culpa fieri non posse agnoscat idem Leander, tantum grauem culpam excludens, vers. *Tertio id probo*, ibi: *Poterit nihilominus quis saltem absque graui culpa, vsque ad mediam noctem, paulò minus differre; & tunc incipere officium, & absque interruptione complere illud vsque ad mediam noctem*. Quod vero sine culpa, & si leuissima fieri nequit, minime potest vt probabile tute defendi.

Ex quibus consequenter venit im- 58
probanda eiusdem P. Leander resolutio, *dicto tract.* 7. *disp.* 5. *quæst.* 17. Verum existimantis eum, qui cum masticaret buccellam panis audiuit duodecimæ noctis non solum primum pulsum, sed etiam vltimum, non teneri illam statim de ore eijcere, quin posse deglutire, & tamen die sequenti communicare: Contra Sancium *in select. disput.* 42. *num.* 20. Dianam 2. *part.*

tract. 14. *resol.* 51. *&* 3. *part. tract.* 4. *resol.* 36. Lugo *disp.* 15. *nu.* 26. Aegid. *quaest.* 80. *art.* 8. *num.* 49. quibus addendi Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 21. Garcia *de benef.* 1. *tom. part.* 5. *c.* 1. *à nu.* 524. Ioann. Machad. *in Perfect. Conf. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 8. *docum.* 4. *num.* 9. Et tandem contra communem omnium quotquot nunc extant.

59 Idque ea ratione, quia dicta buccella non imponitur hodie ori ab extrinseco; quod putat necessarium vt communionem posset impedire, ex D. Thoma, & Diana quos adducit. At hæc ratio inefficax est, ne dicam insubtilis, cum ieiunium, quod consistit in abstinentia, non infringatur inductione cibi intra os, sed ipsius traiectione in stomachum (imo & traiecti cibi ante mediam noctem indigestione, vt ex *glos. in cap. nil, vers. minimum* 7. *quaest.* 1. protinus appareuit.) Ergo hæc, & non appositio ori erit attendenda, aut post duodecimam noctis, vel antea cōtigerit, vt sequatur communio. Diana vero diuerso casu loquitur *part.* 3. *tract.*

60 4. *resol.* 37. Vbi citat Leander scilicet in traiectione reliquiarum alimenti præcedentis diei, quæ, eo putat, non violare ieiunium naturale, quia non per modum cibi, sed saliuæ deglutiuntur ex sententia aliquorum, quo in casu & si nec adeò vrgeat consideratio amotionis ad os; tamen quia inde quodammodo infertur, illas reliquias vtpote cibi alterius diei ita esse contritas, & assidua oris humiditate liquatas, vt saliuæ possint adscribi, non omninò erit ratio aspernenda.

61 Et conuincitur expressius ex eodē Leandro *quaest.* 18. *sequenti*, vbi reiecta opinione Suar. *disput.* 68. *sect.* 4. Vazquez *disp.* 211. *cap.* 3. *num.* 31. Filliuc. *tract.* 4. *num.* 236. Reginald. *lib.* 29. *num.* 119. Aegidij *quaest.* 80. *art.* 8. *num.* 48. *& seqq.* Syluij *ead. quaest.* Molfes. *tract.* 3. *cap.* 10. *num.* 13. Bonacin. *disp.* 4. *quaest.* 6. *punct.* 2. *num.* 7. Dian. 2. *part. tract.* 14. *resol.* 59. *& part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 15. Hurtad. *disp.* 9. *diff.* 15. Lugo *disp.* 15. *num.* 26. *&* 37. Philibert. *tract.* 3. *de sacrific. Missæ part.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *&* 7. Granad. *tract.* 10. *disp.* 8. *num.* 4. Et aliorum, probabile item putat, ante mediam noctem aliquid Sachari ori imponentem paulatim traijciendum, & partem ante, partem vero post duodecimam noctis traijcientem posse in crastinum communicare, ex Tabiena *verb. cōmunicare*, §. 49. Barth. ab Angelis *in examer. confess. dialogo* 4. §. 214. *litter. A.* & Brund. *in Theolog. moral. part.* 1. *tract.* 10. *quaest.* 22. Si tamen ea intentione Sacharum sumpserit, vt totum ante mediam noctem degluciat, qua existente, quidquid post mediam noctem in pectus stillauerit, quasi die præcedenti stillasset habendum est, vt nec communionem impediat. Ergo sola appositio cibi die antecedenti non sufficit, vbi aliquid sequenti die fuit in stomachum immissum ad hoc, vt cōmunicare liceat; cum potius animo & intentioni deglucienđi standum sit, an diem vel antecedentem, vel subsequētem respexerit? Ex quo etiam hæc vltima ipsius opinio satis refellitur, necnon & ex eo, quia sola intentio minime efficere potest, vt quod vere hodie traijcitur, non frangat hodiernum ieiunium.

Est & memoratu dignissimū, quod 62 licet ex iuris communis dispositione Canonicus Theologus dum lectionis causa à Choro abest, nullas distributiones lucretur, ex sententia Glossæ *in cap. nonnulli, de Magistris*; tamen vt debito muneri diligentius incumbat à S. P. Gregorio XIII. fuit indultum, vt non solum pro horis, quibus legit, sed pro omnibus indistinctè quoad effectum percipiendi dictas distributiones pro præsente habeatur, vt quidquid integris duodecim horis diei naturalis Canonicis in Choro præsentibus deberi contigerit, siue ratione Horarum Canonicarum, siue Missarum, aut alterius cuiuscunque emolumenti; id omne Theologo absque diminutione aliqua sit præstandū, vt hoc vltimum Sacram Eminentissimorū Cardinalium Congregationem declarasse *in vna Oriolen.* 12. *August.* 1628.

1628. testatur August. Barbos. *de Canonic. & Dignit. cap. 27. num.* 35. & primum obfirmant Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 9. vers. similiter*. Gonçalez *in regul. 8. Cancellar. §. 7. prob. num.* 180. Nicolaus Gars. *de benef. part. 3. cap. 2. num.* 118. Armendar. *in addit. ad Recop. leg. Regn. Nauar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de Residentia num.* 68. Moneta *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 10. nu. 27.* Aloys. Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 495. *&* 498. *in prima editione, alias resol.* 286. *num.* 6. *in secunda editione.* Ex quibus idem Barbosa *supra num.* 33. *& de potest. Episcop. allegat.* 56. *nu* 8. Qui semel & iterum ita Eminentissimos Cardinales definisse re-
63 fert. Consentit alijs adductis D. D. Ioann. Solorçan. cuius ingenio nil finxit natura vel mollius, vel dulcius, vel felicius, *tom. 2. de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 44. *num.* 33. Ioann. Machad. ipsius memor. *in Perfecto Conf. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 5. docum. 7. num.* 1.

64 Deinde pernoctare dicitur extra vrbẽ Pręses, aut extra domum vxor, qui, quæ ve nulla parte noctis in vrbe, vel domo fuit *l. Vrbana Familia* 166. *§. pernoctare, ff. de verbor. sign.* *Pernoctare extra vrbem intelligendus est*, inquit Pomponius, *qui nulla parte noctis in vrbe est*, Per, *enim totam noctẽ significat.* Siue duodecim horarum totum circulum, quo noctem circunscribi initio diximus, & probat Lilius Gregor. Girald. *de annis & mensibus, pag. mihi* 603. qui idcirco inanem eorum dubitationem dicit in Epistol. Seruij Sulpitij *lib. 4. familiarium*, qui nesciunt quo pacto ad Kalendas Iunias noctis hora decima dicatur, vbi agitur de nece M. Marcelli, ignorantes æque noctes vt dies diuidi in horas duodecim. Cuius pernoctationis sensum nec infelicius confirmatur verbis Petri Halloix *tom. 2. Illustr. Oriental. Eccles. Scriptur. in notat. ad cap. 7. vitæ S. Albertij in fine.* *Sic & S. Homobonus Confessor* (hæc sunt) *cum propinquante mortis hora vesperi ad templũ accessisset, ibique in precationibus vsque ad horam diei primam ex more pernoctasset.* Ex more, nedum suo, sed & Christi subaudiri potest, cum & ipse in oratione pernoctare soleret. *cap. plerumq; §. his ita respondetur; Eo vers. legitur enim quod Saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra: Et de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat: Vt vel pernoctaret in oratione. 2. quæst. 7.*

Consentit *l. illud* 15. *ff. de Offic. Præsid.* vbi Marcianus illud obseruandum dicit, ne qui prouinciam regit, fines eius excedat, nisi voti soluendi causa, dum tamen abnoctare ei non liceat. Est enim abnoctandi & pernoctandi eadem perfecta significatio, quæ totam duodecim horarũ nocturnam seriem complectitur, vt *ibidem* post Glossam notant omnes, & Petrus Rebuff. *in dicta l. vrbana §. pernoctare in principio.* Non aliter ac totius noctis appellatio *in l. 3. vers. sciendum. ff. de Offic. Præfect. Vigil.* cum Præfectum Vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis, & dolabris, scribit Paulus: adeo, vt nec sufficeret, veluti refert Petr. Rebuf. supra excubias agere vsque ad mediam noctem, sed tota nocte coerrare deberent. Quod sum 65
me notam dum pro Prætoribus nostræ Regiæ Curiæ, Præsidibus, & alijs iudicibus, quibus similis cura patrijs legibus iniungitur, præsertim *l.* 20. *tit. 6. lib. 2. nouioris recollectionis*, cuius 66
decisione inuigilandi forma ita præscribitur, vt inter plures certis & successiuis horis munus diuisum, tota nocte obambulent, ideoque profert *dicta l. §. 7. Que cada vno de los dichos Alcades reparta à sus diez alguaciles, y porteros las horas de aquella noche, como le pareciere que mas conuiene, y de manera que por lo menos hasta que amanezca, siempre an de rondando por cada quartel vno de los dichos diez alguaciles, distribuyendoles las horas que ha de rondar cada vno.* Et vt patet *ex §§. sequentibus* vnusquisque, siue Pręses, siue satelex, vel apparitor deputatis horis & locis, seu vicis oberrare sic tenetur, quasi sui officij potissima munia in oberrando

do consistant, veluti §. 19. verba de-
67 monstrant, ibi: *Si no que todos ronden, y acudan à la dicha visita; de manera que la primera y la mayor obligacion de sus officios sea esta.* Aliter vero de omnibus nocte commissis singuli pro ratione temporis & horæ, qua acciderint tenebuntur, vt sententia complectitur §. 20. *Que los dichos alguaciles, y escriuanos sepan, que todos los delitos, escandalos y ruidos que sucedieren en su quartel de dia, o de noche, hã de ser por su quenta, si no los aueriguaren y prendieren los delinquentes.* Consentit Alberic. *de statutis, quæst.* 158. *part.* 2. & Petr. Re-
68 buf. *loco proxime adducto*, dum inquiunt iudices, qui tota nocte oberrare debent teneri de commissis post mediam noctem, nisi aliud statuto caueatur; & si eiusdem Alberici opinioni standum est, *ibid, & in l. nam salutem, §. effractura, num.* 2. *vers. sed quid si custodes ff. de Offic. Præf. Vigil.* vel nisi aliud inter eos fuerit conuentum, qui ad integræ noctes excubias tenentur. Nam si officiales iustitiæ, aut custodes castri inter se vigilias, vel custodiam diuiserũt, vt alij vsque ad mediam noctem, alij vero vsque ad exorientem Solem vigilarent; ijs cubantibus, aut dormientibus qui ex pacto ad vigilias tenebãtur, si castrum adoriantur hostes, docet Albericus absoluendos esse alios dormientes, qui ex lege pacti ad vigilias eo tempore non tenebantur. Quem sequitur Gerard. *singul.* 37. *num.* 1. Ias. *in l. vnic. §. si procurator, num.* 5. *ff. si quis eiusd.* quod probant *ex l. Diuus* 14. *ff. de Offic. Præsid.* ibi: *Cum autem ex litteris tuis cognouerimus, tali eum loco, atque ordine esse, vt à suis, vel etiam in propria villa custodiatur: rectè facturus nobis videris, si eos, à quibus illo tempore obseruatus esset, vocaueris, & causam tantæ negligentiæ excuseris, & in vnumquemque eorum; prout tibi leuari, vel onerari culpa eius, videbitur constitueris, &c.* Ex quibus deduci videtur consanguineos, qui ad furiosi custodiam obstringuntur, etiam apud nostros *l.* 9. *tit.* 1. *part.* 7. si inter se diuiserint, pro modo temporis quo vnusquisque seruare debebat, de commissis à furioso teneri.

Cæterum licet hoc respectu priuatæ custodiæ, vt est furiosi, admittat Polidor. Ripa *de nocturno tempore, c.* 75. *num.* 6. in alijs vero qui ad publicam arcis, vel ciuitatis custodiam ex officio tenentur omnino respuit, ni adsit consuetudo, aut Principis assensus, qui id permittat, cum ex dicta *l.* 3. *§. sciendum, ff. de Offic. Præf. Vigil.* quæ Præfectis obligationem per totam noctem vigilandi iniungit. Tum etiam, quia quæ sunt publicæ auctoritatis, nõ possunt propria diuidi voluntate. Vnde tutores, qui citra iudicis auctoritatem tutellam diuiserunt, minime excusantur, sed insolidum omnes tenentur, *l. si diuiso, C. de diuidenda tutela.*

Et quam maxime congruit presenti 69
inspectioni duodecimæ horæ, quod dicta *l. recollectionis §.* 13. disponitur teneri, scilicet, antiquiorem Curiæ Præsidem singulis diebus ante meridiem summum Castellæ Præfectum de illis omnibus certiorem facere, quæ præcedenti nocte contigerint, & de quibus fuerit à cæteris Præsidibus, & satellitibus admonitus. Hæc sunt verba: *Que el mas antiguo de los dichos Alcaldes estè obligado todos los dias a dar quẽta muy particular, por su persona, ò por escrito, antes de medio dia, de todo lo que los dichos seis Alcaldes y Alguaziles le huuieren dado de la noche antes, al Presidente de el nuestro Consejo, para que el lo tenga entendido, y nos la pueda dar de lo que conuiniere à nuestro seruicio.* Cuius dispositionem ad Prætorem item, hoc est, *al Corregidor*, & Proprætores, id est, *Tenientes* ipsius Curiæ produxit nouissimè *Decretum* 217. optime Gubernationis, quod *auto de buen gobierno* solet nuncupari, vt habetur *in excussis pagina mihi* 83.

Sed vt ad vxoris pernoctationem 70
redeamus, diuortij iustam suppeditãtem causam, *l. consensu* 8. *§. vir quoque, C. de repudijs*, ob adulterij suspicionem inde prouenientem, de qua Mascard. *de probat. conclus.* 60. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 41. & Polidor.

Ripa

Ripa *dicto tract. cap.* 168. *num.* 1. Eo pertinet illud Q. Mutij apud Aulum Gellium *noct. Atticar. lib.* 3. *cap.* 2. qui euulgare, solebat non esse vsurpatam mulierem, quæ cum Kalendis Ianuarijs apud virum causa matrimonij esse cœpisset; ante diem IV. Kalendarum, Kalend. Ianuarias sequentes vsurpatum esset. Cum non impleretur trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex duodecim tabulis deberet; quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis, argumento *l. naturaliter*, 5. *l. in vsucapionibus* 6. *l. ideòque* 7. *ff. de vsucap.* meminit Alciat. *in dicta l. Vrbana*, §. *pernoctare num.* 9. *vers. quæritur quid sit.* Vbi Gellianam scripturam corruptam notat, ex loco verbi *abesse à viro*, reponendum arbitratur, *quæ trinoctio abnoctasset.* recenset Polidor. Ripa *dicto cap.* 168. *n.* 3.

Nec magis viro licet eiusmodi per-
71 noctatio extra domum, cùm nocturno tempore debeat vxori adesse, ex illa celebri sententia Bart. *in l. Mæuia nepotem* 13. §. *vxore, num.* 2. *vers. Doctores nostri, ff. de annuis legat.* Qua testatur, communiter Doctores concludere, legatû alicui, vt cum aliquo cômoretur, eam admittere interpretationem, vt in die moretur cum quo debuit virtute legati, de nocte vero cum vxore sua, vt ei debitum reddat. Argumento *l. Medicus l. cum patronus in fine l. penult. in fine, ff. de operis libertor.* cui subscribit Polidor. *dicto loco n.* 7. *& prius cap.* 34. *nu.* 1. idque adeò verum putat glos. *in cap.* 1. *verb. seruitia, de coniug. seruor.* Vt si seruus nocturno
72 tempore (ita enim subaudiri debet, cum potissimum soluendi debitum têpus sit nox) eodem instanti, ex ab vxore causa debiti, & à Domino seruitij occasione postuletur; ad vxorem potius accedere obstringatur, improbata sententia aliorum, qui prius Domino esse obtemperandum docent. Tum quia obligatio qua erga vxorem tenetur, est spiritualis & Sacramentalis, qua vero domino adstringitur temporalis solummodo, vt notat glos. marginalis *in dicto cap.* 1. Tum etiam, quia ex eo quod prius vxori respôdeat nullum præiudicium, vel saltim modicum fiet Domino propter moram modici temporis: Nisi Dominus in auxilium personæ suæ peteret seruum suum, Veluti sentit glos. *dicto vers. seruitia.*

Nilominus pro Domino hoc casu vocante seruum, stat lex nostra patria, 2. *tit.* 5. *part.* 4. maxime vbi nullum incontinêtiæ periculum ex eo possit vereri, quod relicta vxore Domino morem gesserit, accipe verba: *Llamando el Señor à su sieruo para mandarle que faga algun seruicio, si en aquella mismaſaçon le llamare su muger, que cumpliesse sudebdo, en tal manera ante debe el sieruo ir à facer el mandado de su Señor, que con la muger, fueras ende si entêdiesse el marido, que si non fuesse entonce à ella que faria enemiga con otro.* Fortè, quia ea obligatione innodatus matrimonium côtraxit, argumento *cap. ex literis* 5. *de pignorib.* quo circa cum vtraque actio,
73 vxoris, nempe, & Domini, serui corpus respiciat; Dominicæ, vtpote priori & potentiori magis deferendum erit, *l. qui balneum, in princip. l. potior, in princip. ff. qui potior. in pignor. hab. l. si fundum. C. eodem, cap. qui prior*, 54. *de regul. iuris, lib.* 6. *l.* 27. *&* 29. *tit.* 13. *part.* 5. *cum notissimis.* Maxime cùm & matrimonium species sit seruitutis, vt ex glos. 1. *in cap. mulieri, de iure iurando*, Baldo *in l. bonæ fidei num.* 12. *C. de rebus credit.* Zasio *cons.* 3. *vol.* 2. *nu.* 26. notat Thom. Triuisian. *de priuileg. sponsal. priuileg.* 1. *num.* 17.

Aliter vero distinctione adhiuita rem digerit nouissime Anton. Diana *resolution. moral. part.* 7. *tract.* 7. *resol.* 38. *Aut enim*, inquit, *seruus duxit vxorem inuito & reluctante Domino, & tûc potius Domino, quam vxori debet obtemperare. Siquidem ita contrahendo, non potuit Domino nocere, vel iuris sui prioritatem auferre: Aut vero Domino assentiente contraxit, & hoc casu primo vxori, & de hinc Domino adesse debere, quoniã ex eo quod dicto matrimonio consensit, hoc implicite voluisse videtur.* Vnde si eadem hora impossibilia essent redditio

debiti,

debiti, & mandatum Domini; prius vxori, quam Domino pare teneretur.

74 De presbytero ergo siue laico, qui post cœnam & crapulam nulla interiecta dormitione pernoctauit, solet disquiri, an recte die sequenti sacrificet, vel communicet? Et licere, commune extat scribentium placitum, vt post D. Thom. *quæst*. 80. *art*. 8. *ad quintum* obfirmant Nauar. *cap*. 21. *num*. 53. Reginald. *lib*. 29. *num*. 119. Sot. *dist*. 12. *quæst*. 1. *art*. 8. Henriq. *lib*. 8. *c*. 49. Graf. 1. *part*. *lib*. 2. *cap*. 44. *num*. 1. Suarez *disput*. 68. *sect*. 4. *vers*. *sed quid*. Barth. ab Angel. *dialog*. 4. §. 218. Filliuc. *tract*. 4. *cap*. 8. *quæst*. 10. *num*. 237. Bonacina *tom*. 1. *disp*. 4. *quæst*. 6. *puncto* 2. *num*. 11. Fagund. *præcep*. 3. *lib*. 3. *cap*. 5. *num*. 6. & nouissime P. Leander *resolut*. *moral*. *in sept*. *Sacram*. 2. *part*. *tract*. 7. *disp*. 5. *quæst*. 45. Et his mouentur, quia contrarium nullibi cautum inuenitur; & quia dici ieiunus à media nocte, seu duodecima potest, qui nondum cibum digessit. Ex quo sequitur, subiungit Bonacina, sacerdotem qui in vigilia Natiuitatis Domini pransus est, vel ientaculum sumpsit prope mediam noctem, posse post mediam noctem celebrare quamuis non dormierit, & cibum non digesserit, nam dicitur ieiunus à media nocte, ex Rodrig. *cap*. 249. *de Missa num*. 11. cuius in aliam rem iam meminimus.

Oppositum tamen sentit glos. *in cap*. *nihil verb*. *minimum* 7. *quæst*. 1. Vbi pransum & non ieiunum quo ad sumptionem Eucharistiæ habendum profert, qui post duodecimam noctis præteriti cibi indigestione laborat, & ipsius eructationes patitur. Quasi eo die traiectus cibus credatur, quo in stomacho durat, & indigestus gulam petens, iterum ori apponitur. Cuius sententiæ extitisse Ioannem de Lapide, & alios refert P. Leander supra, sed tamen nullo iuris testimonio firmasse.

Quod nec inficiari audeam, cum præfatam glossæ opinionẽ confirmet text. *in cap*. *si constiterit* 12. *de accusat*. Quod miror doctissimam glossam latuisse. Ibi enim presbyter de vinolẽtia accusatus, & quod in taberna pernoctauerit, ita quod altera die nulla præmissa dormitione Missam cantasset, vti peccaminosus beneficio priuatur; à quo si dormisset, ob solam vinolentiã, & ebrietatem tantum suspenderetur, *c*. *crapula* 14. *de vita & honest*. *clericor*. Ergo minime licet ante dormitionem, 75 vel digestionem, citra culpam ad Eucharistiam accedere: Quia vt repetit ibidem glos. verb. *dormitione*, nõ videtur ieiunus, sed pransus, qui post mediam noctem insomnis permansit, hoc est indigestus. Ita enim dormitionis verbum interpretatur plerique *indicto cap*. cum somno ipso digestio fiat iuxta Hippocrat. *lib*. 6. *de morb*. *popular*. *p*. 4. & 5. Galen. 2. *de causis simpthomat*. ex quibus ita concludit Sorapan *in Medicina Hispanica part*. 1. *refran* 6. Guliel. Stuckius *antiquitat*. *conuiuial*. *lib*. 3. *cap*. 25.

Hinc, qui data opera nimiò plus se ingurgitant, sicque intemperate stomachum replent, vt nec per diem decoquere possint somno indigent ad digestionem, & quidem plus solito. Idcirco veteres vbi crapula, aut cibo grauidi, ad sextam horam meridianam sequentis diei sopori indulgebant. Ita Rutil. Lupus *lib*. 2. *de figuris sententiar*. *Nam simul*, inquit, *atque sex prioribus horis diei* (sic enim emaculandum locum censet Gasp. Barth. *lib*. 55. *aduersar*. *cap*. 1.) *nimia cibi ac vini satietate, vix meridiano tempore plenus crapula est expetectus*. Consentit Seneca: *Nonnulli*, scribit, *maiorem partem noctis in conuiuijs exigunt, vino vero madentes & mersi vsque ad horam sextam dormiunt, hoc est matutinum eorum*. *Et Epistola* 122. *Turpis qui alto sole semisomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit, & adhuc multis hoc ante lucanum est; sunt qui officia lucis noctisque peruertunt, nec ante diducũt occulos hesterna graueis crapula, quam appetere nox cœpit*, quibus idem Barthius subscribit *vbi proxime*: *Rectè* inquit, *crapula & cibo graues, officia lucis noctisque peruertere, cũ die ipso somnum capiant, quem nocte nimia oppletio deterruit*. Huc respexit Ecclesiast. *cap*. 31.

cap.31. vigilia, & cholera, & tortura, viro infrunito: Somnus sanitatis in homine parco, dormiet vsque in mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Nihil magis experimento cognitum, quam eum qui se cibis impleuit vsque ad satietatem, non posse dormire, sed aut totam noctem vigilare, huc & illuc se se iactantem, neque posse loco consistere: aut dormire somnum grauem cum multis horrendisque insomnijs, neque eum longum, sed crebro interruptum, ac cum cholera non nunquam & tortura, hoc est, cum anxietate vẽtriculi & vomitibus cibi corrupti, aut nauseis, & ructibus nidorosis (hic affectus vocatur ab Hippocrate cholera sicca) & cum torminibus intestinorũ. Illud quidem ob cibos corruptos, qui adhuc in ventriculo hærent, hoc ob eos, qui in intestina descenderunt: Eũ vero qui parce, aut citra saturitatem cœnauit, dormire vsque in mane, & animam eius cum ipso delectari, hoc est, magnam ex somno voluptatem capere, & expergisci alacrem, & expeditum: Quod quidem signum optimè peractæ coctionis, atque adeò bonæ valetudinis est.

Verum quidquid hęc euincant, & superius enumerati defendant, aliud tamẽ consuetudine admissum in ijs qui casu, aut stomachi debilitate eiusmodi cruditates patiuntur, certo comperi-
76 mus, cui etiam in materia Eucharistica standum, probat text. *in cap. illa autem 11. vers. alia vero 12. dist.* ex quo ita notauimus *annalibus nostris de ætate ad omnes humanos actus requisita anno 11. quæst. vnic. num. 9.* Præsertim cum nec defuerit qui existimet somnum ad ciborum cogtionem minime necessariã, quasi rectius vigilia fiat, vt cõtra Hippocratem, & Galenum validissimis rationibus contendit Laurent. Joubertus *Decad. 1. paradox. 8.* qui & inter alia illud profert: *Quamobrem vigilans plus ciborum concoquit sex horis, quam dormiens horis duodecim. Propterea & matutina vigilia, & exercitio adhuc egemus prius quam sit prandendum.* Ergo tantũ abest (si Jouberto credimus) quod lautissime cœnans, si in somnis nocte præterierit à cęlesti prandio sequenti die arceatur, quod imo ex eo vti magis digestus securius ad illud deberet inuitari.

Nec ab his dissonum videtur, iram 77
in odium & læthalem culpam transire, si vltra duodecim horas diurnas perseuerauerit, & nocturna extiterit iuxta Apostol. *ad Ephesios*: Quoniam vt pulchrè Ambrosius, die orta, cum die decidat oportet. Theodoretus: *Iræ mensuram dedit mensuram diei; veretur enim ne nocte quiescens cogitatio morbum augeat: Ira enim diuturna atque inueterata fit odium.* Vnde Tertul. *de pacientia cap. 14. Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis vna die sine pacientia manere.* Cui quasi consentiens S. Paulinus *Epistola ad Desiderium: Nec spectem*, scribit, *vt Sol occidat super iram meam, ne occidat vita mea, si ante clauserit vesper diem, quam extinxerit pax furorem.* Admonet item P. Ludouic. de la Cerda *in dictũ locum Tertuliani, num. 232.*

Hinc perfulget verus sensus Toletani Concilij in *cap. vnum orarium, §. aliás, vers. & quamuis 25. distinctione.* Vbi peccata capitalia recensens, tandem vltimo subijcit: *Et si longo tempore teneatur iracundia, & ebrietas.* Longum enim tempus hic ad incursionem læthalis culpæ ex iræ aut ebrietatis perseuerantia, vnius tantum naturalis diei subauditur, vel vt expresius loquar, nõ maioris spatij duodecim horarum lucis, ex proxime notatis. Quo item respexisse videtur Fabianus Papa *in cap. si quis iratus, 5. 2. quæst. 5.* cum definijt, quod si quis iratus crimẽ cuilibet temere obiecerit, conuitium non est pro accusatione habendum: Sed permisso tractandi spatio, si id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum fateatur. Spatium equidẽ quod irato indulgendum desiderat, quis ambigit duodecim horarum, & quidem diurnarum futurum. Quo elapso si scripto quis obiectum crimen fuerit attestatus, accusationis vicem subiuit. Nec eandẽ respuit explicationẽ text.

in

in cap. diuortium, de pœnit. dist. 1. Vbi calore iracundiæ misso repudio, si in breui reuersa est vxor, non diuertisse videtur. Id est, si intra circulum duodecim horarum reuertatur; hæc enim breuis habetur temporis intercapedo, quam si ira non excesserit, nec in odiũ vertetur, nec in diuortiũ si interea regressa sit vxor. Non enim tunc ratio humana sufficiens tempus habuisse videtur deliberationis, quo debeat re primere motus, ne in grauius scelus procedant iuxta Alex. de Ales, quem sequitur Turrecremata *in dicto cap. vnũ Orarium. num.* 9.

78 Illudque etiam minime latere debet, quod indicat S. Chrisostomus *Orat.* 2. *aduersus Iudæos*, vt inconstantiam nostram in propugnanda cœlestis beatitudinis laurea improperat, scilicet, spectatores in Olympicis certaminibus duodecim horis absque aliquo recessu indefessos adstitisse. Chrisostomi verba hęc sunt: *Absurdum fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie à medio noctis vsque ad meridiem* (quod duodecim conficit horas diei ciuilis) *durare spectantes, vt videant, cui cæsura sit corona, nudoque capite excipere Solis radios, nec prius abscedere, quam de certamine fuerit pronuntiatum: Nos vero nunc, quod certamen sit non de tali corona, sed de corona immortali, defatigari, tædio affici.* Quo testimonio vt singulare notat Aloif. Nouarin. *Schediasmat. Sacroprophan. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 31.

79 Item nec erit obliuiscendum, operarijs, quos *Iornaleros* dicimus, mercedẽ esse vltima cuiusque diei hora, cui duodecima respondet, necessario soluendam. Quoniam vt inciuile est pensionem peti, nisi omnibus partibus eius temporis præteritis, de quo inter partes cõuenerat, ex Accursio *in l. Aede C. de locat. l.* 1. *§. si pensio de migrando*, Bart. *in l.* 1. *§. Diuus, ff. de varijs & extraord. cognit.* Renato Choppin. *de priuileg. rustic. lib.* 2. *cap.* 8. Sic nil adeò ciuile quàm mercedem diurnã, elapso iam die extrema ipsius horâ deberi, ac exigi posse. Cardinal. *in clement. vlt. quæst.* 13. *de præbend.* Asinius *in prax. §.* 31. *cap.* 31. *num.* 36. Vincent. Carroc. *de locato part.* 4. *quæst.* 2. *quæstion.* 13. *principal. num.* 2. Docentes mercedem dari debere poteſt finitas operas, sed ante solis occasum. Quod ex Deuteronomio mutuatum agnoscitur *cap.* 24 *vers.* 14. *Non negauis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pecuniam laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suã: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Quo sensu dictum videtur illud Leuitici 19. *vers.* 13. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*: Et aliud Tobiæ 4. *vers.* 15. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercem restitues, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.* Debet est enim præstatio mercedis diaria, quia magis insumptus diurnos erogari videtur, quam solarij nomine, vt expendit Renatus *supra*, & probatur adducto Deuteronomij testimonio ibi: *Quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam.*

Quod de illis operarijs intelligunt 80
Bartol. *in l.* 1. *§. Diuus, ff. de varijs & extraord. cognit.* Cauallin. *melliloq*, 694. & Carrocius *vbi proxime num.* 1. qui ad modum pauperes non sunt, quoniam si egestate præmantur, poterunt de mane, & ante exhibitas operas mercedem exigere, vt melius ita sibi, suisque prouidere possint, ex eodem Bart. *in l.* 2. *C. locat.* Speculat. *in tit. de Salario, §. sequitur. vers. Et quando.* Ioann. And. Bald. *in l. diem functo, num.* 6. *ff. de Offic. assessor.* vbi Ioann. Bologn. *n.* 21. *Sum. Angel. verb. locatio, num.* 12. Benincas. *de paup. quæst.* 8. *spect. num.* 17. Ioann. Lup. *in cap. per vestras, §.* 11. *n.* 14. *de donat. inter vir. et vxor.* quos sequitur Vincent. Carrocius *dicto n.* 1.

De qua etiam hora duodecima acci- 81
pendum admoneo terminum occasus solis, qui frequenter indulgentiarũ, & Iubilæorũ acquisitioni solet à Põtificibus præscribi. Vt plurimum enim sub hac forma conceduntur, à primis vesperis festi, vsque ad occasum solis

diei sequentis. Vsque ad horam vigesimamquartam in Italia, subiungit Theodor. Rubeus *in Horario Vniuersal. Ecclesiast. cap.* 25. Qua Sol occidit, vel alia hora Sol occidit iuxta horas aliarum Regionum. Quæ hora vigesima quarta in Italia, vel alia hora occasus Solis extra Italiam, est finis diei artificialis, nimirũ temporis quo Sol supra Horizontem commoratur. Aliter vero præfata verba intelligi etiam posse arbitratur, vt non accipiantur de occasu corporis solaris, & sic quod occasus solis extendatur ad totam durationem crepusculi, quod de vespertino intelligitur, cum Matutinum appelletur Aurora. Et sic in fine diei vulgaris: Vulgus enim totum tempus, non tantum quo Sol est supra Horizõtem, sed etiam ex quo illucescit dies, vsquè ad finem illuminationis, à principio, scilicet, Auroræ vsque ad finem crepusculi advocat diem.

Et hoc vltimum magis probatur Francolino *cap.* 93. *à n.* 3. *vsque ad* 9. ab eoque non esse recedendum putat idem Theodor. cum materia sit fauorabilis, & nemini præiudicialis, accedente præsertim obseruãtia, & occulta summorum Pontificum vigilantia. Namque Francolini opinionem egregie confirmari, ait Rubeus, ex his, quæ superius dixerat *cap.* 19. *n.* 4. *§. et ex his patet*, videlicet, ortum Solis non intelligi, quando substantia Solis oritur, sed quando apparent radij solares, quod contingit in fine crepusculi. Cui & suffragari personarum commoditatem, artificum, agricultorum, & similium notat, vt de Missæ sacrificio in Aurora scripsit *dicto cap.* 19. *n.* 6.

82. Vtrum autem possit Episcopus edicto prohibere ne clerici, aut laici, vltra duodecimã noctis tertiæ feriæ carnispriuij laruis delectentur, vel choreas ducant? Venustissimæ satis disquisitionis est. Quam eruditè admodum disputat Oldrad. *consil.* 62. *incipienti, et circa*, & Ioann. Neuizan. *in Sylua nuptial. lib.* 4. *num.* 67. Qui in ea hæc tria disquirunt, an liceat, an deceat, & an expediat. Et primum quod liceat Episcopo hoc interdicere suadetur, quia id omne potest prohibere ex quo timetur peccatum, *cap. nouit, de Iudicijs.* Sed ex choreis, & si malæ non sint *cap. et cognouerunt, de pœnit. dist.* 2. frequenter solent mala oriri; ergo possunt merito ab Episcopo etiam laicis interdici. Deinde, quia id expresse firmare videtur Præpositus *in cap. cum cessante, de appel.* dum Principis edictũ valere, inquit, quo eiusmodi choreæ de nocte prohibentur.

At oppositum verius iudicatur, quoniam Episcopus nullam aduersus laicos obtinet iurisdictionem, nisi vbi adest peccatum, vt notatur in dicto *c. nouit.* Choræ vero & laruæ ex natura sua nullum continent peccatum, vt diximus, ergo nequam laicis illas prohibere poterit. Et facit, quia talis ludus 83
sit vt eo recreati efficiantur proniores fideles ad quadragesimale ieiunium, *c. Conuiuia,* 44. *dist. cap. non mediocriter, de Consecrat. dist.* 5. docet glos. *in cap. donare,* 86. *dist.* Panorm. *in cap. et si Christus, penul. notab. de iure iur.* Exemplo Saluatoris Christi, qui secundum Bonauenturam *in meditat. de Passione Domini.* Iam imminẽte Passione abijt oblectationis causa in Bethaniam. Ergo cum hoc sit honestum, impediri non debet.

Secundò, quod hec prohibitio deceat, adstruitur, quia indecens est vt 84
quadragesimali tempore quo pœnitẽtiæ vacare debemus, choreis & tripudijs delectemur, *cap. non oportet. el* 1. 33. *quæst.* 4. *cum duobus seqq.* maxime cum ad consequendam perfectam gratiam remissionis peccatorum oportere sentiat, text. *in cap.* 1. *circa finem, de pœnit. dist.* 5. abstineri à spectaculis & ludis. Contrarium tamen sequendum videtur, cum ob antiquam & immemorialem consuetudinem absumendi integram eiusmodi noctẽ ludis & choreis, quæ iam priuilegij vicẽ obtinuit. *l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quot. et æstiua*, cuius interruptio molestiam 85
proculdubio & scandalum generaret, *cap. delicta, de excessib. Prælat. l.* 2. *de Const. Princip.* Tum etiam, quia S. Pontifex

tifex & reliqui Episcopi tollerant dictas choreas ea nocte ad saturitatem. Essetque nimiæ præsumptionis velle corrigere, quod à reliquis Episcopis irreprehensibile iudicatur, *cap.* 1. *&* 2.
86 *& cap. quemadmodum*, 12. *dist.* Et tandé conuincitur, quia & si quo ad esum carnium quadragesima post cœnam incipiat, *cap. denique*, 4. *distin.* quoad festa & opera nondum est quadragesima ante lucem diei cinerum, *cap. si præfodiens*, *vbi Felin. de homicid.*

Tertiò, quod Reipublicę & fidelium bono expediat talis prohibitio inde coniectari videtur, quoniam tendit in correctionem morum, quam maximè Episcopum curare decet, ne sanguis ouium de manibus suis requiratur, *cap. irrefragabili, de Offic. Ordin.* Cæterum
87 oppositum magis arridet, videlicet, quod etiam si liceret, & deceret tale edictum, non tamen expediret, cum probabiliter à subditis negligeretur, quo casu etiam si manifestum peccatũ in choreis agnosceretur, iustius erat dissimulare, quam edictum contemptibile proferre, *cap. denique*, 4. *dist.* vbi eo tolleratur consuetudo comedendi carnes vsque ad mediam noctem, quia euelli non poterat. Quod etiam multis alijs confirmat Ioann. Neuizan. *supra* obiectis simul respondens, à quibus libéter abstineo, ne exscribere videar, satis enim ex eo fonte auximus, vt plane liqueat minime Episcopo licere simile edictum euulgare.

88 Dictis annectam, diurnarum, aut nocturnarum horarum aquæductum habentem duodecim tantum horis eo vti posse, cum diei noctisque spatium nec longius pateat. Hocque indicasse videtur Pomponius, *in l.* 2. *ff. de aqua quotid. & æstiua*, cum inquit: *Si diurnarum, aut nocturnarum horarum aquæductum habeam: Non possum alia hora ducere, quam qua ius habeam ducendi.* Alia hora intelligo, non tantum respectu qualitatis, sed & numeri, hoc est, vt nec solum prohibeatur habenti ius auriendi aquam diurnis videlicet horis, eam item nocturnis aurire, sed etiam vltra numerum diurnarum aqua vti. Cùm si maiori duodecim horarũ spatio vteretur, proculdubio & nocturnis horis aquam duceret. Quod modus constitutæ seruitutis, necessario seruandus, *l.* 4. *§. penult. & vlt. ff. de Seruit.* nequaquam admittit, cùm certis horis aqueductum habens, illis, & non alijs eo vti debeat. Imò si alijs, & non constitutis vtatur, legitimo tempore vtendo seruitutem amittit, *l. si communem* 10. *§. fi. ff. quemadm. seruit. amitt.* vbi ita Paulus: *Si is qui nocturnã aquam habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus vsus fuerit: Amisit nocturnam seruitutem, qua vsus non est. Idem est in eo, qui certis horis aquæductum habens, alijs vsus fuerit, nec vlla parte earum.* Nisi inter eos quibus separatim diurnis, nocturnisque horis aqua debebatur, conueniat, vt permutatis temporibus ducere liceat, *l. cum constet.* 5. *§. fin. ff. de aqua quot. & æstiua*: *Inter duos*, inquit, *qui eodem riuo aquam certis horis separatim ducebant, conuenit vt permutatis inter se temporibus aqua vterentur. Quæro, cum amplius tempore seruitutibus præfinito, ita duxissent, vt neuter eorũ suo tempore vsus esset, non ius vtendi amisissent? Negauit amisisse.* Et meritò, vnusquisque ergo ius suum retinuit ministerio alterius, vt rectè *ibidem* Accursius, cui etiã Anton. Faber. subscribit.

Nec reticeam Polidor. Rip. *de noctur. temp. cap.* 119. *num.* 3. existimantem hanc formam constituendi seruitutem aquæductus nocturnis horis, ad prædia tantum rustica pertinere, quoniam in vrbanis seruitus aquæ nocturnæ haud iure datur, si Firmano creditur, *verb. seruitus aquæ auriendæ*, asserenti illum, qui habet seruitutem aquæ auriendæ de puteo vicini, debere ea vti de die, non autem de nocte. Eo nimirum, quo de itineris seruitute idem docuit, & nos alibi obseruabimus. 89

Est & huius horæ alia nec invenusta obseruatio, sed quam vanissimam & superstitiosam admonemus, verbis Doctissimi D. D. Laurentij Ramirez de Prado, *in Pentecontarcon*, *cap.* 49. *Sed nunc hærent*, inquit, *quod deplorandum* 90

est, aliquot superstitiones, quas nec diuturni temporis spatium delere valuit. Vnam tãtum apponam, vt obscuro Catulli loco, nunquam (fas sit ita loqui) intellecto præluceam facem. Puellæ Hispaniæ nupturientes inprofesto Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ.

——— ———Per actis omine votis.

In tempesta nocte (hoc est ipsius hora duodecima) *velut fenestris pendentes, ex nomine primum illic audito cognominem maritum certum sibi pollicentur & augurantur. O vana religio! O sequioris sexus, et leuioris imbecillitas! qua ab hinc tot annis captandi ominis superstitionem religiose obseruas.* Cuius vanitatis antiquitatem ex Cicerone optime probat, *lib.* 1. *de diuinatione*, ex Valerio Maximo, *lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 4. & tandem ex Catullo, *Epigr.* 62. de nuptijs Iuliæ, & Manlij, quem hoc sensu explicandum satis acute coniectatur:

Te timens cupida nouos
Captat aure maritos. ——

Est enim spectantis primam vocem ominis captandi causa timor necessarius, ne forte infælicem exaudiat, vnde Ouid. *Fastor.* 1.

Ad primam vocem timidas aduertimus aures.

Meminit eiusmodi superstitionis Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 38. *diffic.* 7. *num.* 18. Ioann. Machad. *in Perfecto Conf. lib.* 2. *part.* 3. *tract.* *doc.* 6. *num.* 2. & ante Horosc. Couarub. *lib.* 2. *de falsa Prophet. cap.* 14. & ex eo Torreblanca, *iuris Spiritualis, lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 22. vbi hanc vanitatis speciem à
91 nostris *Arfil* vocari testantur. Cuius vocis significationem & originem, *in Elucidario nostro linguæ Hispanicæ* ita describimus: *Alfil*, sic enim dicendũ est, non Arfil, *especie de aguero, quando las palabras que otros diçen sin aquella nitencion, alguno las tuerce y aplica a su proposito para adiuinar cosas futuras. Es Arabigo, el qual llama Fil al juicio, discrecion y agudeça, o congetura. Y el Hebreo, Thelila a la agudeça, dedõde se dixo Alfilel, y filo al agudeça de el cuchillo, por que el Arabigo al Alfilel llama Fil. Y de aqui Arabigos, y Hebreos llaman al Elefante Fil, por el mucho instincto y agudeça que tiene. Y por esso a su diente decimos Marfil.* Vnde suspicor *Alfil Toledano*, dictum prouerbij instar, pro omni argutia & subtilitate, ducta metaphora à Toletanorum acumine & dicendi quasi innata felicitate. Quidquid alij hac de re minus benè effutierunt.

Et forsan de hoc primæ vocis augurio, quod post duodecimam noctis profesti S. Ioannis nupturæ capiunt leuissimæ puellæ subaudiendus veniet D. Augustinus, *in cap. non obseruetis,* 16. 26. *quæst.* 7. vbi superstitiosas quasdam obseruationes enumerans, post nonnulla hæc subijcit: *Siue qui attendunt somnialia & falso Danielis nomine intitulata: Et sortes quæ dicuntur Sanctorum Apostolorum, & auguria auium: Aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda.* Sed expressius hoc crimen enunciat apud nostros, *l.* 1. *tit.* 23. *part.* 7. ibi: *La segunda manera de aduinança es de los agoreros, e de los sorteros, e de los fechiceros, que catan agueros de aues, o de estornudos, o de palabras a que llamã prouerbio.* Sic enim vulgo ineptissimam hanc leuitatem compellant, & vnico prouerbij nomine agnoscunt.

Eiusdem noctis id etiam subijciam quod ex Federico Senensi, *Consil.* 44. *factum tale est*, tradit Andr. Tiraquel. 92
de retract. §. 1. *glos.* 11. *num.* 11. Videlicet, quod si statutum punit delictum commissum die Sacro Diuo Ioanni, is qui nocte media eius diei, hoc est, hora iam duodecima deliquit, non est statuti pœna puniendus: Siquidem tale statutum ob reuerentiam tanti festi conditum videtur, quod vesperis finitum est. Iuxta notata *in cap. alma, fin. §. adijcimus, de sent. excõm. lib.* 6. Quod etiam voluerunt Romanus, Paulus Castrensis, Alexander, & Iason locis à Tiraquello relatis. Qui & *num.* 12. inde infert oblationem pretij ex causa retractus fieri posse nocte, dummodo ante duodecimam horam postremi illius diei eius temporis, quod datur ad retrahendum, ex iudicio multorum quos in idem adducit.

Quibus

93 Quibus consentit mensem computari a duodecima noctis vltimi diei præcedentis mensis, vnde Februarius, verbi gratia, initium habeuit postquã trigesimi primi diei Ianuarij duodecima noctis hora sonuerit. Sic multis probat Nicolaus Garcia, *de benef.5. part.cap.1.num.*523. hanc mensium cõputationem etiam præfiniens quo ad beneficiorum alternatiuam inter S. Pontificem & Ordinarium, aut quoscunque alios, quibus menstrua, seu vicissitudinaria eiusmodi beneficiorum prouisio competit, vt prius docuerat, Hieron. Gonçal. *in regul.* 8. *Cancell. gloss.11.à num.*9. Vbi pro regula constituit, quod mensis Apostolicus terminatur in dimidia nocte vltimi diei, & ex illa dimidia nocte in posterum incipiat mensis Ordinarius, & durat vsque ad dimidiam noctem vltimi diei illius mensis. Ex Rebuf. *tract. de nominationib. quæst.*16. *num.* 2. *Et in concordat. in rubric. de Collationib. §. Præfati Ordinarij, verb. sequentibus mensibus*, Gomez. *in regul. de infirmis resignãt. quæst.* 33. *per totam*, & alijs, quibus pluries Rotam subscripsisse testatur. Est ergo

94 media nox cũ cœpit sonare hora ipsius duodecima, etiam antequam desinat horologium, seu ante finitos pulsus illius horæ; vt explicat Garcia *supra num.*524 quia cum primus ictus exauditur, iam fuit hora completa, & ideo pulsus quasi demonstratiuus præcedẽtis horæ, ad tempus sequentis spectat. Vt latius *supra* constitit *hac eadem Hora num.*25. Vnde qui expirauit dato iam primo pulsu duodecimæ noctis, vltimi diei, exempli gratia, Decembris, antequam omnes illius horæ pulsus finirentur, non in Decembri, sed in Ianuario mense decessisse videbitur.

95 Si vero non vnicum, sed plura sunt horologia, prosequitur Nicolaus Garcia, *num.*525. Parrochiæ, aut Ecclesiæ horologio standum erit, cuius confinio beneficiarius decedit; vel illi, quo eius viciniæ homines reguntur, dummodo nulla tunc laborasset de ordinatione aut errore notabili. At si nullum sit horologium in oppido, aut sit ita male dispositum, quod appareat minime certam temporis rationem reddere: Vel si non exaudiatur, aut tunc non fuerit exauditum; accipienda erit media nox iuxta cursum noctis, arbitriumque & iudicium hominum qui de ea re experimentis satis fuerint edocti, vt ex astrorum aspectu, aut galli cantu si S. Rotæ definitioni adhærendum, teste Verallo *decis.* 71. *in manuscriptis, part.2.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusina* 116. *num.*7. Polidor. Ripa *de noctur. tempore cap.* 160. *& cap.* 161. Vbi cum vacasset beneficium vltima noctе mensis Apostolici, per obitum, in loco quo nullum erat horologium, & tam Episcopus, quã Pontifex quasi in mense cuiusque vacasset, prouiderent. Lite inter prouisos exorta apparuit ex testium depositionibus, tempore obitus gallos cantasse, qui frequenter iuxta auroram vocem emittunt. Et causa ad S. Rotam delata, fuit dictum: Vacationem euenisse post mediam noctem, & consequenter beneficium non fuisse reseruatum, sed ad collationem Ordinarij spectasse, tanquam in mense Ordinario vacauerit. 96

97 Quam Rotæ opinionem merito suo tantũ casu procedere arbitratur Garcia *ibidem num.*526. in fine, scilicet, vt sustineatur prouisio Ordinarij, vtpote cui ius commune fauet, nam de iure communi omnes menses spectant ad Ordinarium, *cap.* 2. *& per totum, de Concess. Præbend.* Abbas *in cap. Mandatum, de Rescript.* latè Paul. Aemil. Veral. *decis.* 214. *part.* 2. Extra hunc vero casum parum, aut nihil gallicinio deferendum circa horarũ designationem existimo. Quoniam & si frequentius gallinacei iam aduentante die canãt; vnde persuasum canore suo solem velut reducem consalutare, vt credidit Heliodorus *lib.* 1. *Æthyop.* siue ex Orienti applaudere, ex sentẽtia Forcaculi *in iuris Ciuilis Auiario, cap.* 10. *num.* 1. Hinc *Præcones Auroræ*, dixit Antipater Thessalonicensis, *lib.* 7. *Epigrammat. Et Ales diei Nuncius*, apud Prudentiũ Cathemer *Lucis Auei* cõpellat Martial. *lib.*14. *Epigram.*223.

Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor,

Cristatæque sonant vndiq; lucis aues.

Vbi Domitius Calderinus notat, à duabus rebus lucis aduentantis signũ accipere, & à pueris ementibus ientacula, & à gallis canentibus, qui Authore Plinio, geniti à natura sunt ad excitandos mortales in opera, & somnum rumpendum. Cui consentit Gasp. Barthius, *aduersarior. lib.* 35. *cap.* 8. *circa principium. Nam Deorum peculiari munere*, inquit, *id genus animalis destinatum ad excitandos somno mortales credebant, vnde & Sacrum Marti ob vigilias ad eius cantum ductas, & nuncium diei, & solis auem venerabundi vocabant.* Inde Vigil. *in Moreto*:

Iam nox hybernas bis quinque peregerat horas,

Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

Decima hora canere dixit, vt elapsa media nocte, & duobus horis ante primam lucem id fieri significaret. Siquidem cum nox duodecim sit horarum, vt alibi explicauimus, vnde hora noctis sexta est media nox, *l. qua ætate, ff. de testam, l. ideoque, ff. de vsucapion.* decima hora noctis est quarta castrensis vigilia, id est cum nox exacta est exceptis duobus horis, vt egregie exponit Stephan. Forcatul. *dicto loco.* Sicque accipiendum admonet Hieron. Gonçalez *dicta gloss.* 11. *num.* 37. illud Christi *apud Matthæum, cap.* 14. *& Lucam* 22. *Antequam gallus cantet bis, terme negabis.* Cum tum iam nox versus auroram inclinasset.

Licet ergo frequentius galli post mediam noctem, & circa auroram canant; hoc non ita perpetuum, & quasi naturale existit; vt multoties etiam ipsa luce, & noctis initio vocem proferant, veluti quotidie experimur, & sæpius audisse ante solitam horam cœnandi refert Gonçalez, *supra num.* 20. siquidem cum tunc galli cucurient, quãdo cibus in omne corpus digestus, & mitificatus est, teste Democrito apud Ciceronem, *lib.* 2. *de diuinat.* Forcatul. & Polidor. *supra* quacunque hora lucis, aut noctis id accidat exillarétur, & cantent operæ pretium est.

Quibus accedit pro diuersitate re- 98
gionum, gallos etiam diuersimode vel citius, vel tardius cantare, vti hac ratione & non cantare solent. Nam Plinius, *lib.* 29. *cap.* 4. Aelian. *lib.* 3. *c.* 35. & Lælius Risciola *Horarũ successiuar. tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 36. referunt Thessalonicæ in Macedonia vicum esse Nebam, vbi galli nullã vocem omnino emittant, præter quam si addatur collo circulos è sarmentis. Quod Cicadarum exemplo facillime suadetur, quæ in locis opacis & vmbrosis non canunt, aut quidem parum, vnde Plinius, *lib.* 11. *cap.* 27. Solinus *polyhistoria, cap.* 8. Pausan. *in Eliac. poster.* narrant, Cicadas in agro Rhegyno prope fluuium Cæcinam silere omnes, cum vicinæ Locrensium maxime sint canore. Cuius diuersitatis rationem ex vmbra, & humiditate præscribit Lælius Visciola, *dicto loco num.* 30.

Quod cum ita sit dubium & incertũ, 99
plane euincitur, minime accedendum Rotæ existimanti sufficienter constasse de vacatione in mense Ordinario, ex quo apparuit eo tempore noctis vltimi diei præcidentis Apostolici mensis, quo obitus contigit, gallos cantasse. Quasi id fuerit irrefragabile signum elapsæ mediæ noctis, siue duodecimæ horæ, quæ finijt pariter & inchoat diem. Nec Securius adhærendum colligitur Baldo, *in cap. consuluit*, 24. *num.* 11. *de Offic. de legat.* qui galli cantum antecedenti diei esse adscribendũ, docet his verbis: *Ego tamen consulo quod Notarius ponat horam noctis, puta galli cantu, quod attribuitur diei præcedenti, vel horam matutinam, quod attribuitur diei sequenti.* Quoniam vt præmissimus, hac in re nil certum potest constitui, cum nec gallus certas sui cantus horas habeat; quo circa arbitrio iudicis relinquendũ putat Gonçalez, *num.* 25. vt pensatis circunstantijs, testium rationibus, alijsque coniecturis decernat, an sit gallicinio standum hac in re, vel non.

Qui

100 Qui quidem *n.* 11. cautissime Episcopum acturum admonet, si antequam conferat beneficium vacans ad finem sui mensis; vel in principio illius, ea vltima nocte quæ finem imponit mensi Ordinario, & principiū mensi Apostolico; vel è conuerso; faciat examinari testes de hora, & puncto obitus vltimi possessoris, & in ipso collationis instrumento annotauerit. Vt vel sic de tempore vacationis cesset controuersia, & an in mense Ordinario, vel Apostolico acciderit. Ita in simili docuerunt Baldus, Felinus, Tiraquellus, Polidorus Ripa, Tiberius Decianus, & Azebedus apud eundem Hieron. Gonçal. *num.* 14. Tutius asserentes, notarium semper horam noctis adscribere, vt ex ea appareat an antecedenti, vel subsequēti diei debeat actus adscribi, cum talis possit esse naturæ, vt vno die factus subsistat, altero vero omnino intercidat. Cæterum si ignorauerit notarius an fuerit media nox elapsa, adscribere debebit id factum in fine diei talis, & principio diei sequentis, quod verificabitur ipso puncto & hora mediæ noctis, siue in medio duarum dimidiarum noctium, vt in dicta *l. more Romano*, 8. *deferijs*, & *in dicto cap. consuluit, de Offic. de legat.*

At si nullis probationibus, vel cōiecturis constare possit de hora vacationis, vt puta quia mane primi diei Ianuarij, verbi gratia, fuit in lecto mortuus repertus beneficiarius, nec appareat an ante, vel post mediam noctem obierit. Hoc in dubio Episcopus poterit beneficium prouidere, quia præsumptio stat pro eo, cui de iure communi prouisio omnium beneficiorum suæ diœcesis competit. Et nisi manifestè de reseruatione constet, non erit iure suo priuandus. Vt optime resoluit Nicolaus Garoa, *dicta* 5. *part. cap.* 1. *num.* 527. contra Gonçalez existimantem hoc casu actorem, siue ab Ordinario, siue à Pōtifice prouisum semper succumbere debere, vti nō probātem, possessorem vero absoluendum. Ex regula actore non probante, &c. Et cum sunt partium iura obscura cōtra petitorem iudicandum, *§. retinendæ, vers. commodum, de interdict. cap.* 2. *de probat. regul. cum sunt partium*, 11. *de regul. iuris in* 6. quibus affatim respondit Gonçalez *ibidem à num.* 530. *cum seqq.* 101

MINVTA HORÆ DECIMÆQVINTÆ.

Atio quare de horis Decimatertia, & Decimaquarta nil dicatur. 1.

Partus vt septimestris habeatur, centesimo octuagesimo secundo die, & quindecim horis à cōceptione natus esse debet, ibidē.

Paulus 1. *E. addidit Vlpiani computationi de septimestri partu, quindecim horas quas omiserat.* 2.

Paulus, lib. 4. *sententiar. titul.* 9. *§. septimo mense, explicatur.* 3.

Vox maturior *apud Paulum, quid significet.* 4.

Maturior, pro primo accipitur, ibid.

Paulus, aliquanto post Vlpianum scripsit. 5.

1 Duodecima ad decimaquintam horam, Horographiæ nostræ stilus decurrit, nam etsi intercedant decimatertia, & decimaquarta, nec vnquam aut in libris nostris sonuerunt, aut numerantur. Decimamquintam vero etsi nullo plane iuris loco audierim, vnico tamen necessariò subaudiendam admonet egregie Federic. Bonauentura, *de octomestri partu, lib.7. cap.26.* à quo, nomine suppresso (vt & ferè omnia quę de partu scripsit) Alphons. Carrança desumpsit, *cap.10. num.12. & in notis ad l. 3. ff. de suis & legit. hæred. num.* 1. qui verbis Vlpiani, *in dicta l.* 3. quibus partum centesimo octuagesimo die natum legitimum, & naturalem agnoscit, quindecim horas addendas putant. Eo videlicet, quia Vlpianus: *De eo autem*, inquit, *qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, & Diuus Pius Pontificibus rescripsit, iusto tempore videri natum: Nec videri in seruitutem conceptum, cum mater ipsius ante centesimum octogesimum secundũ diem esset manumissa.* At Hippocrates non scripsit de eo, qui centesimo octogesimo die tantum fuit natus, sed illius qui & post quindecim horas supra dictum spatium lucem vidit; vt ipsius verba euincunt *initio opusculi de septimestri partu* iuxta Cornarij conuersionem, quæ sic leguntur: *Septimestres autem nascuntur centũ & octoginta duobus diebus ac dimidio, & insuper accedente diei particula.* Hoc est, centesimo octogesimo secundo die & quindecim horis, cum vigesima quarta parte altertius, vt ibidem explicat Galenus, Cardanus, Ferdinandus Mena, quibus adhæret Franciſc. Valesius *controuers. lib. 2. cap.* 11. Ioannes Lalamantius, *in Commentarijs super libr. de septimestr. partu Hippocratis, Schol.* 1. Vbi tot horas per quotam diei partem dicto textu esse intelligendas notat. Quas quidem Vlpianus aut breuioris scripturæ gratia, aut quasi minimum neglexit. Nisi dicamus cum Horatio Augenio, *lib.2. de hominis partu cap.9.* illas consulto vti non necessarias ad partus vitalitatem detraxisse. Quod & si omnino detestetur Carrança *supra*, tamen Federic. Bonauentura *dicto lib.* &c. admittere videtur his verbis: *Quo enim loco illud dignum videtur animaduersione, Iureconsultum exactam illam Hippocratis septimestris spatij computandi rationem non esse secutum; cum quo tam partem, horas scilicet quindecim additas ab eo summæ dierum 182. videatur despexisse.*

Idcirco Paulus vt diminutam Vlpiani computationẽ suppleret, septimo saltim mense natum partum esse opportere respondit, *in l. septimo mente, ff. de stat. homin.* vt superstes habeatur, testimonio Hippocratis. Qui non aliter septimestrem esse partum, aut talem dici admittit, quam si centesimum & octogesimum secundum diẽ, & quindecim horas cum quarta parte alterius egerit. Sed clarius id fecisse videtur, *lib. 4. sententiar. titul. 9. §. septimo mense.* Vbi cum dixisset matres tam ingenuæ, quam libertinæ ciues Romanæ, vt ius liberorum consequtæ videantur, ter, & quater peperisse sufficiet; dummodo viuos, & pleni tẽporis pariant. Ita non multo post subdidit, quasi nobis apperiret quid pleni temporis nomine sit intelligendum: *Septimo mense natus matri prodest; Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur.* Septimum plenum dixit, id est, absque diminutione quindecim horarum (vti diceret) quas è computatione huius mensis detraxit Vlpianus. Alioqui quę ratio esse poterat, vt integri septimi mensis partus ad consequendum ius trium liberorum, vbi viuus & legitimi temporis sufficit, desideretur; cum natus post viginti dies & quindecim horas eiusdem, vitalis sit, & legitimus? Hippocratẽ audie vbi proxime: *Septimestres autem nascuntur centum & octuaginta duobus diebus ac dimidio, & insuper accedente diei particula, si enim primi mensis dies quindecim supputaueris, deinde*

deinde quinque mensium dies centũ quadraginta septem & dimidium (in vnde sexaginta enim diebus quam proxime duo menses perficiuntur) his igitur sic habentibus ad septimum mensem supersunt dies plures quam viginti: Et est tota summa dimidij anni, vna cum aliquantula diei parte.

4 Nec vox *maturior*, quã ibidem Paulus vtitur, hæc conturbat, cum alium esse partum septimestrem maturũ supponere videatur, qui non septimo mẽse pleno, sed minus pleno nascatur, de quo *dictã l. septimo mense*, cũ Alphonso Carran. *c.* 10. *num.* 12. qui ex Federico Bonauẽt. desumpsit, *lib.* 7. *cap.* 26. iam pridem accepimus, *annalib. nostris de ætat. ad omnes human. actus requisit. anno* 1. *quæst.* 6. *num.* 40. Aliumque esse maturiorem perfecto iam septimo mense exeuntem, qui solus ad ius triũ liberorum obtinendum proficere videtur. At nunc magis placet dictionem *maturior* comparate ibi positam, sed habito respectu ad partus decimestres, qui septimestribus maturiores sunt; ita vt sensus sit, rationem Pythagorei numeri admittere, vt vel maturus septimestris partus, vel maturior decimo mense editus matri prosit ad prædictum ius consequendum. Nisi dicamus verbum *maturior*, hic ea notione positum, vt primos pariendi terminos septimum scilicet, & decimum mensem significaret. Quibus saltim mulier peperisse debet, vt iuris sit triũ liberorum particeps. Hoc enim sensu vsurpatum legimus apud Ouid. 13. *Metamorph.*

Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo:

Id est, prior veni.

5 Sed siue hoc, siue illo modo interpreteris perspicuum manet, eo Paulum septimo mense pleno partum editum desiderasse, vt vel sic Vlpiani cõputo quindecim horas adderet, quas ille neglexit; scripsit enim Paulus multo post Vlpianum, & si coetanei fuerint, vt id omne egregie expendit & confirmat Federic. Bonauent. *dicto lib.* 7. *cap.* 37. tandem concludens: *Quid igitur mirum si Vlpiani sanctionem hanc iam pridem ab eo in libris ad Sabinum diuulgatam Paulus ob occulos habens, quasi eam explicaret, illudque adderet, quod Vlpianus tacuit; cum eum non lateret hoc dierum* 182. *interuallum, quod Vlpianus iam receperat, ex eiusdem Hippocratis sententia, & primum esse tempus pariendi, & spatium septimestre constituere, quod tamen non dixit Vlpianus; libro decimonono responsorum scripsit ipsi Vlpiano consentiens septimo mense nasci perfectum partum iam receptum esse propter Hippocratis autoritatem? receptum enim iam esse intellexit præsertim ab Vlpiano in suis libris ad Sabinum.* Quæ verba maximè nostram explicationem confirmant.



MINVTA HORAE VIGESIMAE.

Dies ciuilis spatio viginti & quatuor Horarũ concluditur, 1

Marito licet deprehẽsum adulterum viginti horis retinere testãdæ rei causa, 2.

Marito in adulterum non nisi diaria potestas erat, 3.

L. Capite quinto 25. vers. quid ergo, ff. ad leg. Iuli. de adult. enucleatur, 4.

Etiam si adulter dum à marito deprehen-

Frequens

1 Requens ciuilis diei mentio in libris nostris occurrit, id est, illius, qui spatio viginti & quatuor horarum concluditur, *l. more*, 8. *ff. de ferijs*. Inde est, viginti, aut viginti & quatuor horarum spatium nonnullis casibus obseruari, & si de horis XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XXI. XXII. & XXIII. Nec verbum quidem legatur. Præfiguntur enim marito, cuius animus non ad san-
2 guinem, nec ad cædes, vt Quintilianus ait, & Brison. *lib. singulari ad leg. Iuliam, de addult. pag. mihi*, 116. Viginti horæ, vt totidem adulterum retinens, testes aduocet, ius suum, vel hoc modo incolume reseruans, *l. capite quinto*, 25. *ff. ad leg. Iul. de adult.* Vbi ita Vlpianus: *Capite quinto legis Iuliæ, ita cauetur, vt viro adulterum in vxore sua deprehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas, nocturnasque continuas non plusquam viginti, testandæ eius rei causa.* Consentit Michael Attaliata Græcus interpres Synopsis, *titul.* 70. *vers. si maritus*, cuius hæc series: *Si maritus deprehendat adulterum, quem non liceat, aut nolit occidere: potest eum retinere viginti continuis horis, & testes inducere, futuros in accusatione testimonio, quod deprehensus in adulterio fuerit. Eadem, et pater mulieris facere potest.* Obfirmat Petr. Gregor. *in præludijs optimi Iurisconsul-*
3 *ti*, *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 8. Barnab. Brissonius *vbi proxime*, exiguo autem hoc tempore legem retentionem circumscribere subdens, quod priuato homini non sit diutius nocentis permittenda custodia, cum publicæ carceres ad eam rem habeantur. Mihi tamen non displicet, ideo sic statutum, qui mariti in adulterum deprehensum, non nisi diaria potestas erat; debebat enim, vt excusationi esset locus, & incontinenti factum constaret, intra diem à deprehensione munus suum exequi, quod ni fecisset, nullæ iam partes iudicis in illo manebant. Insinuat Attaliata, *supra vers. permittitur patri*, ibi: *simul autem debet ambos occidere, non hunc hodie, illam post dies.* Et patet ex *dicta l. capite quinto.* Vbi diurnis, nocturnisque continuis horis adulterantem retinere marito indulgetur; sed non pluribus viginti, vt vel sic demonstraret, reliquas quatuor horas aut cædi, aut remissioni ad iudicem, Magistratumque loci inseruire debere.

Hæc ergo quasi viam muniunt explicationi *dictæ l. capite quinto*, *vers.* 4
quid ergo. Vbi ita quærit Vlpianus: *Quid ergo si euaserit?* (adulter nempe) *an reductus custodiri viginti horis possit? Et putem hic magis dicendum reductum retineri posse, testandæ rei gratia.* Quod ita subintelligendum admoneo, dummodo intra diem reducatur, & custodiatur; quoniam si elapsis decem horis v. g. post deprehensionem fuerit reductus, non amplius, quam per quatuordecim horas continuas poterit custodiri. Hocque sensisse videtur Attaliata, *loco proxime adducto eo vers. Si vero dum occidit adulterum, filia fugerit eo non dissimulante, ac persequutus post horas aliquot*, (non maiores viginti) *apprehenderit: incontinenti videtur occidere.* Quæ sunt verba Consulti, *in l. quod ait*, 23. *§. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* Ex qua ita obseruat D. Franc. Cuenca *de sui defensione*, *lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 53. etiam subdens ex Augustino Arimin. *ad Angelum de maleficijs*, *verb. que ay adulterato la mia dona*, *num.* 21, quod & si filia fugiens in castro occlusa tueretur, paterque eam obsessam post quinque aut sex menses occiderit, dicitur filiam incontinenti occidisse. Quod verum fatemur, cum toto eo tépore pater fuisset in persecutione, nec antea potuisset interimere. Sed licet hoc respectu occisionis admittendum videatur, respectu tamen priuatæ carceris, & detentionis adulteri à patre, vel marito minime procedet, cũ aliud lex decreuerit, *in dicta l. capite quinto*, id tantum ad viginti horarum spatium producens, vt retulimus.

Hinc meritò notat Iacob. Cujat. *de* 5
præscrip. cap. 2. *in fine*, lapsum Græcorum, qui sub titulum *de duobus diebus*

casum

casum *dictæ l. capite quinto*, proponũt, ex Basy. *lib.* 60. *titul.* 37. *cap.* 24. vt constat ex Eustathio, *de temporibus & interualis*, vbi eadem rubrica *de duobus diebus*, *num.* 3 hæc leguntur: *Si maritus, aut pater adulterum in vxore, vel filia deprehenderit, quem nolit, aut non liceat occidere: viginti nocturnas diurnasque horas eum retinere debet, rei testandæ causa.* Potius enim ad horas, vel ad titulum vnius diei spectat; quo loco rectius Dinus *de præscriptionibus*, & Cujatius supposuerunt.

6 Ad exemplum huius definitionis, quasi generali regula constituunt interpretes, semper, & quocunque casu priuatis ius permittit aut dibitoris, aut nocentis apprehensionem, siue inclusionem; debere apprehensum intra viginti horas iudici manifestari; vt post Bartol. & cæteros antiquiores obseruant Tiberius Decianus, *criminal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 3. Farinac. (qui vt dicit Fontanela *de pactis nuptialib. claus.* 4. *gloss.* 15. *num.* 16. *is vnus est, qui in materia criminaria vix locum alijs reliquit vllum, quo possent fimbrias extendere, ac suæ eruditionis specimen commostrare*) *tom.* 1. *praxis criminal. quæst.* 27. *à num.* 21. Camil. Borrel. *controuersiar. iuris, controuers.* 10. *num.* 1. Baius *in praxi, lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 5. & ex nostris Gregor. Lopez *in l.* 5. *titul.* 7. *part.* 7. *gloss. vlt. & in l.* 2. *gloss.* 1. *titul.* 29. *ead. part.* expresius Didacus Perez, *in l.* 17. *vers. quæramus tamen, titul.* 14. *lib.* 2. *Ordin.* Azeuedus, *in l.* 7. *num.* 10. *tit.* 23. *lib.* 4. *Recopil. & in l.* 4. *num.* 9. *titul.* 4. *lib.* 8. Quibus in locis perperam pro viginti horis, viginti & quatuor scribit, auctoritate *dictæ l. capite quinto*, Bobadilla *in politica, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 14. *& lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. *in fine.*

7 Vnde taxandus venit quotusquisque censet, teste Iodoco Danahuderio *in practica criminali, de captura, cap.* 15. *num.* 6. & Farinacio *supra*, infra sex horas debere retentum iudici manifestari: quoniam vt præcitati edocent, & præsertim Anton. Gomez *variar. resol. tom.* 3. *cap.* 9. *titul. de captura reorum, num.* 3. ad finem, *vers. item adde.* Proposita opinio, quæ viginti horas in id præfigit, non solum verior, sed & communior apparet.

Quam vtique temperandam constituo, dummodo licuerit priuato, aut alio cuilibet propria auctoritate, & sine iudicis mandato siue criminis, siue debendi reum capere, tunc enim præfata viginti horarum detentio ipsi licebit ex præscripto *dictæ l. capite quinto.* 8
Quæ in addulterum scripta est, quem non solum retinere, sed & interficere impune pater, vel maritus poterant. Est enim, vt loquitur Ioan. de Platea *in l.* 1. *ante finem, vers. & nota quod tenens aliquem, C. de Cohor. Princ. lib.* 12. Isto casu captura ab initio licita, sed retentio vltra viginti horas illicita. Cæterum si deprehensio fuerit iniusta, & in casu non permisso, tunc etiam si non maiori spatio viginti horarum, sed minori, & momentaneo, priuati carceris crimen admittitur, & ipsius pœna succedit, iuxta Bartol. Decium, Clarum, & Boßium, quibus accedit Tiberius Decianus, *vbi nuper num.* 2. Farinac. *dictæ quæst.* 27. *num.* 22. & 24. hanc opinionem communem appellans.

Qui & illo casu idem præfiniunt, 9
quo habens facultatem apprehendendi, eo tamen animo exequitur, vt nec post viginti horas ad iudicem, detentũ adferat, sed priuato carcere retineat. Efficit enim talis animus, vt vel sola momentanea inclusione statim, & à principio reus priuati carceris habeatur. Ex mente Bartoli, Saliceti, & Fulgosij, *in l.* 1. *C. de priuat. carcerib.* & eiusdem Bartol. *in dicta l. capite quinto*, quos Decianus adducit *dicto, num.*

Nisi causa correctionis id fieret vel 10
à patre, marito, Domino, aut Abbate, & similibus: à quibus filius, vxor, seruus, aut Monachus vt licitè capitur, & retinetur, alligaturque etiam vltra viginti horas absque metu priuati carceris, & ipsius pœnæ, veluti multis comprobant Tiberius Decianus *supra, à num.* 4. & Prosper. Farinac. *dicta quæst.* 27. *num.* 25. *& seqq.*

11 Vel nisi debitor, siue fur mandato iudicis à creditore, vel Domino rei furatæ captus, cum ad publicam carcerẽ duceretur, ab ipsis loco beneficij impetraret, vt domi retineretur quasi in pignus; donec plene satisfecerit: ne fortè in publicis carceribus detentus, ab alijs creditoribus arrestaretur. Cum enim volenti & optanti nulla fiat iniuria, imò gratia, & beneficium, *l. cum donationis, C. de transaction.* Hoc casu nullum priuati carceris crimen admittititur, aut ipsius pœna incurritur ex simili retentione vltra viginti horas. Argumento, *l. 3. §. si quis nolentem, ff. de liber. homine exhibendo*, cuius auctoritate ita docet Alberic. *in l. vnic. num. 2. vers. quæro de quæstione, C. de priuat. carcerib.* Gigas *de crim. læsæ Maiestat. lib. 1. titul. qualiter & à quibus crimen læsæ Maiestat. commit. quæst. 35. num. 10.* Tiber. Decianus *dicto cap. 10. num 8. & 12.* & Farinac. alios adducens *dicta quæst. num. 30.*

12 Vtrum autem detinens meretricem libidinis causa vltra viginti horas, fit reus priuati carceris solet dubitari? in qua quæstione negatiuam partem defendunt Bartol. *in leg. verum, ff. de furtis*, Angel. *de malefic. verb. qui iudex dictum Caium, num. 10.* Neuiçan. *in Sylua nupt. lib. 4. num. 46. vers. facit, quia includens meretricem*, Bossius *titul. de pluribus violent. num. 62.* Follerius *in praxi criminal. verb. item quod commisit crimen læsæ Maiestatis*, Bertazol. *Consil. criminal. 426. num. 2. in fine, lib. 2.* & alij per Farinac. *supra num. 31.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio in fracment. 6. part. fracm. 38.* Idque ea ratione, quia hoc casu nec iniuria, nec vi mulier detinetur; sed concupiscentiæ potius causa & ipsa annuente, quæ omnia priuati carceris crimen excludunt, ex proximè notatis.

Nilominus affirmatiuæ, vt veriori accedentes Gigas *vbi supra num. 12.* & Tiberius Decian. *dicto loco, num. 11.* indistinctè affirmant, quamlibet mulierem, etiam meretricem retinentem aliquo momento, explendæ libidinis occasione, reum effici priuati carceris, quoniam iste non est ex casibus, in quibus licet à principio detinere, prout licet in specie, *l. capite quinto, de adulterijs*; sed imò ex his, in quibus capere non licet.

In hac ergo ambigua quæstione, quã nec ausus fuit definire doctissimus Farinacius, partem affirmatiuam, vt securiorem eligo, inconstanterque profiteor; meretricem detinentem, licet maiori spatio viginti horarum, nullum priuati carceris crimen admittere. Quia & si verum sit eiusmodi retentionem minime, nec momento permitti vti peccaminosam; hoc tamen non sufficit, vt priuati carceris pœnæ sit locus, sed alteri libidini, & incontinentiæ debitæ. Priuati ergo carceris delictum non perpetratur nisi ab eo, qui nolentem & invitum iniuriæ causa recludit, quod de meretrice proposito casu nemo dicet.

Imò nec de eo, qui ita leui, & faci- 13
li carcere, quamuis post viginti horas detinebatur, vt nec magno negotio posset ad libitum exire. Ita Carrerius *in praxi titul. 3. de homicidio, & assassinio, §. circa quartum, num. 37.* Bertazol. *Consil. criminal. 426. num. 5. vol. 2.* vbi id extendit vt locum habeat, Etiã 14
si cum difficultate possit exire, vel aufugere. Quod displicet Deciano *dicto, cap. 10. num. 13.* vbi propositam sententiam sic intelligendam admonet ex mente Angeli, quando carceratus non simpliciter de facili, sed multum de facili poterat aufugere, cui & consentit Farinac. *supra, num. 32.*

Nec requisita ad priuati carceris 15
crimen reperiuntur in eo, qui ex antiqua consuetudine vltra viginti horarum spatium delinquentem, aut debitorem includit Alex. *Consil. 233. num. 13. vol. 6.* Iason, *in l. de quibus, num. 8. ff. de legib.* Tiber. Decian. *supra, num. 14.* Nec in recludente Bannitum, quẽ 16
occidere licebat Gigas *de crimine læsæ Maiestat. lib. 1. titul. qualiter & à quibus, &c. quæst. 35. num. 9.* Bertazol. *Consil. 429. num. 1. in fine vol. 2.* Farinac. alios adferens *dicta quæst. 11. 33. & 34.* Vel in eo qui non vsurpandæ

 iuris-

17 iurisdictionis animo, sed ex iusta alia causa, vtputa alicuius proditionis metu aliquem domi retinuit. Bertazol.
18 *dicto Consil.* 426. *vol.* 2. Farinac. *vbi proxime, num.* 35. *in fine.* Siue in Scholastico, cuius fauore in ductum extat, vt possit scriptorem detinere incompedibus, vt librum iuxta pacta conscribat, *gloss.* 1. *in l. stipulatio, §. siue autem, ff. de noui operis nunciatione,*
19 Tiber. Decian. *supra, num.* 15. Aut in iudice incompetente malefactoré detinente, cum etsi non actu, habitu tamen iurisdictionem obtineat, quæ ad exclusionem priuati carceris sufficit, Tiber. Decian. *ibid. num.* 16.

20 Secus verò de iudice incapace, vt laici respectu clerici dicendum est; huic enim minime licet Ecclesiastici fori subditum vltra præscriptũ viginti horarum spatium, etiam ex grauissimo delicto detinere, *gloss. & Bartol. in dicta l. capite quinto*, Camil. Borrel. *Consil.* 68, *num.* 16. Zenedus plures referens, *quæst.* 26. *num.* 3. Farinac. *in praxi, quæst.* 8. *num,* 118. Bobadilla, *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 327. Curia Philip. 3. *part.* §. 11. *num.* 4. Ambrosin. *de immunitate cap.* 18. *num.* 34. Castr. & Diana apud Garciam *de excellent. sacerdot. tract.* 1. *diffic.* 3. *dub.* 2. *punct.* 2.
21 *num.* 24. Quod si à priuato aliquo clericus reluctans, & inuitus, licet momento parietibus conclusus detineretur, vtique in canonis sententiam incideret, *cap. nuper* 29. §. *nos igitur, de sent. excommunic.* Zanet. *de contrarietate inter ius ciuile & Canonicum*, *num.* 325. & alijs adductis Tiberius Decian. *dicto cap.* 10. *num.* 22. qui id etiam procedere *ex dicto, cap. nuper*, asserit, quamuis clerici corpus non tangatur, sed includatur solummodo. Cui consentiunt plures apud cundem Garciam *supra, punct.* 2. *num.* 13.

22 Illud tamen in proposito non omittam, spatium scilicet viginti horarum de iure communi ad manifestationem eorum statutum, quos priuatis adprehendendi potestas inest; nouissimo iure Regio apud nostros, ad viginti & quatuor fuisse auctum (instar statuti Romani, cuius formam descri bit Farinac. *dicta quæst.* 27. *num.* 21.) vt patet ex *l.* 2. *titul.* 14. *lib.* 8. *Recopil.* Vbi casus referendo quibus priuati carceris crimen temere admittitur, ita inquit: *Y entiendase ser carcel priuada, saluo si el acreedor prendiere a su deudor, que se vaya huyendo, o tuuiere poder, o facultad que su deudor le aya dado por escriptura para que lo pueda prender no le pagando su deuda, entregandole toda via en estos dos casos a la persona que ansi prendiere dentro veinte y quatro horas a los Alcaldes ordinarios de el lugar mas cercano, que no sean sugetos al dicho acreedor.* Et vt 23
id obiter notem *huius l.* decisione validum supponitur pactum scripto initum, quod liceat creditori propria auctoritate capere debitorem, vt patet ibi: *O tuuiere poder, o facultad que su deudor le aya dado por escriptura paraque le pueda prender.* Ex sententia Innocent. *in cap. ex rescripto, de iure iurando*, contra Dinum *in l. alia causa, §. eleganter, ff. soluto matrim.* quem sequuntur Bartol. & alij *in l. imperium, de iurisdict. omnium iudic.* Tiber. Decianus *dicto, cap.* 10. *num.* 15,

Perperá enim Azebedus *in l.* 7. *num.* 10. *titul.* 23. *lib.* 4. *Recopil.* ipsius ver- 24
bis *dictæ l.* 2. dispositionem eo probari itidem arbitratur, quod satelitibus, siue alguacelis iniungit, vt quos citra superioris mandatum adprehenderint, statim in carcerent; & si nocte id fecerint, teneantur die sequenti notum iudici facere, vt habetur *con vers. Y mandamos so la dicha pœna, que los que ansi fueren presos por los nuestros Alguaciles, hallandolos delinquiendo, antes que los metã en la carcel, los trayan ante los dichos Alcaldes, y justicias, y les digan la razon de la prision, para que hagã justicia: Y si los prendieren de noche, los pongan en la carcel, y luego por la manana otro dia lo hagan saber a los dichos Alcaldes y justicias, para que hagan lo que por ellos les fuere mandado.* Quod prius cautum fuerat *l.* 1. *titul.* 14. *lib. Ordin. Regal.* Quibus locis tantum abest, vt spatio viginti quatuor horarum satelitibus permittatur detentio Reorum, quos

siue

sine mandato capiunt; quod imò protinus iuuentur publicis vinculis mancipare, reseruata obligatione factum intimandi iudici, in mane sequẽtis diei, & non vltra, si captura nocturno tempore contigerit.

25 Huc respicit *l.* 43. *titul.* 18. *lib.*6. *Recop.* quæ libere cuicumque permittit earum rerum apprehensionem, quarum extractio extra Regnum prohibetur; cum illas iam prope confinia ipsius conuehi prospexerint. Dum tamen eas intra viginti quatuor horas apud proximioris loci iudicem consignent. Sic *præfata l.* *Mandamos y permittimos, que qualesquier vecinos, y moradores de qualesquier Ciudades, villas y lugares de nuestros Reynos, que fallaren que sacan las cosas vedadas, y fallaren, que las sacan dentro de vna, o dos leguas de los fines de nuestros Reynos; que por su propia autoridad las puedan tomar, y las trayan al lugar mas cercano dentro de veinte y quatro horas; y lo notifiquen luego a la tal justicia de el tal lugar, &c.* notat Roderic. Suarez *allegatione*, 18. *num.* 8. Bobadil. *in polit. lib.*4. *cap.*5. *num.* 13. *&* 25. & Azebed. *in dicta l. num.* 3. vbi inquit, eum, qui intra dictum horarum numerum res apprehensas nõ manifestauerit, descripserit, & annotauerit, fraudis suspicione proculdubio aspergi. Quia vt regulare est, spatio dicti temporis constringitur propria auctoritate aliquem, vel aliquas res capiens iure permittente, iudici manifestare.



MINVTA HORAE VIGESIMAE QVARTÆ.

primo

Pater

1 PER duodena regit mūdi Sol aureus astra, vt cecinit Virgil. *lib.* 1. *Georgic.* singulis viginti quatuor horis Orbem suis radijs lustrans eo modo; quo à diuino spiritu Ecclesiast. 1. *vers.* 5. describitur: *Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: Vbique renascens, girat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Qui quidem

2 cursus diem constituit; quem aliqui naturalem vocant, vt notat Casaneus *in Catalogo gloriæ Mundi, part.* 12. *Consider at.* 42. & 43. Franc. Castrac. *de Societatibus Offic. cap.* 62. Azebedus *in Curia Pisana, lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. & *in l.* 4. *titul.* 4. *lib.* 7. *Recop.* noster D. Alphons. Perez de Lara vir quidem incomparabilis memoriæ, & infinitæ pœne lectionis, *de anniuersar. & capel. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 22. & nos legalem, aut ciuilem vocitamus ex *l. more,* 8. *ff. de ferijs*, indicat *gloss. in l.* 2. *de verbor. sig. & in Auth. de hæredib. & falcid. §. hinc nobis, verb. cui*; *collatione* 1. Ripol. *variar. resolut. cap.* 5. *num.* 143. Et alij, quorum in eandem rem diuersis locis meminimus. Quod præsensisse mihi videtur Zeno Veronensis *Sermon. vltimo* illis verbis: *Sol quotidie nascitur, eademque die qua nascitur moritur. Nec tamen instantis finis forte terretur suos vt repigret cursus, vt horas ac momenta producat; vt saltem paulò diutius diei sui moretur in vita; sed fideles semper, semper intrepidus ad sepulchrum noctis cognatæ contendit scius in ipso se habere quod venit; denique adimitur ei ortus si ei aufertur occasus.* Cuius mentem cùm nec satis percepisset vir aliòquim celeris ingenij Gasp. Barth. *aduersar. lib.* 42. *cap.* 15. quasi de naturali die, aut lucis tantum spatio meditaretur, incautius ab eo dictum arbitratur: *eadem die moritur*, Dies enim, inquit, cum sole interijt, nec longius illius spatium, vt in eo mori Sol dici possit.

3 Hinc pientissima Mater Ecclesia, quæ huius diei viginti & quatuor horarum formam obseruat nullum ieiunare absque aliqua comestione vltra prædictum spatium permittit, *cap. sint tibi, cum seq. de consecrat. dist.* 5. biduo enim, vel triduo ieiunare nequaquam patitur, *cap. non dico, ead. dist.* vbi D. Hieronymus: *Non dico hebdomadas, ait, non dico ieiunia duplicata: Sed saltem singulos dies absque ciborum luxuria transigamus.* vbi *gloss. verb. duplicata,* notat duobus diebus continuis inhe-

diam

diam minime sustinendam, *cap. literas, de tempor. ordinat.* Ecclesia ergo, vt optime ratiocinatur Paul. Zachias *Medico-legal. lib. 5. titul. 1. quæst. 1. num. 28.*
4 Non intendit ex abstinentia, quam præcipit in ieiunio inducere famem illam in extremo gradu, aut non naturalē, sed indigentiam tantum quādam primi generis, ex qua & caro affligitur, & spiritus promptior ad sua munera existit; atque ea de causa non permittit hominem, præter consuetudinem assumendi alimenta vltra spatiū diei vnius ieiunare, *dict. cap. non dico,* ne in famem illam morbosam, aut alia peiora incidat symptomata; Quin &
5 ob hanc ipsam causam rectè conceditur licentia præueniendi horam refectionis in ieiunio destinatam ijs, qui Stomachos exquisitioris sensus sortiti, & suctum ventriculi ocius & molestius persentientes, in prædicta Symptomata, in Lipothimiam, & huiusmodi labuntur. Hinc Hebræi adeo grauè & nobicum duorum dierum ieiunium, maximè si illis nihil penitus comedatur, iudicant, vt parient quadraginta dierum ieiunio, in quo non continuatis diebus ieiunetur. Ita Aloisius Nouarin. *Schediasm. Sacro-prophan. lib. 8. cap. 16. num. 84.*
6 Nec quod biduo Apostoli ieiunauerint, *cap. Sabbato, de consecrat. dist. 3.* ibi: *Nam vtique constat Apostolos biduo isto & in mærore fuisse, & propter metum Iudæorū se occultasse. Quod vtique non dubium est in tantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari.* Et plerique fideles in primitiua Ecclesia, qui à parasceue vsque ad Auroram Dominicæ resurrectionis nullum gustabant cibum. Vt Sanctus Dionysius Alexandrinus obfirmat his verbis: *Siqui autem non modo non transmisisis, sed ne ieiunatis quidem, vel etiam in delicatis, opiparisque conuiuijs consumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos, eosque solos extremos dies cum venerint, illi à se cibo non gustato transmisisi parasceue, & Sabbato, magnum quid & egregium se facere existimant, si ad Auroram vsque permāserint: Non existimo eos ex æquo certamen subijsse cum ijs; qui se pluribus diebus prius exercuerunt.* Refert idem Aloiſ. Nouarin. *dicto lib. 8. c. 22. num. 118.* Et fieri solitum à nonnullis his temporibus passim obseruatur, qui huius bidui ieiunium *el traspasso* vocitant.

Hoc inquam minime superiora infringit, quia vt *in dicto cap. non dico,* ad finem admonet doctissimus Turrecremata, licet duobus diebus continuis non sit abstinendum à cibo, propter defectum naturæ; tamen vbi non timetur huiusmodi defectus non est peccatum tanto tempore ieiunare: Si fiat ab aliquo præsertim aliqua inspiratione diuina: Sicut multi olim dicantur ieiunasse duobus, vel tribus diebus sine cibo, quibus nec audacter fecerim si Apostolos ipsos adscripserim, vtpote cœteros meritis & sanctitate præcellentes. Quo referendum videtur scriptum à Philone Iudæo, *lib. de vita* 7
contemplatiua. Aegyptiacos Patres, in Eremo, qui maximis ieiunijs carnē macerabant, ad sextam diem ieiunos mansisse; sed tamē nunquam hunc terminum pertransisse. Et alia quorum memoriam fecit Federic. Bonauent. *de octomestr. part. lib. 6. cap. 62.* Et nouissimè eximiæ literaturæ vir & amicus noster D. Franc. de Cuenca *in Scholijs ad commanda instrum. clauf. 33. à num. 33.*

Vnde subinfertur, nequaquam à 8
mortali excusandos immanissimos Iudices, qui vt facilius veritatem, & vt proprius dicant, quam ipsi veritatem optant tormentis extorqueant, non antea miseros de crimine notatos quæstioni exponunt, quam prius intolerabili inhedia vltra viginti quatuor horas cruciauerint. Res quippe vt iniquissima, & Christiano iudice prorsus indigna. Etenim sicut torquendus non debet teneri ligatis manibus per spatium temporis ante torturam, vtpote admonet Prosperus Farinac. *prax. criminal. tom. 1. quæst. 38. n. 37.* Quia 9
plus patitur in eiusmodi ligatura, quā in ipso æquleo: Nec exquisitis insolitisque

litiſque cruciatibus, etiam in atrotioribus affligi poteſt, vt idem exclamat *ibidem num.*55.*& ſeqq.* quanto rectius dicendum erit prædictum longiſsimæ famis, quaſi tormentorũ immane præludium penitus à foro exulandum, & non niſi graui culpa poſſe à iudicibus experiri. Maximè cum hæc potus &
10 cibi carentia ſit tormentum & quidem immaniſsimum, truculentius quam gladius belli, aut peſtis, vt inquit D. Hieronym. *ſuper Amos, lib.*3. Et nonnullis oſtendit Ioan. Baptiſ. Pontanus *de aliment. cap.*1. *num.*1. & Mart. Colerus *ſimili tract.*1. *cap.*1. *num.*12. vnde Carrer. *in praxi de tortura*, *§. circa tertium, num.*24. inquit, *tormentis extractam illius confeſsionem videri, cui eſus, & potus carceribus fuit denegatus;* conſentit Mart. Coler. *dicto lib.* 1. *cap.*43. *num.*84. Aſſerens inhedia tortum confitentem ſe hoc, vel illud admiſiſſe, ſibi non præiudicare, niſi ad fuerint ſufficientia indicia ad torturã, & in confeſsione poſtea ſponte, & libere eduliorum facta copia perſeuerauerit, ex Bart. *in l.*1. *§. Diuus Seuerus, n.*2. *ff. de quæſt.* Angel. de Aretio *tract. de malefic. verb. quod fama publica, num.*99. Chil. Konig. *in Proceſſ. cap.*2. *num.*22. At tormentum vnum poſt aliud, nullo interiecto ſpatio, infligi prohibetur, vt poſtmodum conſtauit.

Cæterum vt cibi hæc indigentia, ſpatio viginti & quatuor horarũ torquendum, vtpote ad internetionem vexat; ita & earundem horarum quies, & laxatio poſt eculeum ita reficit, & præteritæ quæſtionis metum excutit, vt vel hac ratione elapſo eiuſmodi viginti & quatuor horarum interſtitio, & non antea debeat tortus ratificari, ex doctrina Iacobi Butrigarij *in l.* 2. *C. de cuſt. reorum*, aſſerentis quæſtionẽ paſſum debere quieſcere ſaltim per vnum diem naturalem poſt torturam, antequam ducatur ad tribunal, vt ratificetur. Greg. Lopez *in l.*4. *verb. otro dia, tit.*30. *part.*7. Dueñas *regul.*156. *limit.* 3. Iulius Clar. *in prax. lib.*5. *§. fin. quæſt.*94. *num.*1. *ad medium*, Ant. Gomez *tom.*3. *variar. cap.*13. *num.* 24. Bobadil. *in polit. lib.*5. *cap.*3. *num.*83. Inſinuat Farinac. *prax. crim. tom.* 1. *quæſt.*38. *num.*91. Ioann. Machad. *in Perfect. Conf.*2. *part. lib.* 2. *tract.*3. *docum.* 6. *num.*6. & nouiſsimè P. Petr. de los Angel. *in prax. iud. Regularium, part.* 1. *cap.* 24. & confirmatur dicta, l. 4. ſeptem partiti noſtri iuris ibi: *De que los preſos fueren metidos a tormẽto ſegun que de ſuſo diximos, è ouieren dicho lo que ſupieren ſobre aquello porque los atormentaron, e ouieren eſcrito ſus dichos de ellos, deben los tornar a la priſion do ſolian eſtar antes que los atormentaſſẽ, e mager que alguno de ellos conoſcieſſe quando le atormentaſſen aquel yerro ſobre que lo puſieron a tormento, non lo debe por ende el juzgador mandar juſticiar luego, mas tornenlo a la priſion faſta otro dia, e de ſi facer que lo aduzgan otro dia antè el, e decirle anſi, &c.* Formulam ratificandi præſcribit.

Et licet Gregorius *vbi proximè* ſen- 12
tiat, hac lege minimè probari tranſcurſum viginti & quatuor horarum neceſſarium poſt tormenta ad ratificationem, ſed tantum eo ipſo die inflictæ quæſtionis reum quieſcere debere, ſequentique adducendum ratificandæ confeſsionis cauſa: Iudicio meo fallitur (liceat ita de tanto viro loqui) quoniam verba illa: *Mas tornelo a la priſion faſta otro dia, e de ſi facer que lo aduzgan otro dia.* De legali die viginti quatuor horarum, cuius noſter ſermo ſunt accipienda: Alioqui tortus v.g. vndecima hora noctis, poſt duodecimam poſſet ratificari, quod nemo dicet, cũ rationi ipſi repugnet, qua hæc temporis intercapedo inducta agnoſcitur, videlicet, vt reus depoſita formidine tormentorum, quæ fuit perpeſus, liberius confiteatur, quod ne vix quidẽ mediocri horarum circulo eueniet. Imò quocunque tempore ante lapſum viginti quatuor horarum ad ratificationem interrogetur, ſtatim à tormento interrogatus videbitur. Argumento *l. quod ait lex.* 23. *§. fin. ff. ad legem Iuliam de adult.* ibi: *Et interpoſitis horis*, quas viginti eſſe oportere, *ſupra Hora* 20. adno-

20. adnotauimus. Cuius testimonio & Andr. Carrerius *in indice praxis criminalis*, *verb. tortura*, *vers. adde quod si quis*, debere esse interuallum de confessione ad ratificationem, ideoque illud saltim viginti horarum agnoscit. Vti & fecisse videtur Vmbertus Locatus *in prax. iudic. Inquisitor. verb. tortura. vers. solent hic.* Et si prorsus illius loci scripturam suspectam habeam, proque vigesimaquarta hora, vigesimam tantum positam crediderim, vt nec male sequentia demonstrant, *puta die sequenti*, & inferius: *Per vnum diem naturalem*. Si ergo die sequenti ratificationem faciendam edocet, idque ex Bart. *in cap. qualiter & quando* 2. *de accusat. & l. 2. de cust. reor.* Ioann. Butrig. *in l. 2. C. eod.* Thom. Cormerio *iuris ciuilis Romanis Gallicique, lib.* 33. *titul.* 3. *cap.* 14. Igitur post viginti & quatuor horas? vti *& in nostra l. patria* Philosophandum eadem coniectura suadet. Iuxta quem sensum praxis admisit, & vltra antiquiores, Bobadilla *supra*, & nouissimè Ioann. Machad. *in Perfect. Confess. tom. 2. lib. 6. part. 2. tract. 3. doc. 6. num. 6.* illa verborum serie: *Dado pues tormento al reo, si confessò el delito, dispone vna ley de el Regno* (4. *scilicet titul.* 30. *part.* 7. vt in margine habetur) *que su confession no sea valida, hasta que espontaneamente la ratifique, passadas veinte y quatro horas.* Itaque minime audiendus erit Gregor. Lopez dum putat, in arbitrio iudicantis positũ an debeat tortus per viginti quatuor horas quiescere, vel minori spatio, secundum qualitatem rei, & tormentorum, ita, quod verisimile sit tormentorum dolorem, & metum cessasse; quia vt dixi hoc, vix ante viginti quatuor horas accidere solet. Idem ex Angelo & Gandino sentit Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part. 3. n.* 181 inde concludens, maximè in attrocioribus in arbitrio iudicantis positum an ratificatio eadem die, puta post quatuor, vel sex horas fiat. Præsertim vbi confessus in tormentis esset facinorosus, & solitus talia perpetrare; vel quãdo contra eum fuerunt indicia vrgentia: aut quando esset vir fortis, qui vix tortus statim fassus sit delictum; quod fecisse præsumitur: extra quos casus post horas saltim duodecim ratificationem faciendam sentit *in pract. & Theorica testium part. 4. num.* 158. Sed id nulla adducta ratione, nisi quia satis congruum tempus videtur; vt in Euangelio legitur. Quod quam fuerit improbabile satis liquet. Verius tamen existimo quod statim *ibidem* subijcit, videlicet, diem & horam ratificationis necessarij describendam. Vt an legitimum temporis interuallũ inter torturam & ratificationis solemnia intercesserit, plane ex actis constare possit.

Si verò citiori spatio confessionem 13
tormentis extortam reus adprobauerit, nec illi hoc quidquam ad condemnationem officiet; quia non libere, sed metu potius quæstionis elicita: Cuius adhuc nondum transacto dicto tempore trepidatio durare præsumitur, vt ex communi obseruat dicta practic. iudic. Regular. *supra* & indicat *dicta l. 4.* ibi: *La confession hecha en el tormento, sino fuere confirmada despues sin premia non es valedera*. Idem enim est ratificationem absque oppressione & metu fieri, oportere ad effectum condemnationis, ac debere post viginti quatuor horas interuenire; vt in alterius legis Regiæ explicatione adnotauit egregiè Bobadilla *dicto loco n.* 83. cum inquit: *Yes de aduertir, que aunque la dicha ley dice, que la confession de el delito se a hecha sin premia, es lo mismo, si hecha en el tormẽto se ratifica despues, passadas veinte y quatro horas, ante el juez.* Conducit scriptum ab Vmberto Locato *supra* ex Claudio Zaneto *in margine practic. Papiens.* videlicet, quod confessio ratificata post tormenta, ne videatur facta metu tormentorum, debet ratificari per vnum diem naturalem post tormenta, alias diceretur facta metu tormentorum, per ea quæ voluerunt Bart. & DD. *in l. 1. §. Diuus, ff. de quæst.* ex Angelo *in l. 2. C. de cust. reor.* & plenius Alex. *Consil.* 93. 3. *part.* Quod dilucidius stauilitur 14
sententia

sententia Græci Eustathij *de tempor. & interuall. vbi de primo die num.* 2. Ita asserentis: *Ante diem vnum prædicere debet is, qui de aliquo examen habiturus est, futurum examen. Ne rei subito casu in metum, ac perturbationem cohijciantur*: Sic Basil. *lib.* 60. *titul.* 50. Legitur etiam apud Attaliatæ *Synops. titul. de quæstionib. siue examinibus*: *Ante diem vnum prædicare oportet, futurum examen: Ne Rei subito casu perterrefiant.* A quo nec longe distat Paulus noster *in l. vnius facinoris*, 23. *§. fin. ff. de quæstion. Cognitur ũm*, cum inquit, *de criminibus Præsidem, oportet ante diem palam facere, custodias* (siue custoditas personas quæstionis habendæ causa; ne medicamentis forte tormenti vim eluderent) *se auditurum. Ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusationum criminibus opprimantur.* Est enim vnius diei spatium necessarium, vt quæstionis metu prope consternatus animus sistat.

Quod item producendum malim ad iterationem torturæ, vt scilicet, semel illam expertus, non possit etiam vrgentissimis nobis accedẽtibus indicijs iterũ ante viginti quatuor horas eculeo exponi. Sic Paris de Puteo *de sindicat. verb. tortura, el 2. cap. viso, de iudicijs, num.* 3. Carrer. *in prax. 2. tract. de indicijs, §. circa sextum, de repetitione torturæ, num.* 3. *&* 15. Conrad. *in*
15 *pract. de neg. crim. num.* 31. *vers. sed non vltra.* Franc. Personal. *tract. de iudicijs & torm. num.* 83. & ex his Farinac. *dicta quæst.* 38. *num.* 103. Vbi ex communi resoluit torturam; alia diuersa die esse repetendam. Idem sentit Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap.* 14. *n.* 27. & Machad. *supra, num.* 7. Luculenterque euincitur apud nostros *ex dicta l.* 4 *partitæ illic*: *Puedenlo meter a tormento, aun dos veces en dos dias repartidos.*

16 Mortuus etiam, vt & id notem, nõ solet sepeliri nisi elapsis viginti quatuor horis, teste experientia, & Crescentio *decis.* 13. *de rescript.* inde inferens; quod testibus deponentibus certa hora vidisse aliquem deferri ad sepulturam, verisimiliter à communiter accidẽtibus debet intelligi, obijsse per plures horas antea, saltim viginti quatuor. Est igitur hæc, vt vulgaris, & vetusta assuetudo si Ciceroni fidem habeas, maxime *pro Cluentio*: *Eo ipso die*, inquit, *puer cum hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctẽ mortuus, & postridie ante lucem combustus est.* Idque nimia celeritate, vt Sueton. *de funere Othonis, & celeriter & paruo* 17
cultu (nam ita præceperat) funeratus. Erat enim inopinatæ mortis, & aceruę quasi solemne breuis tumulatio. Sic Ioann. Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib.* 2. *cap.* 1. *Nam publica tantũ & indictiua funera totidẽ postulasse dies* (nouem, scilicet, vt mox constauit) *videntur: non autem tacita vel acerba, in quibus plerumque omnia raptim fiebant: Nec ideo tot dierum spatio opus.* Publica 18
enim funera non nisi post nouem dies ducebãtur, vti egregie Iacob. Guther. *de iure Manium, lib.* 1. *cap.* 16. Qui apud maiores, inquit, *vbi quis extinctus esset, diebus septem domi illius corpus asseruabatur & curabatur, lauando, vngendo, osculando, complorando, conclamãdo.* Octauo die funus procedebat & corpus incendebatur, nono sepeliebatur. Et si qui ludi in mortui honorem fierent, ab eo nouendiales sunt appellati. Hinc nouendiales illæ feriæ apud Consultum *in l. 2. &* 3. iuncta Accursij explicatione, *ff. de in ius vocando*, apud Imperatorem *Authent. vt cum de* 19
appellat. cognoscitur, §. hæc autem collat. 8. *Auth. sed neque, cap. de sepulchro violat. Nouel. Iustinian.* 115. Et apud nostros *in l.* 1. *titul.* 13. *part.* 1. *l.* 13. *titul.* 9. *part.* 7. Quibus omnem exactionem contra defunctum ipsius que hæredes per nouem dies cessare præcipitur. Obseruant Ioann. Gutier. *de iuram confirm. part. 2. cap.* 3. *num.* 18. Didacus Perez & Padilla quibus nouissime consentit D. Ioann. Franc. de Guenca *in Scholijs ad instrum. comandæ gloss.* 26. *num.* 85.

Et iuuatur superior sentẽtia ex Rebuffo, *titul. de sententijs prouisionalibus in præfat. num.* 47. *vers. sumptum intel-*

ligere

ligere debemus, & Polidor. Ripa *de nocturn. tempore, quæst. 92. num. 1.* Vbi solent, inquiunt, mortui in vesperis, noctu custodiri, vt altero adueniente die sepulchro condantur. Et si eo retorqueant vt noctu mortuos sepeliri permissum negent. Ex quo infert ibidem Rebuff. *num.* 51. illi non esse parendum, qui velle noctu sepeliri testatur. Cum quia Ecclesiæ consuetudo aliud admisit; Tum quia populi precibus & orationibus careret, quas proculdubio si interdiu tumularetur fuisset consecuturus. At hoc quàm sit vanissimum facile conspicitur, quoniam nulla aut lege, aut consuetudine Ecclesiæ nocturna funera prohibentur; Imo frequenter nobilium qui in egestate decedunt, eo tempore fiunt; Et si antiquas ciuiles leges attẽdimus, noctu fieri necessariò præcipiebantur, teste Alexandro ab Alexandro *dierum genial. lib.* 3. *cap.* 7. ibi: *Idque noctu & obscura luce: Ideo ardentes faces adhibebant. Nam die funus efferre, vetusto more non licuit: Quod Demetrius Rex cauit edicto, vt ante lucem, vel post crepusculum efferantur corpora: Die verò non liceret* refert Cælius Rhodigin. *lib.* 17. *cap.* 19. & Tiraquel. *in dict. locum Alex. litera N.* vbi cum Seruio notat, inde permansisse ritum vt mortuos faces antecedant, quo & nunc vtitur Ecclesia. Quod si nullo diuiniori nitatur principio, haudquaquam exaudiendus Rebuff. *supra* illum de hæresi suspectum existimantem, qui disponeret fore sine lumine sepeliendum, quia hoc esset contra bonos mores, & laudabilem Ecclesiæ ritum, quâ de re videndus Iacob. Menoch. *de præs. lib. 6. præs.* 45. *à n.* 41. *vers. Nonum est signum.*

20 Sed vt cœptum prosequamur, vereor tamen ne hæc præsumptio, qua mortem supponimus funus præcedere saltim viginti quatuor horis, nostris legibus reijciatur, quibus dies mortis & funeris pro vno, eodemque scribitur. Vnde cum *dict. l. 1. titul. 13. part.* 1. Nouendiales induciç hæredibus à die conditi corporis indulgeantur, ibi: *Fasta nueue dias despues que fuere soterrado.* Cæterum *in dict. lib. 13. titul. 9. part. 7.* à die mortis, expressis illis verbis conceduntur: *Fasta que passen nueue dias despues que el finò.* Sicque vel Regias sanctiones quo ad exordium eiusmodi feriarum dissidere credendum erit, vel saltim nullum intercessisse diem inter mortem & sepulchrum, sed vtrumque eodem accidisse.

At ego neutrum admitto, certius 21
arbitror semper, omnique tempore dictas horas interfuisse ante humationem. Vt iure & nunc ita disponi exoptat nouissime D. Franc. de Cuenca vbi proxime *clausul.* 33. *num.* 27. idque his elegantissimis verbis: *Ob hoc inconueniens iure decernendum fuisset; extinctos repente, per diem saltim integrum nec sepeliendos, neque ornatu funesto operiendos esse, ob quam & maioris temporis expectationem Lazari resurrectio à Iudæis calumniari non potuit, quod miraculum, miraculorum fuisset portentũ, non solum tempus, ornatus funestus, sed fœtor spirans è corpore Lazari plene ostẽtarunt.* Longiori tamen spatio nec ad petitionem creditoris, cadauer debitoris inhumatum detineri permittitur. Reipublicç enim quam maxime interst defunctorum corpora citissime mandari sepulturæ, ne fœtorem excitent, & pestem, aut alios morbos, argumẽto *l. 3. §. Diuus, ff. de sepulchro viol.* obseruat multis Matthias Colerus *de Processf. execut. part. 1. cap. 6. num.* 116.

Ex legibus tamen adductis potius elicio duplicem diem obitus scilicet, & sepulturæ pro vna vsurpari ad effectum computandi nouẽdiale illud terminum intra quod hæres, vel de familia nequit conueniri. Sicque fictione quadam tunc mortum testatorem dici cum sepelitur; non quia viginti & quatuor horis antea non decesserit, sed quia elapso dicto tempore incipit quasi certo sciri illum defunctum: Detinetur ergo hoc spatio inhumatum cadauer experiendi causa, an verè sit exanime. Ne fortè nimium festinan- 22
do sepulturæ traddatur, qui animam nondum

nondum omnino expirasset, vt ex Seruio *lib.* 5. *Aeneidor. Virgilij* refert Ioann. Kirchmannus *dicto cap.* 1. Igitur meritò duo isti dies mortis, scilicet, & sepulturæ, instar vnius habentur iure nostro. Quod nec inauditum, aut inusitatum videri debet, cùm etiam Ca-
23 nonicis sanctionibus habeamus electionem Episcopi, quæ post obitum quiescentis fieri potest, *cap. Episcopo* 4. *cap. Episcopo* 5. 8. *quæst.* 1. non nisi post ipsius illationem in sepulchrum exordiendam, *cap. nullus* 8. 79. *dist.* Quod idem & in Regis electione facienda iure nostro occurrit. Etenim cum *l.* 9. *proœmij vetustissimi fori iudicum*, ab ipsa hora præmortui Principis facultas successorem nominandi concedatur; id iam sepulto antecessore exequendũ notat *ibidẽ* Alphons. Villadiego, *num.* 24. ex Baldi doctrina *in dicto cap. Bonæ Memoriæ*.

24 Succedat nunc & alia inspectio iuris nostri, quo in pœnam morosi debitoris inducitur reum executum, & intra viginti quatuor horas non soluentem, teneri etiam ad debiti partem decimam insuper Officiali exequenti persoluendam in pœnam commissæ moræ, *l.* 21. 22. *&* 23. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* obseruat Azebed. *in l.* 18. *eiusdem titul.* Bobadil. *in polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 25. Amator Roder. *de execut. cap.* 7. *num.* 30. Ioann. Gutier. *lib.* 1. *pract. quæst.* 33. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 6. *part.* §. *vnic. num.* 28. Villadiego *in polit. c.* 2. *n.* 94.
25 Quod ita subaudiendum est, si loci cõsuetudo eiusmodi decimæ exactionem admittat, *l.* 7. *dicto titul.* 21. vt in Curia Regali vigere probat *ibidem*.
26 Quæ vtique viginti quatuor horæ ab illa computandæ sunt, qua fuit executio inita, siue contracta in personã vel ad domum si debitor fuerit absens. Quandoque hac sola ratione; vt alibi notauimus, Tabellioni sub grauissimis pœnis iniungitur obligatio adscribendi horam factæ executionis, *dicta l.* 21. ibi: *Y el escriuano ante quien passare e assiente la hora en que ansi se hiciere la dicha execucion, para que se vea y entiẽda, quando se cumple y acaba el dicho dia natural*, probat item *l.* 30. *eiusdem titul.* meminit Azebed. *supra ante num.* 1. *& iterum num.* 6. Amator Roderic. *vbi supra num.* 28.

Si verò debitor intra præfatum horarum spatium creditoris satisfactionem ostenderit, proculdubio decimã excusauit, vt *dicta l.* 22. continetur ita: 27
Mandamos que mostrando el deudor contenta de la parte dentro de veinte y quatro horas, no sea obligado a pagar la decima: Y que lo dispuesto en las decimas se entienda en otro qualquier derecho de execucion. Quod sic intelligendum meritò arbitratur Gutierrez *vbi proximè*, etiam si non realis, vel in pecunia satisfactio fuerit, sed quod creditor dicat intra dictas viginti quatuor horas, *que se da por contento y pagado*, quamuis nihil receperit, & appareat dictam confessionem extortam precibus & importunationibus debitoris, vt decimę solutionẽ excludat. Etenim verbum *contentamiento*, quo lex nostra vti- 28
tur, quo quomodo animo satiatum complectitur, etiam si nihil acceperit. Vt huius vocis proprietatem explicans Ambrosius Calepinus apud Passeratium *verb. contentus.* Neque enim, inquit, contentus is dicitur, qui continet, sed qui nihil desiderat. Qua in re nec hæsitationi locus manet attentis *verbis ipsius capituli Curiarum Matriti, anni* 1582. a quo dicta *l.* fuit desumpta; quibus id plane ostenditur, maximè in precibus; quarũ seriem recenset Azebed. *in dict. l.* 17. *num.* 5.

Similiter etiam decimæ solutionem 29
effugiet debitor, qui nondũ transactis dictis horis, debitam quantitatem iudicis auctoritate apud publicum sequestrum, seu aliam legitimam personam deposuerit: Dum tamen proprijs sumptibus intra tertium diem notum id suo creditori fecerit, vt expresse definitur *dicta l.* 23. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recop.* hac verborum serie: *Mandamos que depositando el deudor dentro de veinte y quatro horas, despues que fuere requerido la deuda porque es executado, en persona lega, y abonada, ante vn Alcalde, y en su*

 an

ausencia ante vn Regidor, y no ante otra persona, quede libre de pagar decima, ni otro derecho de execucion, conque a su costa, dentro de tercero dia, despues de hecho el deposito, lo haga saber a la persona, a cuyo pedimiento es executado: Lo *qual todo se entienda no auiendo obligacion de hazer la paga en algun lugar particular.* Tunc enim nisi depositum fiat loco destinato solutioni nil proficiet, nec ad decimæ excusationem. Si verò intra prædictum spatium creditori, iudici, aut officiali exequenti debitum obtulerit; & vel quia accipere recusarunt, aut dum numeraretur vltima termini hora excurreret, proculdubio à decimę solutionę liberaretur, vt expendit Villadiego *supra.*

30 At nouioribus sanctionibus Catholicorum Principum Philippi III. & Philippi IV. quæ iam diu præfatis Curijs Matritensibus fuerat enixè efflagitata, nec obtenta, productio vigintiquatuor horarum ad septuaginta & duo, siue ad triplicem diem naturalem, fuit vtilissimè, benignèque indulta, *audi l.* 30. *dicto titul.* 21. *nouioris recollect. Queremos y es nuestra voluntad, que en las execuciones que se hizieren en qualesquier Ciudades, Villas y lugares de estos nuestros Reynos y Señorios, por qualquiera de nuestros Alguaciles, o otras justicias, para lleuar las decimas de ellas, sea necessario que ayan de passar, y passen setenta y dos horas, que se quenten desde en la que se trabare la dicha execucion, &c.*

31 Hac ergo nouissima decisione existente, quæ & antiquioribus in eo consentit, quod præscriptum horarum spatium ab illa esse calculandum præcipit, quæ fuit executio facta; itavt eadem hora tertij diei, si creditor non fuerit satisfactus, incipiat decima deberi: Dubitandum occurrit vbi plura sunt Horologia, cui standum sit quo ad hunc effectum, an primo sonanti, vel posteriori? Hanc quęstionem egregie digerit Castel. de Bobadilla *dicto lib.* 5. *polit. cap.* 2. *num.* 25. cuius verba cum maxime instituto nostro conueniant, multaque definiant, transscribere non verebor:

De passo tocarè aqui, hæc sunt, 32 *lo que se me ofrecio siẽdo Corregidor en la Ciudad de Soria, que auiendose pregonado la residencia a cierta hora, y cumpliendose el termino de ella a la misma hora de el vltimo dia de los treinta que la ley assigna para esto, presentò vn vecino ciertos Capitulos contra mi antecessor, dada ya la hora de vn relox, y estãdo por dar de los otros: y yo no quise admitirlos, porque de momento a momento ya se auian cumplido los dias, y termino de la ley, y passados aquellos, como diximos en el capitulo precedente, y se verà en el siguiente, queda præscripta la acciõ contra los residenciados: 33 Y aunque para euitar calumnias y controuersias seria vtil admitir la querella y capitulos, pues de otro relox resta por dar la hora; y conuiene a la Republica saberse y castigarse los delitos: pero porque el acusar es odioso, como queda dicho, y se ha de restringir, y no ampliar, y al capitulante que estuuo en el pueblo, no le ha de aprouechar su dolo, y toda dispoficiõ y acto se entiẽde de la primera vez: Digo, que tãpoco los admitiera agora: porque aunque a la republica conuenga el escarmiento de las culpas, entiendese por la orden y forma, y en el termino estatuido por derecho; passado el qual, queda præscripta el accion, y el officio de la justicia para el castigo de ellas: y en esta duda se de behazer vna distincion: 34 O el auer dado la hora es fauorable al reo, el qual en duda ha de ser fauorecido, como es para no demandarle, ni capitularle al fin de el termino, y con malicia: y en tal caso basta verificarse el cumplimiento del, con auer dado la hora de vn relox, porque para euitar la consequencia, basta dar instancia de vn acto. Ya este proposito haze vna ley de el Reyno que dize ansi*: Y si aquel querelloso no querellò en aquel tercero die despues que vino a la Villa, no le deuen oyr su querella, in perquirirsela escriuirsela, *l.* 23. *titul.* 3. *lib.* 6. *non recollect. 35 O es odioso el auer dado la hora, como lo seria para cobrar la decima de el executado, no contentando a la parte en las veinte y quatro horas; o para quedar rematada la renta Real,*

Real, o hecha la venta judicial aplazada hasta tal hora, para pagar la multa el que no viniere al cabildo, o a la audiencia a tal hora, o para pedir las armas al que fuere tomado con ellas a tal hora: En estos y otros casos, en que se sigue daño, o pena de auer passado el termino abria lugar prorogarle de vn relox a otro.

36 Itaque opinio Bobadillæ, quæ ad decimæ excusationem vltimo horologio stari oportere docet, veluti & in cæteris rebus odiosis, proculdubio iuri consona videtur. Maximè si repetas, quæ in simili quæstione de Officio diuino scripsimus *sup. hora vigesima*, vbi & illud commune ex quam plurium sententia tradidimus habere se plura horologia, vtpote plures opiniones probabiles, quarum alteram quilibet in proficuis, & fauorabilibus, vt culpam effugiat tute sequi potest, alijs relictis consentit Bobadillæ dictis elegans Parladorij locus, *quotid. quæst. post sex quicenturiam, quæst. 9. num.* 10. Sed illius sententiam eo solummodo veram reputans, vbi duo tantum horologia sunt in oppido; nam si multa extiterint in oppido horologia, idem quod de testibus pronuntiandum credit, vt nempe sequatur fidem illorum, quæ numero vincunt, & certiora esse solent. Nec irridendum, inquit, quod crepitaculorum rationem habeamus, tanquam iurisprudentiæ Maiestatem dedeceat eiusmodi tractare quisquilias. Enim verò licet iurisprudentiæ amplissima sit Maiestas, vt quæ rerum diuinarum, atque humanarum sit scientia: At ipsa nec minutissimas res pertingere dedignatur, vt est videre, cum aliàs *in §. Gallinarum, instit. de rerum diuisione, l. 1. ff. si quadrupes.* Ex Alexandrum nostrum legimus de Asino edidisse Consilium, quod habetur, *vol. 1. Consil.* 13. Quid quod hæc quæstio de Horologio ad multa vtilis esse poterit: Veluti cum agitur de retractu rei familiaris, vel de decima executionis, & ad aliàs per multas iuris quæstiones. Hæc satis ad rem Parlador.

37 Non ita facilis negotij erit perquirere, an extra pars temporis septuaginta duo horarum, quæ in diem incidit solẽnis supplicationis, publicę processionis, aut alterius extraordinariæ lętitiæ, debeat in dictas horas cõputari, vel de illis deduci ita, vt executatus, qui die sequenti, debitum soluit liber maneat, etiam à decimæ præstatione? Multa sunt quæ hinc inde quęstionem ancipitẽ reddant, nam pro imputatione festiui diei in terminum, facit *l. 1. §. nunciat. ff. de oper. noui nunc. & l. Miles 11. § sexaginta, ff. ad l. Iul. de adulter.* Vbi feriarum dies nullam præstant excusationem quominus aliquid, quod absque Prætore exequi licet, præstituto tempore fieret: ergo nec iuuabũt non satisfacienti debitori, cum solutio ex illis sit, quæ judicis præsentiam, vel auctoritatem nõ requirunt, vt expresse Guid. Papæ *quæst.* 205.

Deinde quia cum debitor pręuidere 38
potuisset futuram solemnitatem in termino dictarum horarum, debuit rem ita disponere, vt antecedenti tempore, & ante impedimentum solueret. Quod si non fecerit in mora esse videtur, & quidem inexpurgabili, etiam si statim post feriatum diem soluat, argumento text. *in l. 2. §. si quis tamen cum posset, ff. si quis cautionib.*

Item quia vbi finis temporis ad ali- 39
quid statuti incidit inferiatum, etiam eo potest res peragi, ne ex lapsu damnum sequatur, *l. Pomponius 13. §. arbiter. ¶. si feriatis, 36. ff. de recept. arbitris.* Igitur qui eo non soluit cum potuisset, meritò decimam inferet, nec ab eo facta post terminum solutione liberabitur.

Pro exclusione quoque siue dedu- 40
ctione dictæ solemnitatis à termino duo & septuaginta horarum nec leuiora insistunt. Vrget festorum solemnitas, quæ tanta esse debet, vt ab omni opere sit quiescendum, *cap. placita 15. quæst. 4. cap. decreuit 20. quæst. 5.* Maximè à forensi & iudiciali, *vt per integram causam 15. quæst. 4. cap. licet, cap. conquæstus, de ferijs.* Si enim his diebus nil agi oportet, ergo nec soluere? Cui enim imputari poterit quod non

 fecerit,

fecerit, quod facere non debebat? Aut cui ex hac causa non soluenti, si protinus cessante impedimento satisfecerit, non succurretur?

41 Præsertim si iuris esse constituti expendam citatum, vt intra certum diem compareat, excusari si feriatus dies sit, *l.*2. §.1. ibi: *remittit pœnam non cōparenti, quia dies feriatus fuit, ff. si quis in ius vocat.* vbi Bartol. Abbas *in cap. conquæstus, num.*21. *& ibidem* Matth. Collerus, *num.*22. *de ferijs*, Marant. *de Ordine iudic. part.*6. *verb. citatio, num.* 120. & Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part.*6. *num.*534. *in fine*, vbi ideo infert, quod si Fiuizanensis v.g. teneatur comparere in ciuitate Florentiæ intra decem dies continuos post appellationem, & cum in tempore Florentiam aduenerit, inibi quasdam ferias seruari repererit, & sic intra decē dies audiri nequiuit, adeo quod impeditus ex eo, quia ob ferias nequiuit audiri, nec legitime comparere, ad se præsentandum coram iudice appellationis; adhuc transactis ferijs locum esse cōparitioni, dummodo prima die iuridica sequenti immediate post dictas ferias se legitime præsentet, & compareat coram iudice appellationis. Iuxta sententiam alterius Caualcani *decis.* 27. *num.*24. *&* 25. *part.*1. Bart. *in l.* 2. *num.*4. *C. de tempore ad appel.*

42 Quibus consequens est diem impedimenti, non computari in termino, *l. quibus diebus*, 40. *in princ. ff. de Condit. & demonstr.* ibi: *Quibus diebus vicinus tuus te via publica, cum ad parēdum conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per te staret quominus agendo ob calūnias eum submoueas: Hi dies conditioni non imputabuntur*: Ergo nec dies publicæ lętitiæ in spatio dictarum horarum; imò liberum erit debitori, eo elapso creditori soluere, vt decimæ præstationem euitet.

43 Et demum ex mente *dictæ l. Regiæ*, quæ septuaginta & duas horas ad solutionem præstat debitori conuento; quæ nisi liberæ permittantur, integræ dari non videntur. Liberæ enim minime dicuntur, quando omnibus non licet soluere ob festum. Nam quod objicitur potuisse debitorū primis horis debitum offerre, hoc leve est, & aduersante *dicta l. Regia* proponitur. Cur enim ipsa septuaginta & duas horas concedit, si non impune liquit primis cessare, & insequentes horas diligentiam soluendi reijcere?

Hæc sunt momenta rationum, quibus similem illam quæstionem discutit prolixiori calamo doctissimus Annæus Robertus *rerum iudicat. lib.*4. *cap.*15. scilicet, an præcipiente lege municipali consanguineum, cui res causa retractus sententia fuit adiudicata, teneri intra vigintiquatuor horas pretium soluere, sub amissione iuris; si executio dictæ sententię inciderit in tempus solemnis supplicationis, vel publicæ processionis, matutinum diei spatium, quod processioni & supplicationi destinatum fuerat, in illas viginti & quatuor horas imputari deberet; an verò æquius esset deduci tempus illud, nec in vigintiquatuor horas imputari: Quo casu liberum foret reliquo diei spatio, velut durantibus adhuc vigintiquatuor horis, pretium ex lege retractus, vel exsoluere, vel solemniter consignare? Qua in quæstione senatum censuisse obfirmat consignationem, quæ post supplicationis, & processionis publicæ solemnitatem pomeridiano tempore facta fuerat, legitimam, & congruo tempore factam videri. Ideoque rem consanguineo retractus iure adiudicasse. 44

At in proposito fœdere distinctionis dictam ambiguitatē ex mente Annæi Roberti, & senatus componendā censeo. Aut enim debitū proquo fuerat facta executio eius erat qualitatis, vt non rectè nisi obsignatione publica & iudiciali intercedente solueretur: Aut eius, cui priuata & particulari solutione fieri satis potuerat? Priori casu dubio procul existit, tempus publicæ letitiæ, & festiuitatis deducendum fore à termino dictarū duo & septuaginta horarum, ac proinde solutionē eo transacto factum proficere ad decimæ elusionem, vt meritò senatus apud Rober- 45

Robertum iudicauit; quia consignatio legitima, veluti ipse aduertit, non priuati alicuius confessioné, sed actuarij publici, aut eius qui ad recipiendas consignationes edicto publico præpositus est, agnitionem & singrapham requirit. Qui quidem ob publicam lætitiam & festiuitatem domi non solent continere.

E conuerso ergo si priuata solutione potuit debitor creditori satisfacere, nil est quo possit iuuari ad excusationé decimæ, si intra dictum terminum septuaginta duo horarum non soluit; cum etiam die feriata facere potuisset, vt ex dictis palã euincitur. Nam quod postea, id est, statim elapsa festiuitate satisfecerit, nil prodest hoc casu, quo non admittitur moræ purgatio. Igitur indubitanter decimam debebit.

46 Cui & per quã similis est distinctio, qua penè eadem quæstione vtitur Petrus Caballus *resolut. criminal. cent.* 3. *casu* 24. *num.* 14. scilicet illa stante municipali lege, quod non descripti in ordine militari, deferentes arma prohibita puniantur certa pœna pecuniaria, quam nisi intra mensem soluerit, condemnentur ad triremes: an soluens vltima hora termini, qua Camerarius cui tradenda pecunia, non erat in officio, incidat in dictam riremium pœnam? Vbi licet quoad alias pœnas negatiuam partem veluti iuri conformẽ defendat, in corporalibus id quidem attenta æquitate negat, quæ suadet, vt dummodo intra præfixum terminum, quacunque hora, etiam intempestiua facta solutio releuet; Quod humanius esse concludo.

47 Aliud enim quod proficuè satis nostro iure cauetur in *l.* 13. *Tauri, hodie l.* 2. *titul.* 8. *lib.* 5. *Recopil.* adnotemus. Nempe filium non aliter editum naturaliter, nec abortiuum præsumi, quam si viuus totus in orbem prodierit, & saltim per spatium viginti & quatuor horarum naturalium in vita permansit, cœlestemque, sacra ablutione, fuerit consequutus. Hæc sunt verba: *Por euitar muchas dudas, que suelen ocurrir cerca de los hijos que mueren recien nacidos, sobre si son naturalmente nacidos, o si son abortiuos; ordenamos y mandamos, que tal hijo se diga que naturalmente es nacido, y que no es abortiuo, quãdo nascio viuo todo, y que alomenos despues de nacido viuio veinte y quatro horas naturales, y fue baptizado antes que muriesse.* Notant hic pœne omnes Glossographi, vti & insuccessibilem esse, patrisque testamentum non rumpere, si post ipsius mortem nascatur, & intra præfatas vigintiquatuor horas decesserit: Vt & nos meminimus *tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 1. *quæst.* 7. *per totam*, vbi hac de re exactius egimus.

Diserte sane & apte additũ est (subiungit Alphonsus Carrança *in Scholijs ad dictam l.* 13. *Tauri num.* 9. *ad calcem disputationis de partu pag. mihi* 683.) à legislatore nostro verbum illud, *naturales* cum de horis loqueretur, vt comprehenderet tam horas diei, quam noctis, de quibus *in l. ideoque* 7. *ff. de vsucap. & vsur. l. a qua ætate*, 5. *ff. de testam.* (quæ inde diurnæ & nocturnæ appellantur *in l. capite quinto* 25. *ff. ad legem Iuliam, de adult. l.* 2. *ff. de aqua quotid. & æstiua*) ita vt vigintiquatuor horæ continuæ, sint ab editione partus ad subsequutam eius mortem. 48

Sed cui hoc mirum non videatur, virum ita celeris ingenij sic inaduertenter locutum, vt ad necessitatem continuationis horarum dictum verbum *naturales* retulerit, quasi dari posset vita discontinua, aut alternis horis viuens. Qui enim viuit, necessario cõtinue & vna serie id faciat operæ pretium est, nemo mane vitam ducit, & vespere intercidit, vt alio die iterum viuat. Neque enim naturale horæ cõtinuæ dicuntur, sed æquales. Habeo fidelissimũ testem ex Astrologis Franc. 49 Barocium *Cosmographiæ lib.* 3. *cap.* 2. *paulò post initium*, his verbis: *Similiter diuidendo diem naturalem siue longus, siue breuis, in duodecim partes æquales, in totidemque noctem, alia quædam species horarum nobis oritur, quæ naturales appellantur, quia duodecim partes diei naturalis sunt; & eo quod natura rerum*

magistra nos docuit per eas distinguere dominia Planetarum in diebus naturalibus ac in noctibus. At certum est nec hoc sensu naturales horas *in dicta l.* subaudiri posse, cum non de naturali die duodecim horarum, sed de ciuili vigintiquatuor consistente alloquatur; cuius & si non semper ęquales sint horæ, totius tamen diei spatium æqualitate perpetuo habet cum cæteris diebus, etiam æquinoctialibus. Nam quidquid hyberno tēpore diurnis horis decrescit, nocturnis accedit; & quid ęstiuo diurnis accrescit, nocturnis adducitur, quo fit, vt circulus siue quantitas diei nunquam minuatur, & si partes ipsius siue horæ aliquādo pro ratione lucis, vel vmbræ differant. Inde nostris naturales horæ, etiam inæquales dicuntur, vtpote, quæ natura ipsa vel maiori, vel minori luce; aut è cōuerso maiori, vel minori tenebrarum spatio crescunt, aut decrescunt. ita *gloss. in l. 2. de verbor. signif.* Gregor. Girald. *de annis & mensibus pag. mihi* 603. & Polidor. Ripa *de noctur. tempore cap. 6. num.* 14. Sed nec hæc naturalium horarum acceptio ex prope dictis, verbis *nostræ l.* congruere potest, cum etiam hoc sensu circulus viginti quatuor horarum eandem seruat magnitudinem, ac cum omnes horæ sunt æquales.

50 Idcirco aliquando cum hoc ego tacitus mecum ipse volutarem, horas *naturales*, pro perfectis & sexaginta minutis constantibus esse *in nostra l.* accipiendas existimabam. Etenim sicut naturalis solutio dicitur, quæ ex vera & intergræ quantitatis numeratione resultat, *l. Stychum*, 95. *§. naturalis, ff. de solut.* Sic & naturales horæ appellatas vellim suo numero constantes. Argumento eorum quæ de naturali ætate egregie nimis scripsit Toletanus noster Alphons. Perez de Lara *de anniuersar. & capel. lib. 1. cap. 9. n. 29.* Quas ita expostulasse nostram decisionem apparet, vt vel hoc modo incertitudini, fraudibus, & imposturis Horologiorum quo melius potuit occurreret. Poterat enim euenire, vt posthumus intra dictas vigintiquatuor horas verè decederet; & tamē vt patris hæreditatem consequeretur, ita à matre, vel alijs, quibus nascentis bona erant obuētura, ita horologia male disponi, vt eorum sonitu vitam posthumi maiorē viginti & quatuor horarū fuisse conuinceretur. Quod velut præ oculis habens *l. nostra* prædictas horas, nō horologij, sed naturales & de minuto in minutū computandas more Astrologico desiderat. Maximè cum fere ea sit Horologiorum natura, vt sæpe sæpius etiam citra fraudem vacillent, ita Iacob. Mandel. *Consil. 83. num. 27.* quo circa magis debet attendi tempus propter quod pulsatur hora, quā ipsa pulsatio, *l. etsi non sint, alias l. cum aurum*, 19. *§. perueniam, ff. de auro & argent. legat.* falsa enim demonstratio est rejicienda, *l. demonstratio, & l. falsa, l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* vt in proposito concludit Mandel. *supra, & n.* 27. qui & *n.* 25. ideò prædixerat testis depositionem de hora esse incertam, imò & inuerisimilem si affirmatiue de certa hora testetur, ex Alexandro *Consil. 65. num. 4. vol. 2.* asserente testem de tempore loquentem dubitatiue, magis probare, quàm ille, qui affirmatiue & pręcise de tēpore recordatur; sequitur Franc. Calletus *in additionibus ad Fulvium Tacianum de probat. lib. 2. cap. 25. litter. P.* & si contrarium sentiat Gambar. *de potest. legat. lib. 3. num. 668. & 670.* qui ad hoc vt testis concludat de hora, oportere existimat, quod non præsumptiue, sed determinate deponat. 51

Huius igitur tēporis partus sit oportet, vt patri succedat, siue is naturaliter, siue exacto ventre nascatur, vt merito *dictam l.* extendunt Anton. Gomez *ibid. num.* 4. Ioan. Gutier. *lib. 2. practic. quæst.* 101. *num.* 5. *&* 6. & Alphons. Carrança *supra, cap. 6. num.* 14. *in fine, & in Scholijs ad dictam l. Tauri, num.* 7. Vbi idem esse dicendum de fœtu maturo à matris ventre execto affirmant, qui si viginti & quatuor horas vixerit, & sacro fuerit baptismate regeneratus, ad parentum successionem admit- 52

admittetur, *ex l. quod dicitur, ff. de liber. & posthum. l. etiam ea, 141. ff. de verbor. signif.*

53 Si tamen non maturus, seu illegitimi temporis prodierit, licet vltra prędictas horas durauerit, & baptizatus fuerit insuccessibilis habebitur, vt postremis *eiusdem l.* verbis exprimitur. Non aliter ac si diminutus corpore, & membris non integer ęderetur, quia imperfecti huius partus vita etiam si viginti & quatuor horas excesserit, nihil quoad successionē proficiet, vt in *eiusdem l.* explicatione admonet Palac. Rubeus, *n.*14. & Auendan. *in fine*, requiritur enim ipsius verbis, quod totus nascatur filius, qui successurus est, & quidem viuus.

54 Cur autem à legislatore nostro ad eiusmodi effectum viginti & quatuor hìc horarum numerus, magis quam alius desideretur? iam semel *Annalibus nostris vbi supra* exquisiuimus, cognationi tandem, & affinitati id tribuentes, quā iste numerus cum baptismo optinet, ex Petro Bungo *de mysterijs Numeror. num.*24. Nunc verò & forte probabilius eo factum subiungimus, vt hoc modo per diem filium viuere debere significaret, vt natus crederetur; nam ex vulgari placito, cuius & *ibidem* meminimus, *num.* 4. is in lucem æditus haudquaquam præsumitur, qui saltim per diem non vixit, & si alijs credimus per biduum, vel triduum vtpote erudite satis scripsit frater noster DD. Alphonsus de Narbona (qui tantum in literis progressum fecit, vt cunctos ferme quicunque literis ætate hac claruerunt, habere meruerit laudatores) is inquam *in 3. part. nouæ Recollect. l.* 10. *gloss.* 2. *num.* 10. *titul.* 6. *lib.* 1.

55 Cæterum ne à iuris nostri prudentissimis sanctionibus discedamus *l. fin. titul.* 16. *lib.* 2. *nouæ recollect.* Aduocato, qui vltra taxam aliquid honorarij loco accepit iniungitur obligatio, intra vigintiquatuor horas illud cliētibus restituendi, vt patet ibi: *Y que constando por la dicha declaracion, o por otras diligencias, que los dichos Abogados huuieren llebado mayor premio y precio por el patrocinio de el pleyto, y trabajo en hacer las dichas informaciones, que el que pudieron llebar, ajustandose con la dicha tassa, y moderacion, bueluan y restituyam la demasia dentro de veinte y quatro horas, sin embargo de suplicacion y otro qualquier recurso.* Sed hæc dispositio, & si quotanis Regalibus Cancellarijs prima die post S. Epiphaniæ solēnia inter alias obseruanda ex more legatur, vt & qua die hoc scriptitamus factū in hac inclyta Vallisoletana audiuimus; meritò in desuetudinem abijt, vt & taxa *l.* 1. *eiusdem titul.* Etenim premium nobilissimæ aduocationis non consistit in indiuisibili, cum & suam habeat latitudinem, vtpote & pretia & æstimationes aliarum rerum. Quis ergo diffitebitur, non omnium Iurisperitorum scripta, & allegationes pariles esse? Nemo profecto, qui ingenij celeritatem, & hominum scientiam diuersam agnouerit. Formicam vtique conferet Camelo, qui me similem Bartolò, aut inferioris notæ professori faceret. Hoc cum ita sit, non omniū vna merces, aut premium idem esse debet, sed inæquale prout cuiusque excellētioris iudicij & literaturæ ratio expostulat. Hinc plures apud Ioannem Machad. *in Perfecto Confess. tom.* 2. *lib.* 6. *part.* 3. *tract.* 1. *docum.* 6. *num.* 2. tenent, aduocatis non posse certum stipendium à lege pro consilio aut libelis assignari, sed ipsorum prudentiæ & moderationi esse relinquendum, vt pensatis debitis circumstantijs iustum recipiant, vti nunc obseruatur, maximè à Regalis Curiæ doctissimis causarum Patronis, quibus si ex merito munerandum foret, ipsorum facundię & eloquentiæ nec ingens auri pondus responderet.

Illud etiam ad ius nostrum spectat, 56 cuius meminit Hurtad. de Mendaça *vol.* 2. *disp.* 169. *sect.* 12. *§.* 119. & refert Antoninus Diana *resolut. moral. part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 23. *vers. puto tamen.* videlicet bona mobilia, quę ab hostibus fuerāt nobis furto subtracta, ab ipsisque detinebantur, ita victoris fieri,

fieri, nec veris dominis restitui debere, cum saltim vigintiquatuor horis fuerint ab hostibus post prædam possessa. Quæ sententia ex septem partita illa *l. 26. titul. 26. part. 2.* deducta videtur, qua ita disponitur: *Pero lo que dijimos, que se debe tornar a sus dueños de la pressa que ouiessen tirado a sus enemigos, nō se entiende de aquello que ouiessen trasnochado en su poder vna noche, o al dia metido en pos de muro de alguna su fortaleza; o dentro en hueste; porque aquel dia no lo puediessen cobrar los que fuessen de pos de ellos. Ca por qualquier de estas razones ganan el Señorio, aquellos que lo lleuan, e pierdenlo los otros cuyo era. E por ende, quien dende adelante lo ganare, debe por derecho ser suyo: pues que lo saca de poder de los enemigos.*

57 Ex quibus verbis Hurtadi de Mēdoça, & Antonini Dianę opinio venit omnino rejicienda, quibus vt furata ab hostibus capientium fiant, vnius tantum noctis lapsus desideratur inter earum apprehensionem, & expugnationem. Ergo immeritò non nisi vigintiquatuor horis transactis id concedunt memorati scriptores. Nec suffragatur quod præmittunt; duo necessaria esse, vt bona mobilia existentia victos possint iuste retineri. Alterum vt hostis res alienas vexerit ad castra, alium ve locum tutum, vbi possent ea tueri à veris dominis: alterum vt nox intercesserit inter earum rerum apprehensionem & expugnationem. Quia hoc libere, & extra verum supponitur, cum certius sit quodcunque horum sufficere, vt possint hostes dominium prædæ acquirere, nec vtrumque simul exposci, veluti manifestis *dictæ l.* verbis exprimitur ibi: *Nō se entiende de aquello que obiessen trasnochado en su poder vna noche, o al dia metido en pos de muro de alguna su fortaleza, o dentro en hueste, &c.* Disiunctiue enim requiritur, vel quod pernoctauerint res apud hostes, vel quod eadem die captionis intra castra induxerint, vtpote etiam iure cōmuni attento voluit Angel. *in l. ab hostibus, la 2. C. de captiuis*, cuius sententiam *nostram l.* confirmare *ibidem* animaduertit Gregor. Lopez *gloss. 1. vers.* cum ergo, vbi sic satis ad rem: *Cum ergo reducti sint intra præsidia, licet non pernoctauerint, domini prædæ facti sunt secundum Angelum, & ita cauetur in dicta l. partitæ.* Quare sentientes prædam non aliter capientium fieri, quam si per viginti quatuor horas, vel saltim per vnam noctem apud hostes permanserit, optime reprehendit Petrin. Bellus *tract. de re militari, part. 3. titul. 1. num. 11. & 12. vers. insuper sciendum.* & Petr. Caballo *resol. criminal. cent. 2. casu 140. num. 8.*

In illis verò, quæ mari ab hostibus 58
capiuntur, nulla pernoctationis ratio habetur, vt recuperantium fiant; cum siue pernoctauerint, siue non, dum tamen intra ditionem & castra inimicorum non deuenerint, prioris domini manent, ipsique debent restitui, si interim repetantur, *l. 31. dicto titul. 26. part. 2. l. 13. titul. 9. part. 5.* Ex quibus ita obseruat Gregor. Lopez vbi *supra*, illam discriminis rationem assignans; quia eiusmodi naturæ mare existit, vt nihil eo tutum possit haberi. Itaque cum ad dominis acquisitionem, & vt res capientium fiant tuta, securaque possessio desideretur, *dicta l. 26. part. l. postliminij, 5. in princ. vers. antequā, l. postliminium, 19. §. postliminio, ff. de capt. & postl. reuers.* non antea hostium erunt, quam intra sua tuta collocauerint.

Illud autem siue terrestri, siue moritimę prædæ est commune, vt si à do- 59
mino persequatur, nec pernoctatione, aut inductione in castris hostium efficietur: Quoniam toto eo tempore veteris domini manet, quando ab ipso persequitur. Argumento *l. naturalem, §. 1. ff. de acquir. rerum domin.* tenet in proposito Salicet. *in dicta l. ab hostibus, la 2. in princ. vers. sed tunc quæro, C. de captiuis*; quem sequitur Gregor. Lopez *supra ad finem.*

Sed an eiusmodi leges etiam in con- 60
scientia obstringant? Non est pręsentis inspectionis disquirere, tamen non omitam Duuallium *in 2. 2. tract. de charitate quæst. 16. art. 5.* contra nostras leges

leges inuehi, illas iniquitatis & iniustitiæ deferentem, quasi nulla Principi potestas insit disponendi de bonis subditi, quorum vtile dominium non habet: In hocque notat Gouarruuiam, & alios; quorum sententiam Antonin. Diana *dicta quæst.* 23. probabilem, & securam in praxi contra eundem Duallium apppellat.

61 Maioris vtique negotij erit inquirere, an scilicet ante lapsum viginti & quatuor horarum post susceptum Sacratissimum Christi Corpus, liceat reos suspendere, aut morti tradere? Nequaquam permitti sentiunt Iulius Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 99. *num.* 3. Corset. *singul.* 68. Vega *part.* 1. *summæ cap.* 61. *casu* 21. Anton. Cucus *instit. maior. lib.* 5. *titul.* 5. *num.* 107. Ant. Scap. *de iure non scripto lib.* 5. *cap.* 210. *num.* 7. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 2. *verb. Damnati ad mortem. Et verb. Eucharistia*, Anton. Gāma *post decis. quæst.* 1. *n.* 12. *&* 15. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 25. Ant. Gom. *tom.* 3. *de delictis, cap.* 14. *num.* 6. Aloys. Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut.* 455. *num.* 3. *pag. mihi* 542. vbi late. Huicque sententiæ accedere videtur Hostiens. *in summ. de immunitate Eccles.* quem sequitur Hypolit. de Marsil. *in praxi,* §. *opportune, num.* 30. Ludouic. Carrer. *in practic.* §. *circa, num.* 102. Dum per tres dies ob reuerentiam tāti Sacramenti sententiæ executionem esse differendam scribit. Et si ex mente etiam eiusdē Hostiensis sufficere, vt in diem sequentem producatur contēdat Gāma *vbi supra, n.* 15. idem docet Ortiz *in summa c.* 19. *vbi de* 4 *præc. Eccles.*

62 Multis tamen contrarium magis arridet; & posse etiam eadem die susceptę Eucharistię morte affici, vt certius probatur. Hi sunt Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 23. *& cons.* 40. *de pœnit. & remission.* Sà *verb. Eucharistia*, Maiol. *de irregul. cap.* 24. *num.* 15. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *diffic.* 39. *num.* 11. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 50. *num.* 1. Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *quæst.* 80. *disp.* 68. *sectione* 7. Zambrana *de casibus tempore mort. cap.* 3. *dub.* 5. *n.* 6. Layman *in Theolog. moral. lib.* 6. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 20. Siluius *in* 3. *part. quæst.* 80. *artic.* 8. Reginald. *in praxi tom.* 2. *lib.* 29. *cap.* 6. *quæst. vlt. sect.* 2. *num.* 20. Coninch *de Sacrament. quæst.* 80. *art.* 8. *num.* 8. Zenedus *quæstion. Canonic. quæst.* 3. *num.* 4. Sancius *in selectis disput.* 4. *à num.* 4. nouissime Pater Leander *quæstion. moral. in sept. Sacram. part.* 2. *tract.* 7. *quæst.* 13. Vbi hanc opinionem longe probabiliorem vocat, docuerat Antonin. Diana *resol. moral. part.* 3. *tract.* 6. *miscelan. resol.* 59. inde inferens vers. notandum est, non esse necessarium tempus viginti quatuor horarum inter sumptionem Eucharistiæ & mortem intercurrere, licet Panormi & in Regno Castellæ aliter obseruetur. 63

Hinc transcursis quatuor horis à suscepta Eucharistia, posse reum sanguinis pœnas luere tenet Victorelus *in notis ad cap.* 28. *lib.* 2. *Toleti, & ad Emanuel Sà verb. Eucharistia, num.* 2. quasi eo tempore iam fuerint species Sacramentales cōsumptæ; imò & post vnicam tantum horam, vt malunt Nauarrus, & Sà *locis vbi proximè*, Fagund. *præcept.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Sotus *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 12. Clauis Regia *lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 9. Sancius *in selectis disp.* 40. *num.* 4. Antonin. Diana *supra vers. vnde asserunt multi, &* 5. *part. tract.* 3. *resol.* 38. & amicissimus P. Leander *dicto tract.* 7. *disp.* 2. *quæst.* 14. Quoniam etsi nonnihil habeat irreuerentiæ statim à communione mortis pœnam à reo exigere, huic tamen malo satis occurritur vnius horæ interuallo, vt subiungit Diana *dicta resolut.* 59. *in fine* tenet Fragosus *de Regimine Reipubl. Sæcul. lib.* 5. *disp.* 12. *n.* 65. P. Garcia *in sum. de excel. Sacerd. tract.* 3. *diffic.* 4. *dub.* 4. *punct.* 1. *n.* 8. *& n.* 17.

At ego etsi probabilitatem huius posterioris sententiæ detrectare non audeam; priori tamen libentius accedo, vtpote maioris reuerentiæ & suspicionis. Dedecet enim illum, qui huius cælestialis alimoniæ, & vt rectius dicam beneficio ita Christum inducit, vt ipsum personet, & quasi cum 64

eo

eo vnum efficiat; nullo interiecto spatio execrabile supplicium expendere. Rectè igitur apud nostros hæc in re prouisum agnoscitur *in l.* 10. *titul.* 1. *lib.* 1. *nouæ Recollect.* ibi: *Mandamos, que todas las personas que fueren condenadas a muerte, y se huuiere de executar la justicia, pidiendose de su parte, y pareciendole a su confessor, que se le puede y debe dar, se les de vn dia antes, que en el tal condenado se aya de executar la justicia, proueyendo que se les diga Missa dentro de la carcel en el lugar mas decête que estuuiere señalado por el Ordinario.* Quod ita ad vnguem obseruandum velim, vt aliter iudices facientes de eo in sindicatu teneantur, nisi iustissimæ alicuius causæ obtentu impunitatem contendant.

65 Et fortè vt propria sua actione Christus huiusce veritatis satis nos instructos relinqueret, pridie Passionis & patibuli, sacratissimum illud celebrauit conuiuium, cœnam scilicet, *cap. panis, de verb. qui pridie, de consecratione dist.* 2. qua se ipsum sacramentaliter communicauit, *cap. nec Moises, ead. dist.* vbi sic D. Hieronymus: *Nec Moises dedit vobis panem verum: sed Dominus Iesus ipse conuiua & conuiuium: ipse comedens, & qui comeditur.* vbi gloss. idem ex D. Isidoro confirmans hoc etiam dat versiculos:

Rex sedet in cœna, turba erat duodena:
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Docet expresse D. Thom. *quæst.* 81. *art.* 1. Petr. de Palude *in* 4. *distin.* 11. *quæst.* 1. *art.* 7. Laud. *in Sacramẽtali, de Sacram. Eucharist. col.* 12. *vers. vsum,* Stephan. de Gaeza *in repet. cap. Ad limina, §.* 6. *num.* 106. 30. *quæstion.* 1. Suarez *disp.* 75. *sect.* 2. Vazquez *ad art.* 1. *quæst.* 82. qui in hoc omnes Catholicos cõuenire scribit, idem sentit Granad. *contr.* 6. *tract.* 10. *disp.* 12. *num.* 1. & nouissime P. Leander *quæst. moral. in sept. Sacram. tract.* 7. *disp.* 11. *quæst.* 31. 2. *tom.* aduersus Villalobos *in summ. tract.* 7. *diffic.* 44. *num.* 1. vbi id non esse certum audet affirmare, cum plane ex relatis constet, & nec obscure ex illis Christus verbis apud *Lucam, cap.* 22. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Nolebat enim Christus absque communione decedere (non quia ea indigeret sed vt daret nobis exemplum sumendi, vt in baptismo fecit, *cap. proprie, de consecrat. dist.* 4. notat *gloss. vbi supra*) & quia ignominioso noscentium supplicio vitam acturum sciebat, non nisi pridie se ipsum sacro sui corporis cibauit viatico.

Hinc periculose ægrotantibus, quibus etsi non ieiunis viaticum hoc cõceditur, ne contingat absque eo decedere, vt definitur Concilio Constantiensi *sess.* 13. & iuxta communem praxim Ecclesiæ docent D. Thom. 3. *part. quæst.* [80]. *art.* 8. Stephan. Gaeza *supra num.* 116. Vazquez *disp.* 211. *cap.* 4. Suarez *de Sacram. disp.* 68. *sect.* 5. Lugo *disp.* 15. *sect.* 3. *à num.* 58. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 22. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *n.* 138. Basseus *verb. communio, num.* 44. P. Garcia *de excellent. sacerdot. tract.* 3. *diffic.* 5. *dub.* 2. *punct.* 4. & P. Leander *vbi supra, disput.* 5. *quæst.* 38. Ex quo Eminentissimus Lugo *dicto loco, num.* 74. laudat consuetudinem deferendi Sacratissimam Eucharistiam ad infirmos horis pomeridianis, aut vespertinis. Quod nedum ad eos qui ex morbo periclitantur, sed & ad eos quibus violentæ mortis periculum imminet producunt Fagundez *præcept.* 3. *Eccles. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 21. Bonacina, & Marchin. apud Garciam *supra punct.* 4. *num.* 48. vbi factum D. Guerrer. Archiepiscopi Granatensis referunt, qui damnatis ad mortem quamuis non ieiunis Eucharistiam concedebat, vnde infert Lugo *supra, num.* 72. Non teneri iudicem eo supplicij executionem differre, quia reus est pransus & communicare nequit, cum & si delicti qualitas expostulauerit etiam non ieiunus possit quasi moribundus Eucharistiam suscipere.

His ergo quibus ob mortis periculum licet etiam pransis Eucharistiam suscipere, non tantum id semel permittitur,

titur, sed & pluries eodem morbo & periculo dummodo inter communionem, & communionem viginti & quatuor horarum dies intercedat. Ita Dominic. Baltanas *in Margarita Confessor. §. de requisitis ad communicandũ*, Layman. *in Theolog. moral. lib.5.tract. 4. cap.6. num.*20. Philibert. *tractat.*3. *part.*3. *cap.*3. *num.*11. Sa, Hurtadus, & alij apud P. Leandrum, *dict. disp.*5. *quæst.* 40. vbi recensitis varijs hac de re opinionibus, quas cumularat Ioann. Machadus *in Perfect. Confess. lib.*2. *part.* 4. *tract.* 8. *docum.* 5. huic tandem vt probabiliori acquiescit. Primò, quia Concilij Constantiensis definitio, cuius supra meminimus, id absque limitatione infirmis concedit: Secundò, quia si periculose decumbens potest licitè, ex aliorum sententia non ieiunus communicare post tres, sex, octo, vel decem dies, cur & singulis diebus non licebit? Quibus & aliam rationem subiungit Antonin. Diana *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 14. *resolut.* 77. videlicet, toties posse non ieiuno infirmo Eucharistia ministrari, quoties sano ieiuno. Ergo singulis vigintiquatuor horis? cum quotidie ijs liceat communicare, vt colligitur ex Concilio Tridentino *sess.*22. *cap.*8. *optaret*, inquit, *Sancta Synodus; vt in singulis Missis Fideles adstantes, non solum spirituali, sed etiam Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent, cap. si quoties, de consecrat. dist.* 2. vbi D. Ambrosius. *Si quotiescunque effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur: debeo merito semper accipere, qui semper pecco: debeo semper accipere medicinam c. non iste, ead. dist. qui animæ nostræ substantiam fulcit iste panis quotidianus est: accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue vt quotidie merearis accipere.* Et cum D. Thoma 3. *part. quæst.* 80. *art.* 10. D. Franc. Anton. Molina *in instructorio sacerdot. tract.*7. *cap.*7. Fagundez *præcept.*3. *Eccles. lib. cap.*7. *num.*7. P. Ludouic. de S. Ioann. *quæst.*7. *art.*13. *dub.*4. *append.*1. Baunij *tract.*5. *quæst.*8. & innumeris rationibus & auctoritatibus pro hac parte adductis illã toto nexu defendit Ioan. Sancius *in selectis disp.*22. *&* 23.

Non tamen desunt, qui ab istis omnino dissentiant, & quotidianam communionem licitam detrectentur. Sic eruditè P. Ferdinand. Quirinus de Salaçar *in practic. frequentiæ sacræ communion. cap.* 13. Eminent. Cardinal Lugo *disput.* 17. *per totam*, Paul. Sherlogius *tõ.*1. *in Cantica Antiloq.*4. *sect.* 10. *&* 11. & nouissime P. Garcia *dicto tract.*4, *diffic.*4. *dub.* 5. *puncto* 2. At ego in hoc opinionum discrimine, vtpote, qui nec primis labijs spiritualis vitæ mella degustaui, nullum interponam iudicium, sed tantum cum D. Augustino *in c. quotidie*, 13. *de consec. dist.*2. proferam: *Quotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus communionem hortor: Si tamen mens in affectu peccandi non sit.* Et post pauca: *si dixerit quispiam non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius affirmat quotidie: faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit faciendũ. Nec enim litigauerunt inter se, aut quisquã eorum se alteri præposuit, Zacheus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixit: O Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum: ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo ambo peccatis miseri, ambo misericordiã consecuti. Ad hoc valet quòd manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat.*

Ergo cum nondum liqueat an quotidie oporteat semel communicare, minus cõstabit an bis id vnica die fieri possit. Etsi P. Vazquez *disp.* 214. *cap.*10. *in fine*, vt indubitatum defendat Ecclesiastico præcepto id prohibitum inueniri in *cap. sufficit, de consec. dist.* 1. *cap. consuluisti, de celebrat. Missar.* quibus sacerdotibus præcipitur, vt semel tantum quotidie celebrent, & Sacratissimum Christi Corpus suscipiant. Quod cum sacerdotibus quorum maior dignitas & vitæ perfectio interdicatur; laicis necessario interdictum etiam videbitur: Maximè cum ratio prohibitionis *dicti cap. sufficit*:

Quia

Quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit, illos itidem complectatur. Vt & placet P. Garc. *supra dub.*5. *qui puncto* 1. hoc adeò irrefragabile putat vt nec id admittat in eo, qui cum mane ex diuotione communicauit, vespertino tamen tempore in mortis incidit periculum, & viaticum suscipere optat. Ex doctrina P. Suarez *disp.* 69. *sect.* 3. *§. rogabis*, Vazquez *disp.* 214. *cap.* 2. *n.* 14. Coninch. *de Sacrament. quæst.* 80. *art.* 11. *dub.* 3. *num.* 100. Præposit. *art.* 11. *num.* 54. Fagund. *præcep.* 3. *Eccles. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. Granad. *de Euchar. contr.* 6. *tract.* 10. *disp.* 3. *num.* 9. Laym. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. Lugo *disput.* 16. *sect.* 3. *num.* 51. & docuerat Anton. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 40. quamuis postea in oppositam sententiam magis inclinarit, *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 197. & *part.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 33. cum Gasp. Hurtado *disp.* 10. *de Euchar. diffic.* 2. Ochagauia *tract.* 2. *quodlib.* 4. Ludouic. de Torres 2. 2. *part.* 2. *cap.* 58. *dub.* 2. *num.* 3. Kelisonio 3. *part. quæst.* 80. *art.* 10. *notab.* 2. Homobon. *in consult. casuum conscientiæ vol.* 2. *part.* 5. *responso* 47.

66 Porrò nec est obliuiscendum inueteratæ illius consuetudinis, assignandi in Cathedrarum, Canonicatuum, Beneficiorum, & insignium collegiorum petitionibus, viginti & quatuor horarum spatium; vt eo, ex textu quem Sors dederit, ad vnius horæ lectionem candidati attingantur. Cuius meminit S. P. Gregorius XV. *in Constitutione incipiente* Supremæ dispositionis, *Nonis Nouembris* 1622. circa Canonicatuum pœnitentiariorum prouisionem edita; Præcipiens quod terminus sexaginta dierum assignari debeat, quo elapso; per Ordinarios & Capitula in præsentia oppositorum ex aliquo libro forte aperto vnum punctum materiarum moralium tradi, & super eo intra vigintiquatuor horas singuli oppositores per integram horam, seruato tamen inter eos graduum susceptorum ordine, in singulis facultatibus publicè legere, & duo alij per aliam horam argumentari: Et si tales oppositores in Theologia Magistri, vel Bachalaurei, aut illius professores existant, dato eis puncto super Euangelio, per horam similiter publice prædicare, seu concionari debeant, & alias in omnibus & per omnia prout in cōcursu Præbendarum, Magistralium, & Doctoralium fieri consueuit. Refert Aug. Barbos. vir incomparabilis diligentiæ, *de Canonic. & dignitat. cap.* 26. *num.* 24. Et de Parrochialium cōcursu loquens Ioann. Machad. *in Perfecto Confess.* 1. *tom. in prolocutione ad Prælatos Ecclesiæ, paulò post princip.* & iterum *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 5. *docum.* 9. *num.* 4. vbi de Canonici Doctoralis prouisione, siue electione agit.

Quod literarium experimentum adeò 67
spiritum corpusque agit, vt nec immeritò, immanissimo vigiliæ tormento compares; imò præferas, cum illud vix possit viginti & quatuor horis sufferri, & tamen istud frequenter per quadraginta infligebatur, teste Hyppol. Marsil. *in l.* 1. *in princip. num.* 76. *vers. nam ponitur reus, ff. de quæstionib.* & Prospero Farinacio *praxis criminal. quæst.* 38. *num.* 70. *tom.* 1. Quo solo eos rectè sensisse nec semel sum arbitratus, qui iuge studium, assiduumque in literis laborem martyrium dixere, vt fuisse nonnullos memorat Alois. Nouarinus *Schediasm. Sacro-prophan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. vires suas offerre Deo videtur, corpus suum mactare, se quodammodo Deo immolare, qui studijs vacat, agnouisse iudicat Petr. Blesensis, dum *Epistola* 14. ita scribit: *Recogitabo dies perditos in amaritudine animæ meæ, residuumque annorum meorum studijs immolabo.* Confert Historia apud Cæsarium *lib.* 12. *exemplorum cap.* 46. quæ his verbis à Beatissima Christi matre prolatis concluditur: *Re vera Scholares si innocenter viuunt, & libenter discant, Martires sunt. Quod si postea artes doctas in charitate, maximè in Dei seruitio exercuerint; magnam ex hoc mercedem consequentur.* Cæterùm quantò acerbius hoc viginti & quatuor horarum experimentum, Ephimeram,

meram, aut Diarium morbum expendo, tantò plus me diuinæ bonitati obnoxium, & obstrictum indesinenter profiteor, cuius ope scopulosum hunc cursum, vt sæpius, & nonnullis fortunaciùs percurri.

68. Accedat & illud Castelli de Bobadilla militare consilium, *lib.4. politicæ cap.3. num.7. vers. es de tan grande*, scilicet, Castri, siue fortalitij tuitionem, detentionemque ita expedire, vt nedū per dies, sed & per horas & momenta ipsius possessio differri, & produci debeat. Vnde inquit: *Quando el Principe manda a su Alcaide, o Castellano, que entriegue alguna fortaleza, o tierra, señalando dia para ello, debe el tal Alcaide dilatar la entriega hasta la vltima hora de aquel dia*: nempe, *Vigesimaquarta*. Idque meritò; si quidem cum belli ita sint dubij euentus, forte vel illa nouissima hora poterat res ita se habere, vt nulla deditionis necessitate Castro præfectus obstringeretur. Quod quam maxime ab Hispanis nostris Satagendum videtur, vtpote quibus a maioribus & natura ipsa insitum exactam fidelitatem suis Regibus hac in re singulariter præstare, *l.2. titul:18. part.2.* ibi: *Lealtad es cosa, que endereça los homes en todos sus fechos, porque fagan siempre todo lo mejor. E por ende los Españoles que toda via vsaron de ella, mas que otros omes, veyēdo el gran peligro, què podria acaescer a sus señores, e à ellos mismos, si las fortalezas de el Reyno se perdiessen, pusieron quatro cosas porque fuessen mejor guardadas, &c.* & l.12. eiusdem: *Sabidores fueron mucho los antiguos de España, para guardar su lealtad: Por ende catando todas las cosas, porque los Castillos fuessen mejor guardados, de manera que los señores no los perdiessen: è acatando todo aquello porque esto se ficiesse mejor, &c.* Credebant enim nullo etiam mortis, aut captiuitatis periculo excusari posse ducem, vel arcis custodē, si illius formidine amisisset; cum magis apud eos semper constiterit antiquæ fidelitatis, quam propriæ vitæ ratio: *E tanto encarecieron los de España fecho de castillo, que touierō que ninguna de las otras cosas, porque se podrian escusar los omes de no venir, que non se escusaban por ello, aquellos que los castillos touiessen, mas que se deben auenturar a todo peligro, por dar los castillos a sus señores; la touieron que era mucho mejor de prender muerte, en viniendolos a dar, que caer en pena de traycion, no lo quiriendo facer.* vt cauetur *in l.* 18. & expressius *in dicta l.2. & 6. eiusdem titul.* latissimè plura D. Anton. Aluarez *in singul. tract. de la Obligac. de los Alcaides, 3. part. negatiua, cap. 3. per tot.*

Inde disponitur in *l.8. titul.17. part. 4. Ca segun el fuero leal de España, seyēdo el padre cercado en algun castillo que touiesse de señor, si fuesse tan cuytado de fambre que non ouiesse al que comer, puede comer al fijo, sin mal estanza, ante que diesse el castillo, sin mandado de su señor.* Notat *ibidem* Gregor. Lopez, & noster Balth. de Amescua *de potestate in seipsum lib.2. cap.2. num.31.* vbi eiusmodi l. dispositionem meritò, vt singularem commendat. Quam non ita strictè intelligendam admoneo, quasi hoc saltim extremæ necessitatis casu, humanis carnibus vesci permittat. Quod vix vllus sibi persuadet, qui ipsius Conditorē Catholicissimū agnouerit; & nil adeò nostra religione vetitum, quam immanissimæ hæ dapes: Quandoque hac ratione Christus sub speciebus panis & vini, corpus & sanguinem suum, etsi diuinissimum Sacra Eucharistia delituerit. Quia si in similitudinem carnis corpus suum fidelibus manducandum instituisset, pre horrore à susceptione retraherentur, ideòque maluit pane, & vino (veluti suauissimæ & necessarissimæ dapes) ad tantum conuiuium alicere, *cap. forte, de consecrat. dist.2. Fortè dicas* (inquit Ambrosius) *quomodo vera caro, quomodo verus sanguis, quia similitudinem non video carnis, non video sanguinis veritatem? Primò omnium dixi tibi de Sermone Christi, qui operatur, vt possit mutare & conuertere genera & instituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt Sermonem Christi Discipuli eius, sed audientes*

dientes, quod carnem suam daret ad manducandum, & sanguinem suum ad bibēdum, recedebant: Solus autem Petrus dixit: Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quamodo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, & ne veluti quidam horror cruoris, &c. cap. quid sit sanguis 73. ead. dist. *& ideò magnum & pauendum mysterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium sit, vnum corpus & sanguis dicitur, figuram panis & vini habet; faciente Domino: quia nō habemus in vsu carnem crudam comedere & bibere sanguinem.*

Suspicarique potest eo Christianorum carnes cæteris insuauiores, Deū effecisse (si verum est quod aiebant Barbari Brasilienses teste Maffæio, *lib.* 13. *Histor. Indicæ, pag.*360. & D. Don Ioann. de Solorçano *de Indiar. iure lib.*2.*cap.* 14. *num.*64. intinctis Sacro baptismate carnibus, multum de pristina saporis gratia deperire) vt vel ipsa insipiditate eos, nedum à propria filiorum, sed & aliorum baptizatorum carne ablegaret. Abhorret quippe hoc nefarium edulium à pietate Christiana, etiam vbi ingens fames grassatur; nam etsi non ignorem aliquando obsidionum necessitatibus à Gallis item & Hispanis assumptū; vt multis ostendit Theatr. vitæ humanæ *vol.*14.*lib.*3. *pag.*2939. & D. Don Ioann. Solorçano *dicto lib.* 2.*cap.* 12. *num.* 47. *cum seqq.* semper quidem barbarè, & inhumanè factitatum proferam. Quoniā (vt egregiè Valerius Maxim. *lib.* 7. *cap.*6.) tam dirum facinus nullo potest necessitatis obtentu excusari, veluti de Numantinis agens scribit: *Numantini à Scipione vallo, & aggere circundati, cum omnia quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent, ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt: quapropter capta iam vrbe, complures inuenti sunt artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes: nulla est in his necessitatis excusatio; nam quibus mori licuit, sic viuere necesse non fuit.* Præsertim si ad euitandum mortis periculum, vbi ad sustentationem alius cibus non suppetit, homo occidatur, vt in casu nostræ *l.* quia id est ita intrinsecè malum, vt ob nullum mortis timorem liceat, homo enim non potest occidi, vt sit nutrimentum nostrum, vt docent Caietan. 2.2. *quæst.*48. *art.*2. *ad finē, in solutione ad secundū,* & Vincent. Candid. *disquisit. moral.*21. *art.* 1. *dubit.*2.

Ergò præfatæ l. mentem fuisse potius credendum erit patri, tantam in filium hoc obsidionis casu potestatem concedere, vt illum vendere ad famem subleuandam permittat. Quam distractionem filij deglutionem vocat, quasi rem deuoret, qui ipsius pretio depascitur. Ex vulgari regula quæ habet pretium ipsam rem censeri, *l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vend. l. si & rem.*27.*ff. de pet. hæredit. l. pater, ff. de adimend. legat. l. Imperator, §. fin. ff. de legat.*2. presertim apud nostros, quibus ea loquendi formula, seu Hispanismus frequens existit, vt id comedere dicamus, quò comedendum emitur; inde *fulano come diez mil ducados de renta.* Passim proferimus, & vt Hispanismum notat D. Sebast. Couar. *in Thesauro linguæ Hispan. verb. Comer:* quo circa tenendum idem fuisse legislatorem nostrum scripsisse patrem, obsidionali hac fame ingruente posse filium deglutire, ac si illum vēdere posse affirmasset; vt planè sequentia dictæ l. verba etiam demonstrant: *Onde si esto puede facer por el señor, guisada cosa es, que lo pueda facer por si mismo:* hoc est, *filium distrahere;* alioqui fieret, quod vbicunque pater fame vexaretur, etiā extra obsidionem posset filij carnibus subleuari, cum idem hoc casu patri ac & obsidionis vbi de Domini commodo ex castri tuitione principaliter agitur, indultum circa filium videatur.

Sed vt vt sit perspicuū ex dictis euadit eam fidelitatem in custodiendis Regni castris nostros obseruare deberè, quæ exacta nimiaque sit, adeò vt nec statim Principi ipsorum traditionem præcipienti fuerit obtemperandum, sed cunctanter & segnitie quadam, probat elegans text. *in l.*27. *dicto titul.*18. *part.*2. *Mandando* (hæc sunt

verba)

verba) *el Señor natural al que tiene el Castillo del enfieldad, que lo diesse al otro Rey, con quien auia la postura, esto aun non touieron por bien los antiguos, que lo ficiesse, a menos de gelo emplazar complidamente, y assi como sobre dicho es. E maguer todos los plaços sean passados, con todo esso non lo debe dar al otro Rey, mas al portero de su Señor, que le diesse señaladamente para esto. E deuelo ansi facer, porque si su Señor mandare dar el Castillo al otro Rey, non cayga en el blasmo, y quel puedan reptar despues, y porque lo dio.* Quod cum ita sit, nequaquã de veritate propositæ admonitionis ex Bobadilla erit ambigendum; quoniam vbi detrahendo fortalicio agitur præceps obedientia nocere solet; ideòque quantũ absque infidelitatis nota licuerit, proferendum oportebit, veluti *ad postremam horam*, si intra diem illud necessariò tradere obstringatur, fortè enim eo quamuis breui spatio ita belli casus euenient, vt deditionis cesset necessitas.

Nec huic admonitioni repugnat quod respondit Modestinus, *in l. Desertorem*, 3. *§. miles, vers. in bello, ff. de re milit.* nempe: *In bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit: Capite puniri, etiam si res bene cesserit.* Quia proposito casu differens Castri traditionem ad vltimam horã diei, quam in id Princeps designauit, præceptam potius quam prohibitam rem facit. Cum omnes vigintiquatuor horę ipsius diei sint in præcepto, vsque ad vltimum punctum, vt de obligatione recitandi officium diuinũ superius agentes expendimus.

69 Porrò est & id etiam notandũ obligationem præcepti diem festum colendi, ordinariè spatio vigintiquatuor horarum concludi, cum non nisi ad naturalem diẽ producatur; extra casum quo particulari aliquo præcepto pars tantum diei assignaretur. Quoniam cum eiusmodi horarum circulus non sit à naturali iure, quin ab Ecclesiastico tantum obseruationi festorum adscriptus, potest vtique vt pro crastinari, & optimè restringi. *Vnde constat,* (inquit P. Suarez *de religion. tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 3.*) *posse in Ecclesia dari præceptum, vacandi in festo aliquo pro dimidio tãtum die naturali, vel etiam artificiali, vt ab ortu solis vsque ad meridiem, vt licet non ex vi præcepti, ex deuotione tamẽ id fieri videmus die cinerũ, & defunctorũ, quorũ matutina pars cõmuniter omnibus in obseruatione habetur.*

Cæterùm, cum hoc ad cõmunes Ecclesiæ festiuitates non pertineat, rectè prẹmittimus regulariter illas spatio viginti & quatuor horarum contineri; cuius principium sit media nox. 70 Nam etsi aliàs respectu aliarum rerum ab occasu Solis, in alium occasum; vel ab ortu, in sequentem ortum; aut denique à meridie in alium meridiẽ posset dies numerari, vtpote alibi notabimus, & eleganter prosequitur Cardinal. Turrecremat. *in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* & Baptis. Viuian. *in rationali ad text. in cap. 1. vers. sed de vespera de ferijs.* At in proposito à media nocte in mediam noctem debet terminus hic viginti & quatuor horarum, siue natulis dies mensurari, iuxta præscriptum *l. more*, 8. *ff. de ferijs*, ita post Couar. *lib. 4. cap. 19. num. 9.* Nauarr. *cap. 13. num. 5. & 8.* Sotum & alios receptissimum concludit Suarez *vbi proximè, num. 4.* ex communi traditione Ecclesiæ, de qua in Hispania, Italia, & Gallia, satis ipsi constare affirmat, creditque & in vniuersam Europam similiter obseruari, cum adhuc de contraria consuetudine nec quidquam audierit. Et meritò quia hic mos est facilior, & videtur maximè rationabilis, vt tota dies Dominica obsẹruetur, & eius obseruantia incipiat a tempore Resurrectionis Domini, vel proximè circa illud; & omnino distet ab obseruantia Sabbati Iudaici, quod summè sacri Canones exoptant *dicto cap. 1. de consecrat. dist. 3.* ibi: *Ne à Iudaismo capiantur.* Et confirmat exemplo præcepti ieiunandi, cuiusvia media nocte vsque ad mediam noctem à carnibus abstinendum est:

Ruit tamen, & quasi 71
Grauiter ad terrã pondere vasto concidit,

Adstructa propositæ resolutionis machina si ad ius spectes *in cap. 1. de consecrat. dist. 3. cap. 1. de ferijs.* Quibus planè statuitur in omnibus Ecclesiæ festiuitatibus vacandum esse à seruilibus, à vespera vsque in vesperā. Quod mediæ noctis computum prorsus excludit. Multipliciter illis occurrere tentat P. Suarez *vbi nuper n. 6.* Et tandem reiectis Glossæ, Panormitani, & aliorum coniecturis, circa verum ipsorum sensum, in illum maximè inclinat, sumi scilicet ibi *vesperam* pro nocte, sed non determinari punctum noctis à quo incipit festum; sed intelligendum esse iuxta communem consuetudinem.

Verùm si quale suspitionis nostræ iudicium afferre licet, verius pronuntio dictis locis, à vespera in vesperam feriandum, non tam ex præcepto de obseruandis festis, quam ex deuotione nascentis Ecclesiæ proferri; qua illud frequētissimum legitur, fideles omnes maximè festiuis diebus singulis Horis Canonicis adfuisse. Veluti affatim ex Patribus constat, præsertim ex Augustino *serm. 251.* de tempore: *Veniāt ergo cuicunque possibile sit,* (ex more hortatur) *ad vespertinam, atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu Ecclesiæ pro peccatis suis Deum.* Et expressius *l. nostra 22. titul. 23. part. 1.* quæ id etiam in perpetuum seruandum omnibus per Hispanias degentibus religiosissimè iniungit his verbis (de festis agens) *Mas debense trabajar de ir apuestamente, e con gran omildad a la Eglesia, cuya fiesta guardan, si la ouiere hi, si non à las otras, e oyr las Horas con gran deuocion.* Cæterùm cum dies festus, quoad officium diuinum attinet à vesperis incipiat, vt *Hora 4.* multis ostendimus, & agnoscit idem Suarius *dicto cap. 31. num. 5.* ab eò tempore feriandū necessariò illis erat, qui iuxta deuotionis suæ ritum omnibus Horis diuinis illius festi adsistere debebant.

72 His accenseam, iudicem non aliter posse propriam sententiam in accessorijs deficientem supplere, quam si intra spatium vigintiquatuor horarum id fecerit, vt plerique existimant ita subaudientes Consultum *in l. Paulus, 42. ff. de re iudic.* illa verborum parte: *reliqua autem, quæ ad consequentiam quidem iam statutorum pertinent, priori tamen sententiæ desunt, circa condemnandum reum, vel absoluendum debere supplere, scilicet eodem die.* Cui quasi vsurpatis verbis congruit ius nostrum *in l. 5. titul. 13. lib. 2. fori leg.* & expressius *in l. 3. titul. 22. part. 3.* ibi: *E esto ha de fazer tan solamente en aquel dia que dio la sentencia, ca despues no lo podria fazer, como quier que las palabras de su juicio bien las puede mudar despues, e poner otras mas apuestas.* Sed si rectè inspiciantur tam hæc, quā *dicta l. Paulus* verba, propositam thesim respuūt communemque potius stabiliunt asserentem diem quoad eiusmodi sententiæ suppletionem, non naturalem & vigintiquatuor horarum accipi oportere; sed iudicialem, scilicet, & quo lata fuit ipsa sententia, ita vt adijciēdi illud tantum tempus iudex liberum habeat, quod eiusdem diei latæ sententiæ fuerit reliquum. Quandoque nullum alium sensum admittant dictiones illæ: *eodem die,* & illæ: *solamente en aquel dia que dio la sentencia,* quibus adductæ ll. rem explicant: ita accipiūt in proposito Bald. *in l. terminato, C. de fruct. & lit. expens.* Bart. *in l. 2. n. 2. C. de sentent. ex pericul. recit. & in l. ab executore, 4. num. 7. quæst. 2. ff. de appel.* Gregor. Lopez *in dicta l. 3. part. gloss. 6.* Franc. Marc. *decis. 670. num. 5. & 18.* Surd. *Consil. 288. num. 5. lib. 2.* alijs adductis, Sigism. Scaccia *de re iudic. gloss. 14. quæst. 17. num. 16.* qui & *n. sequenti* illam adfert rationem; *quia quod fit eadem die, dicitur fieri incontinenti; & quæ fiunt incontinenti dicuntur in esse.* Latè Bel. *in tract. de His quæ incontin. fiunt, 1. & 2. part. per tot.*

Intra horas verò, quæ ex die ipso latæ sententiæ superērint non solùm poterit, quinimò & tenebitur iudex de accessorijs omissis pronunciare, si verbis Consulti standū est *in dicta l. Paulus,*

lus, quibus eo tempore iudicem omissa debere supplere cauetur. Expendit Socin. *in cap. qualiter*, *num.* 134. *de accusat.* & ex eo Scaccia *vbi proximè*, *num.* 18. hoc etiam ad iudices delegatos, & arbitros producens, ex eodem
73 Socino *ibidem num.* 134. nisi in sententia fuisset de accessorijs, veluti de expensis, siue ad absolutionem, vel condemnationem aliquid pronunciatum, quia iterum de illis iudicare prohibetur. Quod ita subintelligendum velim, dummodo definiendo de expensis aut alijs accessorijs fuisset in sententia actum; quoniam si ad reseruationem fuerit de illis scriptum, vtputa sibi reseruando facultatem pronunciandi de expensis, aut alijs accessorijs, vt passim fit; hęc reseruatio minime extinguit libertatem subaddendi intra eundem diē latę sententię accessoria omissa; imò dictam facultatem fortiùs cōseruauit, vt aduersus nonnullos cum Abbate, Anania, Socino, Gofredo, Speculatore & alijs, veriùs arbitratur Scaccia *dicto loco num.* 22. cui admodum durum videtur, vt quod possem facere sine reseruatione, non possim quia illud faciendum mihi reseruaui.

74 De taxa verò expensarum, an possit ita reseruatio in sententia adijci, vt etiam post eundem diem prolationis liceat æstimare? Ibidem discussit ipsemet Sigis. Scaccia, id ex iure & praxi licitum affirmans, *num.* 23. vti & *numeri sequētibus* alia obseruat huc maximè spectantia, a quorū transcriptione nedum ex more abstineo, sed & quia ipsum consulas optime concinantem.

75 Obtineat ergò superpondij vicem quæstio illa, tam nostro, quam veterū Patrum æuo solemnis; an scilicet post habitam pollutionem mortalem, aut illicitam copulam fas sit intra vigintiquatuor horas, etiam facta Confessione Sacramentali, celebrare, vel Sacram Eucharistiam suscipere? Negant D. Bonauent. *in* 4. *distin.* 12. *art.* 2. *quæst.* 3. Nauar. *de pœnit. dist.* 6. *cap.* 1. *& in Manuali cap.* 21. *num.* 51. *& cap.* 25. *num.* 93. Marsil. *in* 4. *quæst.* 6. *art.* 4. Couar. *in Clement. si furiosus*, *part.* 3. *num.* 8. Bonac. *de Eucharist. disp.* 4. *quæst.* 6. *art.* 2. *dub.* 8. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 7. *conclus.* 1. *in princ. vers. si vero*, Menoch. *de arbitrar. casu* 590. *in princ.* Acunha *in cap.* 1. *num.* 5. *distin.* 6. & alij penes ipsos, qui etsi non læthalem, vt plerique malunt, venialem saltim eos culpam incurrere, qui habita culpabili hac pollutione sacra pertractant, & Eucharistiam aut conficiunt, aut suscipiunt, vt indubitatum tenent.

Et mouentur primò auctoritate B. Gregorij cuius fit mentio *in cap.* 1. 6. *distin.* eò vers. *Si verò ex turpi cogitatione Vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit. Quia quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens; & propter talem pollutionem à sacro mysterio ea die abstinere oportet.*

Secundò aducuntur ex Missali Romano Clementis VIII. & Pauli V. auctoritate recognito *Rubric. de defectib. circa Missam*, §. 9. *num.* 3. vbi ita præscribitur: *Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam; abstinendum est à communione, & celebratione, nisi aliud confessario videatur.* His auctoritatibus, (vt inquit nouissimè P. Garcia *de excellent. sacerdot. tract.* 3. *diffic.* 5. *dub.* 2. *punct.* 2. *num.* 13.) *fue muy celebre opinion en tiempos antiguos, que no debe celebrar, ni comulgar, el que en la noche antecedente, o dentro de veinte y quatro horas ha tenido polucion, que fuesse mortal, o copula illicita, aunque se aya confessado, y que esta polucion impide no solo ex consilio, si no ex necessitate.*

Affirmant tamen quam plures, & verius arbitrantur pollutionē, quamuis culpabilem nec Missę Sacrificium, nec Communionem impedire, si præuia Confessione fiat. Sic S. Thomas *quæst.* 80. *art.* 7. Suarez *disput.* 68. *sect.* 2. Fagund. *præcept.* 3. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. Sancius *in select. disput.* 23. *num.* 29.

n.29.Philib. 3.*part.tract.*3. *c.*2.*n.*10. Machad. *lib.*4.*part.*1.*tract.*10.*docum.* 5. Bassieus, Vers. *Communio, circa finem*, Valerus *verb. fornicatio, diffic.*3. *num.* 4. quibus subscribentes, idem sentiunt nouissimè P. Leander *quæst. moral. in sept. Sacram. part.* 2. *tract.*7. *de Eucharistia disput.* 6. *quæst.*1. *&* P. Garcia *de excellent. sacerdot. tract.* 3. *diffic.* 5. *dub.* 2. *punct.* 2. *num.*14. qui implicitâ eiusmodi quęstionem *Quinque propositis conclusionibus* optimè explicat, easque sic ellicit: *La polucion nocturna que no es pecado mortal, ni dexa distraccion de espiritu, ni afecto a la torpeza, no impide ni ex necessitate, ni ex consilio, sino que puede celebrar y comulgar el que la padecio, y es mejor hazerlo que abstenerse.* Quod exemplo cuiusdam Heremitæ euincit, qui cum nocturna, quamuis inculpabili illusione pollutus, ab Eucharistiæ susceptione humilitate abstineret; vt tanto solatio maioribus festiuitatibus careret, id ipsum à dæmone patiebatur. Alteram conclusionem ita constituit: *Digo lo segundo, quando la polucion es venialmente culpable, y no ha dexado afecto deprabado, no impide, ni ex necessitate, ni ex consilio, ni se ha de dexar de celebrar, o comulgar, porque aquella culpa ya passò, y no queda afecto.* Si enim nullum vestigium impudicitiæ, aut libidinis animo reliquit, pollutio per se vt venialis, nec communionem, nec sacrificium poterit impedire, quoniam tantùm hoc læthalibus, non ergo venialibus insitum agnoscimus. Sequentem conclusionem sic disponit: *Digo lo tercero, la polucion mortalmente culpable, y a fortiori, la copula fornicaria, adulteriũ, &c. Si no se ha confessado, y juzga que se dispuso bien, no impide de necessidad la comunion, pero sera buen consejo abstenerse, si no ay infamia, o nota en la omission, y esto aunque no ayan quedado afectos libidinosos.* Ita consulunt ex Patribus, & nonnullis viris Sanctis, Bonacina *disput.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 4. Valer. Reginal. *lib.* 20. *num.* 115. Bauno *tract.* 10. *de Presbytero, quæst.*33. Machad. *lib.*4. *part.*1. *tract.* 10. *docum.* 5. Prosequitur itaque prædictus Auctor & inquit: *Digo lo quarto, la polucion que dexa turbacion en el alma, y causa distraccion en las cosas espirituales, y afecto al vicio torpe, aora sea solo venialmente culpable, aora mortalmente, aunque se aya vno confessado y no impida de necessidad, pero es buen consejo abstenerse aquel dia para ocasionar algunos actos de humildad, y de religion en orden a la consideracion de la grandeza de Dios Sacramentado.* Quæ sententia licet contra Sancium *in select.* communis tamen apud omnes habetur, eò vt notat egregiè March. *cap.*2. *num.*22. Lugo *disput.*15. *sect.*1. *num.*4. *&* 10. quia susceptio hæc dominici corporis, ex quo cum irreuerentia fit, absque veniali fieri nequit. Stat enim optimè hoc sensu quem ad Sacram Eucharistiam in gratia accedere, & nihilominus ab ea cum peccato veniali recedere, vt admonet Cardinal. Lugo *loco vbi proximè, num.* 4. & sensit idem Garcia *ibidem, num.* 17. vbi fundamentis Sancij respondet, & tandem nonnullos casus ab hac generali regula excipit, quibus ne ex omissa celebratione, aut Eucharistię susceptione scandalum generetur, vtrumque non obstante pollutione eiusmodi turbatiua licere concludit. His vltimam conclusionem ita annectit: *Digo lo vltimo, ninguna fealdad o mancha que no contiene culpa, o no induce horror, impide la celebracion, o comunion, si no ay escandalo, ò menosprecio; de suerte, que nec pollutio, nec fluxus menstrui sanguinis, aut seminis, morbus caducus, raro eueniens & non emitens spumam, morbus gallicus, aut similia impediunt.* Quam communem dicit & probari à D. Thoma 3. 75 *part. quæstion.* 80. *artic.* 10. & latissime à Suario *disput.* 68. *sect.* 2. & Suadetur *ex cap. ad eius* 4. 5. *distinct.* & hæc omnia etiam ad quæstionem illam extendit: *An liceat communio post habitam coniugalem copulam intra vigintiquatuor horas, siue nocte antecedenti?* Quam eisdem regulis dirimendam

dam constituit, contra eundem Sancium *disput.* 23. *numer.* 11. 12. *&* 13. qui nimis absolutè semper licere affirmat, & meritò reijcitur à recentioribus. Quo referenda sunt tradita à D. Ferdinando de Mendoça *de confirm. Concilij Illiberit, lib.* 1. *cap.* 6. & à nonnullis de quibus per Leandrum *tract.* 7. *disput.* 6. *quæstion.* 4. quæ consultò omitto vt operi nostro vltimum *Vale* adijciam; nam etsi salutatio hæc ex priscorum ritu vespertina, & vltimæ quodammodò horæ diei naturalis extitit, veluti prioris & matutinæ *Aue*, aut *Salue*, si Suetonio fides adhibenda est Galuam narranti (*in ipsius vita cap.* 4.) veterem ciuitatis exoletumque morem, ac tantum in domo sua hærentem, obstinatissimè tenuisse, vt liberti seruique, bis die frequentes adessent, ac mane *Saluere*, vespere *Valere*, sibi singuli dicerent. Refert, multis euincens, Barnab. Brisson. *de formul. lib.* 8. *pag. mihi* 851. posteriori itemque ciuilis nostri diei horæ adscribere, haud ingens piaculum habebitur. Vltimam ergò manum Horographiæ nostræ ciuili non inciuiliter eò modo ponendam ipse censui. Fausta præ cor illi quæcunque accidât, *Omine secundò, Sydere dextro*, O Deus! auspicio; beneficioque tuo summo, cuncta nobis annuas, vt iusta vota nostra bono publico fœliciter impleas.



INDEX

INDEX EORVM,

Quæ ex

SACRO, & PROPHANO IVRE,

Singularibus Explicationibus in hoc opere Illustrantur.

EPI-

EPITOME
RERVM & VERBORVM MEMORABILIVM;
Quæ
In hoc opuſculo continentur.

Quorum Prior interpoſita litera A, *aut* H, *Operis ſiue* Antelogium; *ſiue* Horam; *Secundus Notabile, aut Numerum cuiuſque deſignat.*

B.

Credi-

G.

H.

HABITVS

aut Redemptionis nostræ mysterio ea operatum, H. 3. num. 8.

HORA TERTIA Diei fuit Christus columnæ alligatus, flagellatus, & Iudęorum linguis Cruci affixus, H. 3. num. 4. & 6. Spiritus Sanctus super Apostolos descendit, num. 5. & 10. Missæ solemnes diebus festiuis dici debent, num. 9. Sacra appellabatur, num. 11. Ante illam minime sacerdotibus licebat cibum sumere, aut conuiuia facere, *ibid.* Ientaculum sumi solebat, num. 12. Episcoporũ consecrationes celebrari debent, n. 14. Apostoli super Paulum & Barnabam manus imposuerũt, num. 15. Non est de substantia consecrationis Episcopalis, sed tantùm de solemnitate, num. 17. Conueniebant in forum Magistratus, Prætores, Iudices, Litigatores & Aduocati, apud Romanos, num. 18. Ea quo sensu D. Marcus dixerit, Christum Crucifixum? H. 6. num. 3.

HORA QVINTA Infelix vocatur, H. 5. n. 1. Matutina nostri, aut Gallici Horologij laborandi initiũ præstat, num. 2. Illa Deo Bruta laudes effũdunt, vt & cæteræ creaturæ reliquis horis, num. 10.

HORA SEXTA, Sexti diei, qua peccauit Adam, & fuit de Paradiso eiectus, Christus mori, & affligi voluit, H. 6. num. 1. Ipsius nomine cur Euangelistæ tempus Passionis nominarunt, & non meridiei? n. 2. Cur ea preces esse afferendas decreuerit Ecclesia? num. 6. Missa in profestis debet decantari, num. 7. Quietis est hora, num. 13. Diei, cur meridies vocatur? num. 14. In ciuitatibus solet ea ad nolam Canonicam pulsari, H. 9. num. 1.

HORA SEPTIMA Filius Reguli à febre liberatur, H. 7. num. 1. *De Septenario Numero*, Summaque ipsius præstantia, Vide Bungum, *de Numeris*, Fabium Paulin. *in libris Septem de Septenario*, Anton. Zara. *in Anatom. Ingenior. Membr.* 7. *Sect.* 2. & Cyprian. Vbert. *in tract. de Cruce, lib.* 1. *à capit.* 27. *ad* 38. Vbi plura singulariter idcirca?

HORA OCTAVA Brumali tempore Magistratus, tenetur ex præscripto nostrarum legũ singulis diebus ingredi senatum, H. 8. num. 1. Decuriones ciuitatis concilium inire debent, *ibid.*

HORA NONA Canonica ita appellatur, quia diei hora nona recitatur, H. 9. num. 1. Ad Canonicam solet in ciuitatibus hora diei sexta pulsari, *ibid.* Christus Spiritum emisit, descendit ad inferos, & lateris vulnus fuit perpesus, num 2. Discipuli Domini ad Orationem conveniebant, num. 3. Fuit primus homo de paradiso eiectus, num. 4. Rebus ferijs expeditis, ea voluptati & libidini veteres indulgebant, num. 4. Quia illa meretrices præstituendi causa cellas aperiebant, *Nonariæ* fuerunt dictæ, num. 5. Ab ea vsque ad decimam hyemali tempore cãpana quietis singulis noctibus pulsari apud nostros debet, H. 9. num. 6. Missæ solemnes diebus quadragesimalibus celebrari consueuerãt, num. 7. Post illam vespertinum officium persoluebatur, num. 8. Prandij erat maximè diebus ieiunij, nunc verò sexta, num. 11. Baptismi solemnia illa celebrari consueuerant, num. 20. Illa Sacros ordines celebrare erat consuetum, num. 27.

HORA DECIMA Testamenta in foro, & Basilica, apperiebantur, H. 10. num. 1. Significat diem exactum, n. 2. Quare Discipuli ad Dominum accesserunt? num. 3. Apud nostros singulis noctibus campana quietis pulsari debet, num. 5. Incipit nox quoad delationem armorum, n. 6.

HORA VNDECIMA Otij & desidię tẽpus, H. 11. num. 2. Finitur ea dies artificialis, n. 3. Post eam nocturno tempore licet omne immundum proijcere, n. 5. Decrepitam ætatem præfigurat, num. 8. Qui nocturna hac hora diuinum officium persoluit, dummodò ante duodecimam expleuerit, non peccat, num. 9. Ea recipiens subdiaconatũ, professionem

ridiano, domum iudicis ingredi nõ licebat, A. num. 49.

MERIDIES, Mane, occasus, & suprema tempestas, partes erant, quibus antiquitus dies diuidebatur, A.n.5. Finis regendi Curiam dicebatur, n. 49. Ad effectum celebrãdi Missam, non punctualiter, sed moraliter est numerandus, hora 7. num. 7.

METATORES Regij, quot horis & diebus qualibet hebdomada conuenire debeant? hora 3. num. 21.

MINORIS Fauore si non cõstat de hora natiuitatis, expectandus est totius diei exitus; & si non de die, sed de solo mense, aut anno totus mensis, vel annus, hora 1. num. 35.

MINVTVM In sexaginta secunda; secundum in sexaginta quarta; quartũ verò in totidem quinta; & sic successiuè diuiditur, A. num. 37.

MISSA Ante Auroræ initium non potest celebrari, hora 1. num. 13. Potest inchoari per horam, & quadrãtem alterius, ante secundum aliquos per horam & dimidiã, vel per duas horas ante solis irradiationem, n. 14. Iusta causa intercedente multo ante duas horas ab irradiatione solis potest incipi, num. 16. S. Ildephonsi in Toletana Ecclesia singulis diebus celebratur, & quo tempore? ibid. An possit à sacerdote iter facturo dici ante præscriptum auroræ tempus? ibid. Quo tempore dici possit, vt operarij audiant ad laborem profecturi? Ad communicandum infirmum morti proximũ; Nocte Sancta Natiuitatis; ex dispẽsatione Episcopi? ibid. Intra mediã horam finiri debet, hora 1. n. 110. Quibus horis ante aurorã celebrari possit ab his, qui ex priuilegio ius habent celebrandi ante auroræ aduentum, hora 2. num. 1. Celebrari potest à regularibus S. Francisci, & S. Dominici tribus horis ante solis ortum, hora 2. num. 2. Solemnis diebus festiuis tertia hora dici debet; priuata vero quacunque matutina, hora 3. num. 9. Solemnis fuit celebrata ab Apostolis die Pentecostes, cum Spiritus Sanctus super illos descendit, num. 10. An possit à Canonicis diei, cum diuina officia celebrantur, absque amissione distributionum; Et quid si superioris licentia accesserit? hora 6. n. 7. Qua hora post meridiem possit celebrari? hora 7. num. 6. & 8. Ipsius respectu meridies non punctualiter sed moraliter debet numerari, n. 7. Priuilegia ipsam celebrãdi post meridiem Pius V. reuocauit, n. 8. An possit dici à Regularibus vi suorum priuilegiorũ tribus horis post meridiem? n. 9. & seqq. Potest iusta intercedente causa, (vtputa alicuius solemnitatis) post tertiam horam à meridie dici, n. 10. Inchoari valet à sacerdote iter facienti, post meridiem, n. 11. Vt dicatur horis pomeridianis, an possit ab Episcopo dispensari, vel à Commissario S. Cruciatæ? n. 12. & 13. Permittitur post meridiem pro communicando infirmo, si species Sacramentales deficiant, n. 14. Si cum dicitur, ægrotauerit sacerdos, poterit finiri ab alio sacerdote, etiam pranso, alio ieiuno non existente, ibid. Cum fuerit ante meridiem inchoata, post illum rectè finitur, n. 16. Incipi potest post horã tertiam à meridie, in celebratione ordinum, si ipsorum solemnitas fuerit ante meridiem cepta, n. 17. Ipsius præceptum, an solum pro tempore ante meridiẽ, vel pro omni eo obliget, quo possit, etiam ex inopinato aliquo casu inueniri? n. 18. Si audiatur statim à media nocte, sufficit pro adimpletione præcepti, n. 19. Auroræ si audiri negligatur ab eo, qui certo scit aliam eo die non futurã, peccatum admittitur, n. 20. Audiri debet ab incola illius loci, vbi festum colitur, etiam si breui spatio temporis futurus sit alio loco, vbi dies non colitur, n. 21. Solemnis diebus quadragesimalibus celebrari consueuerat hora nona, h. 9. n. 7. Potest inchoari ante meridiẽ, etiã si sacerdos prçuideat nõ posseẽ finire nisi post meridiem, h. 12. n. 34 & 52.

ueniri

quenti

Sol

T.

VALE

V.

FINIS.